ENCHIRIDION MORALE

COMPLECTENS

SELECTAS DECISIONES SANCTAE SEDIS
ET SACRARUM ROMANARUM CONGREGATIONUM

QUAE

PROFESSORIBUS THEOLOGIAE MORALIS
ET CONFESSARIIS MAGIS USUI ESSE POSSUNT

EDIDIT

JANUARIUS BUCCERONI
E SOCIETATE JESU

EDITIO TERTIA

recentioribus aucta decretis

s ▮'IMMAOUIÆJB CONCEPTION-
A .0 0· M. 1.
je8 jioi

ROMAE
EX TYPOGRAPHIA *DELLA PACE* PHILIPPI CUGGIANI
Vico *della Pace* Num. 35
1900

APPROBATIO

Cum opus, cui titulus: *Enchiridion Morale etc.,* Patris Ianuarii Bucceroni S. I rite fuerit recognitum et approbatum, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitnr.

Romae à. 10. Apr. a. 1899.

FRANCISCUS CARINI S. I.
Pracp. Prov. Procinctae Pomariae

ABBREVIATIONS

B. p. 10. = Bizzarri Collectanea S. Congr. Episc. et Regul. Ed. Romae 1895. pag. 10.
C. 10. = Collectanea S. Congr. de Prop. Fid. Ed. Romae 1893. η. 10.
D. 10. = Decreta Authentica Congr. Sacr. Rit. Ed. Romae 1898. n. 10.
A. S. S. V. 1. p. 10. — Acta S. Sedis Vol. 1. pag. 10.
M. E. V. 1. P. 1. p. 10. — Monitore Ecclesiastico, Conversano. Vol. 1. Part. 1. pag. 10.
Ppr. dd. — Propositiones damnatae.
Cf. = Confer.
Numeri progressivi numeris respondent *Institutionum Moralium,* ubi citantur.

DILECTO FILIO

IANUARIO BUCCERONI E S. I.

ROMAM

LEO PP. XIII.

DILECTE FILI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quod Nobis, de Theologia Morali a te docte conscriptos, plus semel libros obtulisti; in eo non modo egregium erga hanc Petri Sedem obsequii argumentum merita laude probamus, sed peculiari etiam afficimur animi oblectatione. Si enim iurc alia scientiarum incrementa agnoscere laetamur, singularem certe sibi expostulant benevolentiam, eximiique solatii causam non possunt non afferre disciplinae illae vel maxime, quae mores ad religionis normam rite exigendos respiciunt. Quapropter debitas tibi gratias profitemur, eoque libentius id agimus, quo magis, in voluminibus hactenus pervulgatis, Summorum Pontificum et Romanarum Congregationum Decretis insistis, et dilucide diligenterque sententias explanare aggrederis, ex illis Angelici Doctoris et S. Alphonsi haustas principiis, quae ubique gentium florere vehementer cupimus, et quam latissime propagari. Accedit non modice ex eo percepta iucunditas, quod multiplex operum pluries editorum varietas non solum tibi illustrem nominis notitiam et eruditi scriptoris existimationem nitide comparet, verum in uberes quoque fructus redundet alumnis tuae curae concreditis, quibus ad Grcgorianum Athenaeum instituendis te perutilem, obitis continenter laboribus, operam navare iam pridem perspicimus.

Perge igitur in suscepto consilio alacriter, has doctrinas, ut tu facis, et Nos plurimum et ex corde ominamur, Thoma Aquinate et Ligorio ducibus, sollerter exculturus; perge novo iam partas laudes provectu exornare; utque

eorum es studiosus, quae Societati tuae decori cedant, et omnium ad salutem conferant, ne desistas de scientia morum provehenda amplius in dies mereri.

Quod ut ex votis Nostris contingat vires tibi addat Apostolica Benedictio, quam in testimonium praecipuae Nostrae in te dilectionis indubium, et in supernorum munerum auspicium, tibi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxvm. Augusti, anno mdcccxcv., Pontificatus Nostri decimo octavo.

LEO PP. XIII.

DILECTO FILIO

IAXUARIO BUCCEROXI E S. L

LEO PP. XIII.

DILECTE FILI. SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Institutiones de re morum, tertiis curis a te nuper editas, accepimus, observantiae testes devotionisque argumentum. Id quidem officium dum pergratum accidisse Nobis fatemur, gratulamur simul quod labor tuus egregia in aestimatione pro merito habeatur ubique, quippe doctrinis inhaeret maxime commendatis. Thomae scilicet Aquinatis et Alphonsi Mariae de Ligorio. Gratias tibi igitur ut debitas referamus de oblatis voluminibus, et ut praemia addamus laudi, Apostolicam Benedictionem, Nostrae benevolentiae pignus, et auspicem divinorum munerum amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xi. Septembris mdcccxcviii., Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

4. — *Humana activitas ad salutem el perfectionem necessaria*

*I*1. Oportet hominem suas potentias annihilare,et haec est vita aeterna. — Velle operari active est Deum offendere, qui vult esse solus agens: et ideo opus est, seipsum Deo totum et totaliter derelinquere, et postea permanere vclut corpus exanime. — 2. Activitas naturalis est gratiae inimica, impeditque Dei operationes et veram perfectionem; quia Deus operari vult in nobis sine nobis. — 3. Nihil operando anima se annihilat, et ad ipsum principium redit, et ad suam originem, quae est essentia Dei, in qua transformata remanet ac divinizzata, et Deus tunc in seipso remanet, quia tunc non sunt amplius duae res unitae, sed una tantum, et hac ratione Deus vivit et regnat in nobis et anima seipsam annihilat in esse operative. — 4. Via interna est illa, qua non cognoscitur nec lumen, nec amor, nec resignatio; et non oportet Deum cognoscere, et hoc modo recte proceditur. — 13. Resignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda est cogitatio et cura de omni re nostra, et relinquere, ut faciat in nobis suam divinam voluntatem ». — Ppr. Mich, de Mol. dd. ab Innoc. XI. C. *Caelestis Pastor* 20. Nov. 1687.

6. — *Actum humanorum divisio. Actus boni, mali; naturales, supernaturales; honesti, meritorii*

« 16. Divisio immediata humanorum operum est: quod sunt vel virtuosa vel vitiosa, quia si homo est vitiosus et agit quidquam, tunc agit vitiose; et si est virtuosos et agit quidquam, tunc agit virtuose: quia sicut vitium, quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit universaliter actus hominis vitiosi, sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi ». — Pr. Io. Huss. d. a Cone. Const, et Martin. V. B. *Inter cunctas,* B. *In eminenti* 8. kal. Mart. 1458.

«7. Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio vel mundi: si Dei, charitas Patris est; si mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala». Pr. d. ab Alex. VIII. 7. Dic. 1690.

« 34. Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturae, et gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est et commentitia, et ad illudendum sacris Litteris et plurimis veterum testimoniis excogitata. — 37. Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturae solis viribus ortum ducit, agnoscit. — 62. Illa quoque distinctio, qua opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex obiecto et omnibus circumstantiis rectum est et bonum (quod moraliter bonum appellare consueverunt) vel quia est meritorium regni aeterni, eo quod sit a vivo Christi membro per Spiritum Charitatis, reiicienda est. — 63. Sed et illa distinctio duplicis justitiae, alterius quae fit per Spiritum Charitatis inhabitantem, alterius, quae fit ex inspiratione quidem Spiritus Sancti cor ad poenitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis et in eo charitatem diffundentis, qua divinae legis justificatio impleatur, similiter rejicitur. » — Ppr. Mich. Baii dd. a S. Pio V. B. *Er omnibus afflictionibus* 1. Oct. 1567. Cf. n. 69. 75. 89.

<23. Doctrina Synodi de duplici amore .dominantis cupiditatis, et charitatis dominantis enuntians, hominem sine gratia esse sub servitute peccati. ipsumqiie in eo statu per generalem cupiditatis dominantis influxum omnes suas actiones inficere et corrumpere: quatenus insinuat, in homine, dum est sub servitute sive in statu peccati, destitutus gratia illa qua liberatur a servitute peccati et constituitur filius Dei, sic dominari cupiditatem, ut per generalem huius influxum omnes illius actiones in se inficiantur et corrumpantur : aut opera omnia, quae ante Justificationem fiunt, quacumque ratione fiant, sint peccata: quasi in omnibus suis actibus peccator serviat dominanti cupiditati: falsa, perniciosa, inducens in errorem a Tridentino damnatum ut haereticum, iterum in Baio damnatum art. 40. § 12 — 24. Qua vero parte inter dominantem cupiditatem er charitatem dominantem nulli ponuntur affectus medii a natura ipsa insiti suapteqne natura laudabiles, qui una cum amore beatitudinis naturalique propensione ad bonum *remanserunt relut extrema lineamenta et reliquiae imaginis:* ex S. August, de Spir. et lift. cap. 28. Peeinde ac si *inter dilectionem divinam, quae nos perducit ad regnum et dilectionem humanam illicitam, quae damnatur,* non daretur *dilectio humana licita, quae non reprehenditur:* ex S. August, serm. 349. de charit., edit, manrin. falsa, alias damnata ». — Ppr. Syn. Pist.d. a Pio VI. C. *Auctorem Fidei* 28. Aug. 1794.

10. — *Libertas ab intrinseca necessitate*

< 66. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali ».— Pr. Midi. Bail d. a S. Pio V.

<3. Ad merendum vel demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione ». — Pr. Corn. Jans. d. ab Inn.X. uti haeretica C. *Vineam Domini* 16. Jul. 1705.

«39. Quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit.— 41. Is libertatis modus, qui est a necessitate, sub libertatis nomine non repentur in Scripturis, sed solum nomen libertatis a peccato ». — Ppr. Midi. Baii dd. a S. Pio V.

11. — *Vis liberi arbitrii in humanis actibus*

« 27. Liberum arbitrium, sine gratiae Dei adiutorio, nonnisi ad peccandum valet. — 28. Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum ».— Ppr. Mich. Baii dd. a S. Pio V.

50. — *Ignorantia invincibilis et vincibilis*

« 2. Tametsi detur ignorantia invincibilis iuris naturae, haec in statu naturae lapsae operantem ex ipsa non excusat a peccato formali ». — Pr. d. ab Alex. VIII. 7. Dec. 1690.

« 10. Quod non peccaverunt, qui Christum ignorantes crucifixerunt, et quod non culpae adseribendum est quidquid fit per ignorantiam ». — Capitula Abaelardi a Cone. Senonensi, et ab Innoc. II dd. a. 1140.

54.58. — *Concupiscentia sine consensu voluntatis peccatum non est: ex voluntatis vero consensu procedens peccatum est*

* 74. Concupiscentia in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur, peccatum est, sicut uet alii habitus pravi. — 75. Motus

pravi concupiscentiae sunt pro statu hominis vitiati, prohibiti praecepto: Non concupisces; mule horno eos sentiens, et non consentiens, transgreditur praeceptum: Non concupisces, quamvis transgressio in peccatum non deputetur. 76.Quamdiu aliquid concupiscentiae carnalis in diligente est, non facit praeceptum: Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo». — Ppr. Midi. Baii dd. a S. Pio V.

« 19. Quod nec opus, nec voluntas, neque concupiscentia, neque delectatio, cum movet eam. peccatum sit, nec debemus velle eam extinguere». — Capitula Abaelardi a Cone. Senonensi et ab Innoc. II. dd.

Cf. C. Trid. S. 5. Decr. de Pccc. orig. par. penult.

58. — *Concupiscentiae motibus aliisque tentationibus resistendum*

« 17. Tradito Deo libero arbitrio, et eidem relicta cura et cogitatione animae nostrae, non est amplius habenda ratio tentationum: nec eis alia resistentia Heri debet nisi negativa, nulla adhibita industria: et si natura commovetur, oportet sinere ut commoveatur, quia est natqra. — 37. In occasione tentationum etiam furiosarum, non debet anima elicere aetns explicitos virtutum oppositarum, sed debet in supradicto amore et resignatione permanere ». — Ppr. Midi, de Moi. dd. ab Innoc. XI.

G4. 65. — *Violentia ex parte daemonis*

«41. Deus permittit et vult ad nos humiliandos et ad veram transformationem perducendos, quod in aliquibus animabas perfectis, etiam non arreptiis, daemon violentiam inferat earum corporibus, easque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia et sine mentis offuscatione, movendo physice illarum manus et alia membra contra earum voluntatem. Et idem dicitur quoad alios actus per se peccaminosos: in quo casu non sunt peccata, quia his non adest consensus. — 47. Cum huiusmodi violentiae occurrunt, sinere oportet ut Satanas operetur, nullam adhibendo industriam nullumque proprium conatum, sed permanere debet homo in suo nihilo: et etiamsi sequantur pollutiones et actus obscoeni propriis manibus, et etiam peiora, non opus est se ipsum inquietare, sed foras emittendi sunt scrupuli, dubia, et timores: quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magisque candida, et acquiritur sancta libertas. Et prae omnibus non opus est haec confiteri, et sanctissime fit non confitendo: quia hoc pacto superatur daemon, et acquiritur thesaurus paeis ». — Ppr. Midi, de Moi. dd. ab Innoc. XI.

69. — *Opera moralia*

« 38. Omnis amor creaturae rationalis aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quae a Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, quae per Spiritum Sanctum in corde diffusa Deus amatur ». — Pr. Midi. Baii d. a S. Pio V.

« 40. Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem. — 44. Non sunt nisi duo amores, unde volitiones et actiones omnes nostrae nascuntur; amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur, et amor, quo nos ipsos ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est non refert, et propter hoc ipsum fit malus. — 45. Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante necesse est ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones eius corrumpat. —

46. Cupiditas aut charitas usum sensuum bonum vel malum faciunt. » — Ppr. Pascb. Quesnelli dd. a Clemente XL C. *Unigenitum S.* Sept. 1713.

71. — *Moralitas actuum externorum*

‹ 15. Deus non praecipit actum exteriorem. — 16. Actus exterior non est proprie bonus, nec Deus proprie ipsum operatur. — 17. Afferamus fructum actuum non exteriorum, qui nos bonos non faciunt, sed actuum interiorum. quos Pater in nobis manens facit et operatur. — 18. Deus animas amat, non opus externum ». — Ppr. Ekkardi dd. a Joan. XXII. a. 1329.

72. — *Exteriora opera bona, sancta, satisfactoria*

‹ 13. Quod propter opera nec melior, nec peior efficitur homo ». — Capitula Abaelardi a Cone. Senon. et ab Innoc. II. dd.

« 40. B. Virgo nullum unquam opus exterius peregit, et tamen fuit Sanctis omnibus sanctior. Igitur ad sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori ». — Pr. Midi. de Moi. d. ab Innoc. XI.

‹ Docet praeterea (S. Synodus) tantam esse divinae munificentiae largitatem, ut non solum poenis, sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis a Deo inflictis et a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus ». — Trid. S. 14. C. 9. Cf. etiam ib. c. 13. et S. 6. C. 14.

74. — *Opera indifferentia*

« Si quis dixerit, nihil praeceptum esse in evangelio praeter fidem, caetera esse indifferentia: neque praecepta, neque prohibita, sed libera: aut decem praecepta nihil pertinere ad Christianos: A.S.». — Trid.S. 6.c. 19.

75. — *Opera ad finem naturalem et supernataratem directa ; honesta, meritoria*

« 61. Illa doctorum distinctio, divinae legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad praeceptorum operum substantiam tantum, altero quantum ad certum quemdam modum, videlicet, secundum quem valeant operantem perducere ad regnum aeternum, hoc est ad modum meritorium, commentitia est et explodenda ». — Pr. Midi. Bail d. a S. Pio V. — Cf. n. 6. 89.

79. — *Humanorum actuum molinum*

« 9. Revera peccat, qui odio habet peccatum mere ob eius turpitudinem et disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu. 10. Intentio, qua quis detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut cœlestem obtineat gloriam, non est recta nec Deo placens. — 11. Omne quod non est ex fide Christiana supernatural!, quæ per dilectionem operatur, peccatum est. — Quisquis etiam retenue mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur. — 14. Timor gehennae non est supernaturalis. — 15. Attritio, quae gehennae et poenarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiae Dei propter se. non est bonus motus ac supernaturalis ». — Ppr. dd. ab Alex. VIII. 7. Dec. 1690.

« 60. Si solus supplicii timor animat poenitentiam, quo haec est magis violenta, eo magis ducit ad desperationem. — 61. Timor nonnisi manum cohibet: cor autem tamdiu peccato addicitur, quamdiu ab amore iustitiae non ducitur. 62. Qui a malo non abstinet nisi timore poenae, illud committit in corde suo. et iam est reus coram Deo — Ppr. Pascb. Quesnelli d. a Clemente XI.

82. — *Agere propter voluptatem*

* 8. Comedere et bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui. — 9. Opus coniugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa ac defectu veniali ».— Ppr. dd. ab Innoc. XI. Decr. 2. Mart. 1679.

89. — *Meritum actuum humanorum*

«2. Sicut opus malum ex natura sua est mortis aeternae meritorium, sic bonum opus ex natura sua est,vitae aeternae meritorium. — 4. Vita aeterna homini integro et angelo promissa fuit intuitu bonorum operum, et bona opera ex lege naturae ad illam consequendam per se sufficiunt. — 15. Ratio meriti non consistit in eo, quod, qui bene operantur habeant gratiam et inhabitantem Spiritum Sanctum, sed in eo solum, quod obediunt divinae legi ». — Ppr. Midi. Baii d. a S. Pio V.

« 1. Si quis dixerit hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae, vel per legis doctrinam fiunt, absque divina per lesum Christum gratia posse iustificari coram Deo; A. S. —2. Si quis dixerit ad hoc solum divinam gratiam per Christum lesum dari, ut facilius homo iuste vivere, ac vitam aeternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed aegre tamen et difficulter possit; A. S. » — Trid. S. 6. cc.

DE CONSCIENTIA

100. — *Conscientia certa, dubia*

« 11. Ad dubia, quae occurrunt, an recte procedatur necne, non opus est reflectere ». — Pr. Midi, de Moi. d. ab Innoc. XI.

114.117.118. — *De probabilismo*

« 1. Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex. conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione baptismi, ordinis sacerdotalis, aut episcopalis. — 2. Probabiliter existimo, indicem posse indicare iuxta opinionem etiam minus probabilem. — 3. Generatim, dum probabilitate sive intrinseca sive cxtrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus. — 4. Ab infidelitate excusabitur infidelis, non credens ductus opinione minus probabili. — 21. Assensus fidei supernaturalis et utilis ad salutem stat cum formidine, qua quis formidet, ne non locutus sit Deus ». — Ppr. dd. ab Innoc. XI. 2 Mart. 1679.

« 26. Quando litigantes habent pro se opiniones aeque probabiles, potest index pecuniam accipere prq ferenda sententia in favorem unius prae alio». ––Pr. d. ab Alex. VII. 21 Sept. 1665.

<3. Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam. » — Pr. d. ab. Alex. VIII. 7. Dee. 1690.

«27. Si liber sit alicuius iunioris et moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, reiectam esse a Sede Apostoliea tamquam improbabilem ». — Pr. d. ah Alex. VII. 24 Sept. 1665.

122. 126. — *Extrinseca auctoritas*

Cap. 11.1. Item quod homo non debet esse contentus auctoritate ad habendam certitudinem alicuius quaestioni 2. Item quod ad hoe, quod homo habeat certitudinem conclusionis, oportet, quod sit fundatus super principia per se nota. *Error,* si generaliter tam de certitudine apprehensionis quam adhaesionis loquitur ». — Error, dd. a Stéphane Parisiens] episcopo cum Facultate Theologica a. 1276.. loanne XXL mandante. — Cf. n. 114. *

131.136. — *T)e S. Alphonsi auctoritate*

« 1. An aerae Theologiae rofessor opiniones, quas in sua Theologia Morali profitetur sanctus Alphonsus a Ligorio, sequi tuto possit ac profiteri? — 2. An sit inquietandus confessarius, qui omnes sancti Alphonsi a Ligorio sequitur opiniones in praxi sacri poenitentiae tribunalis hac sola ratione, quod a Sancta Sede Apostoliea nihil in operibus eius censura dignum repertum fuerit, cum adnotatione, quod nempe confessorius iste non legit opera beati Doctoris, nisi ad cognoscendam accurate eius doctrinam, non perpendens momenta rationesque, quibus variae nituntur opiniones: sed existimans se tuto agere eo ipso, quod doctrinam, quae nihil censura dignum continet, prudenter indicare queat sanam esse ac tutam, nec ullatenus sanctitati evangclicae contrariam? — K. Ad 1.·“ Affirmative, quin tamen inde reprehendendi censeantur, qui opiniones ab aliis probatis auctoribus traditas sequuntur. — Ad 2.nm vero Negative, habita ratione mentis Sanctae Sedis circa approbationem scriptorum Servorum Dei ad effectum canonizationis ». — S. Pocnit. 5. Iui. 1831., A. S. S. V. 1. p. 497. seqq.. Bened. XIV. de Canoniz. SS. 1. 2. D. 28. n. 5. 7.

‹ Eme. et Rme. Dne. Supplex infrascriptus ad officium Praefecti publicarum Collation. Moral, a suo episcopo nominatus, ob propriam erga s. Alphonsum a Lig. devotionem ac reverentiam, valde optat eiusdem tanti Sancti doctrinam in omnibus tenere, tradere et tueri, idque in proxime edendo dioecesano kalendario '.sicut etiam praelandato suo episcopo erga S. Alphonsum admodum propenso placet palam facere, inhaerendo et servando Decisionem hac super re editam sub die 5. Iulii 1831. ab hac S. Poenitentiaria. Verum quoad id aliquali religione detinetur, eo quod cum gradus academicos iampridem obtinuit, iuramentum ut infra praestitit, eiusdem se Universitatis (quae probabiliorismnm et probabilioristarum sententias sequitur doctrinam retenturum. Quum haec ita sint, et quum insuper clarissimus Seavini, qui idem iuramentum emisit, in sua Theologia Morali SS. D. N. Pio IX. dicata eundem S. AI-

phoiiHinn praecipue ducem habnerit, him· pro suae conscientiae quiete humillime ad Eminentiam Vestram recurrit, et instanter supplicat:

1. **It** doceatur, an praefato iuramento obstet. S, Alphonsi a Ligorio doctrinam in omnibus sequi et publice tradere, ut supra exponitur? Vel 2. ut ab eodem servando iuramento dispensetur. — II. Ad 1.”m Negative. Ad 2"' Provisum in primo ». — S. Poenit. 19 Dee. 1855. — Qualem autem doctrinam tradere deberent professores Theologiae praedictae Universitatis constat ex his Constitutionum verbis: « I professori di Teologia tanto scolastico-dogmatica, quanto morale, dovranno attenersi ai principii ed al sistema di S. Tommaso seconde la sua Jettera e la sua scuola. › Cf. Scavini Mcdiol. 1874.1.3. n. 492.

139. — *Conscientia dubia — Cf.* n. 100.

DE LEGIBUS

166. — *Oe natura legis*

« Voluntatem populi, publica, quam dicunt opinione, vel alia ratione manifestatam contituere supremam legem ab omni divino humanoque iure solutam: et in ordine politico facta consummata, eo ipso quod consummata sunt, vim iuris habere ». — Pr. d. a. Pio IX. Ene. *Quanta cura.*

« 56. Morum leges divina haud egent sanctione, minimeque opus est, ut humanae leges ad naturae ius conformentur, aut obligandi vim a Deo accipiant. —57. Philosophicarum rerum morumque scientia, itemque civiles leges possunt et debent a divina et ecclesiastica auctoritate declinare. — 58. Aliae vires non sunt agnoscendae, nisi illae, quae in materia positae sunt, et omnis morum disciplina honestasque collocari debet in cumulandis et augendis quovis modo divitiis ac in voluptatibus explendis. — 60. Auctoritas nihil aliud est nisi numeri et materialium virium summa ». — Ppr. dd. a Pio IX. Syll.

168. 170. — *T)c legum promulgatione, et acceptatione*

« 28. Episcopis, sine gubernii venia, fas non est vel ipsas Apostolicas Litteras promulgare ». — Pr. d. a Pio IX. Syll.

« 11. Sententia enuntians, veteri maiorum instituto, ab apostolicis usque temporibus ducto, per meliora Ecclesiae saecula servato, receptum fuisse, *ut decreta, aut definitiones, aut sententiae etiam maiorum sedium non acceptarentur, nisi recognitae fuissent et approbatae a Synodo dioecesana;* falsa, temeraria, derogans pro sua generalitate obedientiae debitae constitutionibus apostolicis tum et sententiis ab hierarchica superiore legitima potestate manantibus, schisma fovens et haeresim ». — Pi\ Syn. Pistor, d. a Pio VI.

« 28. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem a principe promulgatam ». — Pr. d. ab. Alex. VII.

Cf. n. 180. par. *Pot. leg. Eccl.,* n. 184.

169. — *Decretalium valor*

«38. Decretales epistolae sunt apocriphae, et seducunt a fide Christi ; et clerici sunt stulti, qui student eis ». — Pr. Jo. Wiklcff d. a Cone. Constans.

171. — *De legis possibilitate*

‹ 1. Aliqua Dei pracepta hominibus iustis volentibus et conantibus, secundum praesentes quas habent vires, sunt impossibilia: deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant. *Declarata et damnata uti* temeraria, impia, blasphema, anathemate damnanda, et haeretica ». — Pr. Coni. laus, d. ab. Inn. X.

‹ 19. Item, quae subiungit. hominem sub lege, *eum esset impotens ad eam observandam, praevaricatorem erasisse, non quidem culpa legis, quae sanctissima erat, sed culpa hominis, qui sub lege sine gratia magis magisque praevaricator evasit:* superadditque, *legem, si non sanavit cor hominis, effecisse ut sua mala cognosceret, et de sua infirmitate convictus desideraret gratiam Mediatoris;* qua parte generaliter innuit, hominem praevaricatorem evasisse per inobservantiam legis, quam impotens esset observare: quasi *impossibile aliquid potuerit imperare qui iustus est, aut damnaturus sit hominem pro eo quod non potuit vitare, qui pius est*». — Pr. Syn. Pist. d. a Pio VI.

‹ 54. Definitiva hæc sententia, Denm homini nihil impossibile praecepisse, falso tribnitur Augustino, cum Pelagii sit ». — Pr. Midi. Baii d. a 8. Pio V. — Cf. n. 180? 183.

178. — *De vi Decretorum S. Dit. Congr.*

« An Decreta a S. R. C. emanata, et responsiones quæcumqne ab ipsa propositis dubiis, scripto formiter editae, eamdem habeant auctoritatem, ac si immediate ab ipso summo Pontifice promanarent, quamvis nulla facta fuerit de iisdem relatio Sanctitati Suae? — R. Affirmative ». — S. R. C. 23. Maii 1846., approbante S. S. 17. Jul. 1846. *Ord. Praedic.* — Tanquam *formiter scripto edita* habenda sunt Decreta subscripta a S. R. C. Praefecto et Secretario, ac eiusdem sigillo munita, neque requiritur. ut sint vel Romae vel ab episcopis in suis dioecesibus promulgata Ut *formiter* autem *edita* habenda sunt Decreta inserta in Authentica Collectione. — S. R. C. 8. Apr. 1854. *Doman.*

180. — *De Vetere et Nova Lege*

‹ 6. Discrimen inter foedus iudaicurn et christianum est, quod in illo Deus exigit fugam peccati et implementum legis a peccatore, relinquendo illum in sua impotentia: in isto vero Dens peccatori dat quod iubet, illum sua gratia purificando. — 7. Quae utilitas pro homine in veteri foedere, in quo Deus illum reliquit eius propriae infirmitati, imponendo ipsi suam legem? Quae vero felicitas non est, admitti ad foedus, in quo Deus nobis donat quod petit a nobis? - 8. Nos non pertinemus ad novum foedus, nisi in quantum participes sumus ipsius novae gratiae, quae operatur in nobis id quod Deus nobis praecipit. — 63. Baptizatus adhuc est sub lege sicut iudaeus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore ». — Ppr. Pasch. Quesn. dd. a Clem. XI.

« Legalia A'eteris Testamenti, seu mosaicae legis caeremonias, sacra, sacrificia et sacramenta, Domino Jesu Christo adveniente, cessasse et post promulgatum evangelium sine peccato observari non posse ». -- Profess, fid. Oriental, praescripta ab Urb. VIII. et Bened. XIV. C. *Nuper ad nos.*

‹ Sacrosancta Romana Ecclesia, I)ni et Salv, nostri voce fundata.... Firmiter credit, profitetur et. docet, legalia Veteris Testamenti, sen mosaicac legis, quae dividuntur in caeremonias, sacra, sacrificia, sacramenta, quia significandi alienius futuri gratia fuerunt instituta, licet divino cultui illa aetate congruerent, significato per illa Domino Tesu Christo adveniente cessasse, et Novi Testamenti sacramenta coepisse. Quemcumque etiam post passionem in legalibus spem ponentem et illis velut ad salutem necessariis se subdentem, quasi Christi fides sine illis salvare non posset, peccasse mortaliter. Non tamen negat a Christi Passione usque ad promulgatum evangelium illa potuisse servari, dum tamen minime ad salutem necessaria crederentur, sed post promulgatum evangelium sine interitu salutis asserit non posse servari. Omnes ergo post illud tempus circumcisionis et sabbati reliquorumque legalium observatores alienos a Christi fide denunciat et salutis aeternae minime posse esse participes, nisi aliquando ab iis erroribus resipiscant. Omnibus igitur, qui Christiano nomine gloriantur, praecipit omnino, quocumque tempore, vel ante vel post baptismum, a circumcisione cessandum; quoniam sive quis in ea spem ponat, sive non, sine interitu salutis aeternae observari omnino non potest.... »

« Firmiter credit, profitetur et praedicat, omnem creaturam Dei bonam nihilque rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, quia, iuxta verbum Domini, non quod intrat in os coinquinat hominem: illamque mosaicae legis ciborum mundorum et immundorum differentiam ad caeremonialia asserit pertinere, quae surgente evangelio transierunt, et efficacia esse desierunt. Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato dicit illi tempori congruisse, quo ex ludaeis atque Gentilibus, qui antea diversis caeremoniis moribusque vivebant, una surgebat Ecclesia, ut cum ludaeis etiam Gentiles aliquid communiter observarent, et in unum Dei cultum fidemque conveniendi praeberetur occasio et dissentionis materia tolleretur: cum ludaeis propter antiquam consuetudinem sanguis et suffocatum abominabilia viderentur, et esu immolatii poterant arbitrari Gentiles ad idolatriam redituros. Ubi autem eo usque propagata est Christiana religio, ut nullus in ea ludaeus appareat, sed omnes ad Ecclesiam transeuntes in eosdem ritus evangelii caeremoniasque conveniant, credentes omnia munda mundis; illius Apostolicae prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus. Nullam itaque cibi naturam condemnandam esse denunciat, quam societas admittit humana; nec inter animalia discernendum per quemcumque sive virum, sive mulierem, et quocumque genere mortis intereant: quamvis pro salute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari et ecclesiastica disciplina possint et debeant multa non negata dimitti, quia, iuxta Apostolum, omnia licent, sed non omnia expediunt ».— Decr. pro lacobitis seu B. Eugenii IV. *Cantate Domino.*

De euangelica et ecclesiastica Lege

« 20. Si quis hominem justificatum, et quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei et Ecclesiae, sed tantum ad credendum: quasi vero evangelium sit nuda et absoluta promissio vitae aeternae, sine conditione observationis mandatorum; A. S. — 21. Si quis dixerit Christum lesum a Deo hominibus datum fuisse, ut Redemptorem,

cui fidant: non etiam ut Legislatorem, cui obediant; A. S. —7. Si quis dixerit baptizatos per baptismum ipsum solius tantum tidei debitores tidei, non autem universae legi Christi servandae: A. S. — S. Si quis dixerit baptizatos liberos esse ab omnibus sanctae Ecclesiae praeceptis, quae vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illi submittere voluerint: A. S. ». Trid. S. G. ce. S. 7. ce. de Bapt. — tt. n. <4.

Potestas legislativa Ecclesiae, eius obiectum, eidem obedientia

* 4. Propositio, affirmans, *abusum fore auctoritatis Ecclesiae, trans-*

‹ Quod illi qui «unt in praedicto gradu perfectionis et spiritu libertatis › nempe quod peccare et amplius crescere in perfectione non possint), non sunt humanae subiecti obcdientiae, nec ad aliqua praecepta Ecclesiae obligantur; quia, ut asserunt, ubi spiritus Domini, ibi libertas».— Damnatur ut error, Clement. *Ad nostrum 3, de Haereticis.*

Potestas coactiva Ecclesiae

«I I. Ductores ponentes, quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, saeculari indicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas et pharisaeos, qui Christum non volentem eis obedire in omnibus, dicentes: Xobis non licet interficere quemquam, ipsum saeculari indicio tradiderunt; et tales sunt homicidae graviores, quam Pilatus ». — Art. Io. Huss d. a Cone. Constan.

« 24. Ecclesia vis inferendae potestatem non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam». — Pr. d. a Pio IX. Syll.

Cf. par. praec. *de Potest, legist. Eccl.*

‡81. —*Potestas S. Pontificis*

« 8. Si Papa sit praescitus et malus, et per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles, sibi ab aliquo datam, nisi forte a Caesare. — 9. Post Urbanum VI. non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est more Graecorum sub legibus propriis. — 37. Ecclesia Romana est synagoga Satanae, nec Papa est proximus et immediatus vicarius Christi et Apostolorum ». — Ppr. Io. Wikleff dd. in C. Constan. Cf. etiam art. 24. 25., de quibus errorum Wikleff et Huss suspecti ex mandato Mart. V. B. *Inter cunctas* interrogandi sunt, Ppr. 9.-13.20. 22.-24. 26.-29. Io. Huss dd. a Cone. Constan.

« 27. Certum est in manu Ecclesiae aut Papae prorsus non esse statuere articulos fidei, imo nec leges morum seu bonorum operum ». — Pr. Mart. Luth. d. a Leone X. B. *Exurge Domine.* 16. Maii 1520.

Cf. par. seq. *Episcop. potest.*

Episcoporum potestas

«... Quo magis deploranda est praeceps ac caeca hominis temeritas, qui tot decretis damnatos errores infausto suo libello instaurare studuerit, qui dixerit ac per multas ambages passim insinuant: quemlibet episcopum vocatum a Deo ad gubernationem Ecclesiae non minus quam Papam, nec minori praeditum esse potestate: Christum camdem per sese Apostolis omnibus potestatem dedisse: quidquid aliqui credant obtineri et concedi solum a Pontifice posse, idipsum, sive a consecratione, sive ab ecclesiastica iurisdictionc pendent, perinde obtineri a quolibet episcopo: voluisse Christum Ecclesiam reipublicae more administrari: ei quidem regimini opus esse praeside pro bono unitatis, verum qui non audeat se, aliorum, qui simul regunt, negotiis implicare; privilegium tamen habeat négligentes cohortandi ad sua implenda munia: vim primatus hac una praerogativa contineri supplendae aliorum negligentiac, prospiciendi conservationi unitatis hortationibus et exemplo: Pontifices nil posse in aliena dioecesi praeterquam extraordinario casu: Pontificem caput esse, quod vim suam ac firmitatem teneat ab Ecclesia : licitum sibi fecisse Pontifices violandi iura episcoporum, reservandique sibi absolutiones, dispensationes,

decisiones, appellationes, collationes beneficiorum, alia uno verbo munia omnia, quae singulatim recenset atque vehit indebitas ac episcopis ininriosas reservationes traducit ». — Pius VI. Br. *Super soliditate* 28 Nov. 1786, quo damnatur liber Eybelii *Quid est Papa?*

«6. Doctrina Synodi, qua profitetur, *persuasum sibi esse, episcopum accepisse a Christo omnia iura necessaria pro bono ret/imine suae dioecesis:* perinde ac si ad bonum regimen cuiusque dioecesis necessariae non sint superiores ordinationes spectantes sive ad fidem et mores, sive ad generalem disciplinam, quarum ius est penes summos Pontifices et Concilia generalia pro universa Ecclesia; schismatico, ad minus erronea.— 7. Item, in eo quod hortatur episcopum *ad prosequendam naviter perfectiorem ecclesiasticae disciplinae constitutionem:* idque, *contra omnes contrarias consuetudines, exemptiones, reservationes, quae adversantur bono ordini dioecesis, maiori gloriae Dei, et maiori aedificationi fidelium:* per id quod supponit, episcopo fas esse proprio suo indicio et arbitratu statuere et decernere contra consuetudines, exemptiones, reservationes, sive quae in universa Ecclesia, sive etiam in unaquaque provincia locum habent, sine venia et interventu superioris hierarchieae potestatis, a qua inductae sunt aut probatae, et vim legis obtinent: inducens in schisma et subversionem hierarchiei regiminis, erronea. — 8. Item quod et sibi persuasum esse ait. *iura episcopi a Jesu Christo accepta pro gubernanda Ecclesia nec alterari ner impediri posse, et. ubi contigerit horum iurium exercitium quavis de causa fuisse interruptum: posse semper episcopum ac debere in originaria sua iura regredi, quotiescumque id exigit maius bonum suae Ecclesiae:* in eo quod innuit, iurium episcopalium exercitium nulla superiori potestate praepediri aut coerceri posse, quandocuinque episcopus proprio indicio censuerit minus id expedire maiori bono suae Ecclesiae; inducens in schisma et subversionem hierarchiei regiminis, erronea ». — Ppr. Syn. Pistor, d. a Pio VI.

‹ 1. 'Utrum episcopi in Concilio sive plenario, sive provinciali legitime coadunati vera potestate legislativa potiri censeantur?—2.° Utrum Decreta Conciliorum sive plenariorum, sive provincialium a S. Sede in forma communi sive specifica confirmata vel adprobata vel saltem recognita. omnimoda vi careant. nisi in statuta dioecesana iam fuerint incorporata: ct quidem tantum valeant, in quantum sic fuerunt incorporata? — lî. ad Affirmative. — Ad 2."" Negative. Et ad mentem ». S. O. 10 Sept. 1896.

182. — *Potestas inferioris ordinis sacerdotibus perperam tributa in Decretis fidei et disciplinae*

‹ 9. Doctrina, quae statuit, *reformationem abusuum circa ecclesiasticam disciplinam in Synodis dioecesanis ab episcopo et parochis aequaliter pendere ac stabiliri debere, ac sine libertate decisionis indebitam fore subtectionem suggestionibus et iussionibus episcoporum:* falsa, temeraria, episcopalis auctoritatis lacsiva. regiminis hierarchiei subversive, favens hacresi aerianac a Calvino innovatae. *Ex epist. convoc., ex epist. ad Vicar, for., ex orat, ad Synod, § 8., ex sess.* 3. — 10. Item doctrina, qua parochi aliive sacerdotes in Synodo congregati pronuntiantur una cum episcopo indices fidei, et simul innuitur indicium in causis fidei ipsis competere iure proprio, et quidem etiam per ordinationem accepto;

falsa, temeraria, ordinis hierarchiei siibvcrsiva, detrahens firmitati definitionum iudiciorumvc dogmaticorum Ecclesiae, ad minus erronea. *Oral. Synod.* § 8. — Ppr. Syn. Pistor, dd. a Pio VI.

183. *Potestas legislatica civilis societatis, civilium legum obligatio, legum possibilitas, leges poenales*

« Cristianos teneri ad observantiam civilium legum, etiamsi istae latae fuerint a principibus infidelibus, dummodo istae Christianae religioni et morali evangelicae doctrinae non opponatur, nullus est dubitandi locus, nullumque dubitationi locum relinquit Apostolus, qui, nulla faeta inter sublimiores potestates distinctione, inquit: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo.... Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt.... Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Eom. 13. v. 1. et seq.

Ex hoc apertissimo testimonio manifestum est, summos in civili gubernio imperantes suis subditis ferre leges posse, quae eos etiam in conscientia obligent: quod ratio etiam suadet boni publici, arcendi scilicet a civilibus societatibus anarchiae monstrum cane peius et angue; et praeclara commendant exempla primorum christifidelium, qui civilibus gentilium principum legibus obtemperarunt, quousque sine fidei bonorumque morum dispendio id facere potuerunt.

' Haec licet verissima sint, nihilominus, in ordine ad legem vetantem opii commercium, multa oriri dubia possunt propter varias theologorum opiniones super civilium legum obligatione, quae, cum non multum facilis sint solutionis, in casibus particularibus non parum vexare animum possunt missionariorum et confessariorum, quod, acceptis eorum litteris, pluries factum fuisse cognovit S. C.

Sunt enim theologi quam plurimi, iique summi etiam nominis, qui dari civiles leges existimant, quarum transgressio poenam quidem adnexam habeat, minime vero etiam theologicam culpam, quasque propterea pure poenales appellant. Hi non inficiantur, quod clarum est ex laudato D. Pauli testimonio, summos imperantes leges ferre posse, quae obligent in conscientia subditos, sive non solum ad poenam, verum etiam ad theologicam culpam, sed contendunt eos non semper hoc velle legibus suis, easque leges esse pure poenales. luxta hanc doctrinam, quae inter theologos communior esse videtur, dubitari potest, an civilis lex vetans in regionibus tuis opii commercium sit lex adnexam habens culpam theologicam, vel sit potius lex mere poenalis, omnem theologicam culpam excludens. Hoc alterum potius existimandum esse videri posset, ex eo quod lex illa lata sit a principe infideli, qui, cum putari hire possit nihil facere eam, quam christiani appellant obligationem in conscientia et theologicam culpam, poena quidem eiusque severitate cogere videri potest voluisse subditos suos ad illius legis observantiam, minime vero metu laesionis conscientiae et theologicae culpae.

Xec gravissima mortis poena adversus legis istius transgressores sufficiens ratio esse videtur ad ostendendum eam etiam ad culpam, minime vero ad solam poenam obligare, *quia* (ut ait Boncaglia) *expedit multoties bono communi, ut poenis gravissimis animadvertatur etiam in eos, qui sine culpa theologica aliquam legem violant. Ita theologi com-*

*muniter admittunt posse retun sine culpa theologica effringere carcerem ad mortem, ex. gr*K*, citandam, quod tamen gravissime puniunt leges civiles: unde ex talibus poenis non sufficienter colligitur intentio legislatoris obligandi ad culpam theologicam.* Tract. 3. De legibus, quaest. 2. c. 2. resp. 2. ad 9. 2.

Verum, etiamsi supponatur praefatam legem latam adversus opii commercium obligare etiam in conscientia, inde tamen non sequeretur eius violationem in omnibus circumstantiis secum ferre theologicam culpam,- leges enim humanae, ordinarie loquendo, non obligant cum gravi damno ad sui observantiam. Id locum habet in ipsis divinis legibus. Ita observantia sabbati, in veteri Lege, et abstinentia a sanguine non obligabant cum periculo vitae D. Thom. 1. 2. q. 100. a. 8., Suar. 1. 3. de leg.), et in nova Lege non obligat cum eodem periculo lex de integritate confessionis. de suscipiendis sacramentis, etc.

Quae cum ita sint, mens S. Congregationis non est illas theologorum de lege mere poenali controversias definire, et an, in hypothesi existentiae huiuscemodi legum, in earum numero recensenda sit ea de qua sermo hic est. Similiter considerans legem humanam, tametsi ordinarie loquendo cum gravi damno non obliget, posse tamen cum gravi damno obligare, quando id exigit magnum publicum bonum, quae suprema lex est, itemque considerans hanc boni publici necessitatem pendere a circumstantiis, quae comitantur particulares casus qui occurrere possunt, quos omnes praevidere impossibile est, propterea Instructionem hanc duobus monitis ad missionarios et confessorios Vicariatus tui faciendos comprehendit: docet nempe et vult ipsos, in resolutionibus variorum casuum, qui contingere possunt, non contemnere, sed magnam rationem habere debere civilis legis opii commercium vetantis; vult secundo loco magnam quoque rationem habendam esse gravissimorum malorum, quae ex opii abusu in regionibus Vicariatus tui dimanare consueverunt.

Ad primum illud quod spectat, explorata res est ordinem publicum civilibus legibus custodiri, ac bonum publicum ab earumdem legum observantia plurimum pendere, et omnia subverti in ea societate cuius cives eius legibus non obtemperant. Haec ratio potissima est in regionibus Vicariatus tui, ubi civilium legum violationes ex parte Christianorum maximum afierre scandalum possent, et invidiam conflare civili gubernio in ebristianos eorurnque religionem, quasi illi ea (piam profitentur religione docerentur per violationem civilium legum publicum ordinem perturbare, simulque maiestatis iura violare.

Quod vero spectat ad alterum, illud notissimum esse debet relate ad Christianos, quorum religio tota in charitate fundata est, non solum erga Deum, verum etiam erga proximum. Haec enim docet unumquemque teneri ad mala arcenda a proximo, quem diligere tenetur ex divina lege sicut scipsum. Suos quidem haec lex eharitatis erga proximum limites habet, sed isti eo latiores sunt, (pio plura et graviora sunt mala ab ipso removenda: atqui plurima et gravissima mala sunt, et temporalia et spiritualia, quae ex opii abusu in regionibus Vicariatus tui dimanant, (piae removeri possunt per observantiam legis opii commercium prohibentis.

Haec itaque duo si prae oculis habuerint missionarii et confessarii Vicariatus tui, quemadmodum eos vult S. Congregatio prae oculis habere,

admodum difficile non erit, ut ipsi cognoscant quid ipsi respondere et agere debeant in casibus particularibus, qui relate ad prcefatae legis observantiam vel violationem contingere ipsis poterunt, et viam invenire, qua extricari ab ambagibus possint et ab animi perplexitatibus declinare ». — Instr. S. C. de P. F. 23. Jun. 1830.

181. — *Superior et independtyis Ecclesiae auctoritas*

« Optimam societatis publicae rationem, civilemque progressum omnino requirere ut humana societas constituatur et gubernetur, nullo habito ad religionem respectu ac si ea non existeret, vel saltem nnllo facto veram inter falsasque religiones discrimine. — Optimam esse conditionem societatis, in qua imperio non agnoscitur officium coercendi sancitis poenis violatores catholicae religionis, nisi quatenus pax pnblica postulet. — Libertatem conscientiae et cultuum esse proprium cuiuscumque hominis ius, quod lege proclamari et asseri debet in omni recte constituta societate, et ius civibus inesse ad omnimodam libertatem nulla vel ecclesiastica, vel civili auctoritate coarctandam, quo suos conceptus quoscumque manifestare ac declarare valeant. — Ecclesiasticam potestatem non esse inre divino distinctam et independentem a potestate civili, neque eiusrnodi distinctionem et independentiam servari posse, quin ab Ecclesia invadantur et usurpentur essentialia iura potestatis civilis ». — Ppr. dd. a Pio IX. Enc. *Quanta cura.*

« 19. Ecclesia non est vera perfectaque societas plane libera, nec pollet suis propriis et constantibus iuribus sibi a divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis est definire quae sint Ecclesiae iura ac limites, intra quos eadem iura exercere queat. — 20. Ecclesiastica potestas suam auctoritatem exercere non debet absque civilis gubernii venia et assensu. — 49. Civilis auctoritas potest impedire quominus sacrorum antistites et fideles populi cum Romano Pontifice libere ac mutuo communicent. ⊢ 54. Reges et principes non solum ab Ecclesiae iurisdictione eximuntur, verum etiam in quaestionibus iurisdictionis dirimendis superiores sunt Ecclesia ». — Ppr. dd. a Pio IX. in Syll.

190. — *Consuetudo legitime constituta*

« ... Bonum idcirco duximus praesenti Const., ut abusibus occurratur declarare, quae et qualis esse debeat legitima secundum canones consuetudo, qua Curiis episcopalibus et ecclesiasticis ius esse possit de reorum laicorum causis criminalibus cognoscendis et indicandis. Igitur non omnem ad id consuetudinem, sed illam tantum valere iubemus, quae et quadragenaria sit, et perpetuo constans, non utique vel contradicta, vel interrupta. Praeterea constitui eam volumus multiplicitate ac frequentia actuum non levium, sed gravium, quos constet gestos fuisse animo praescribendi jurisdictionem saccularem, non ex gratia vel connivcntia toleratos, neque tales, qui fieri fortasse potuerint citra certam praecisamque scientiam, vel Nostram, Nostrorumque pro tempore Successorum, vel saltem supremorum magistratuum Nostrae huius Urbis, quos praecipue ad publicam persequendam vindictam criminum proponere consuevimus: nullam prorsus in re tam gravi haberi mandantes rationem de scientia ac patientia rectorum localium, aliorumque inferiorum magistratuum saecularium, quibus quandoque vel oscitantibus, vel metu

quodam reverentiali conniventibus, ae tolerantibus, nequaquam licere, ac licuisse statuimus, gratia, acquieseientia ae patientia sua legitimam facere consuetudinem, qua mandata eis iurisdictio, perturbato utriusque potestatis ordine, minuatur. Si ea itaque consuetudo aderatur, qualem modo statuimus, illam volumus custodiri ac servari, inductam vero aliter reprobamus, et nullius esse roboris Nostra hae Const, decernimus..... — Clem. XIII. C. *Praestat Romanum.*

195. — *Pe pueris quoad leges Ecclesiae*

«Pueros post septennium teneri observare qualitatem ciborum ab Ecclesia praescriptorum ». — S. Poenit. 15. Mart. 1837.

214. — *De modo satisfaciendi legi*

« 16. Xon est vera legis obedientia. quae fit sine charitate ».—Pr. Midi. Baii d. a S. Pio V.

‹ 47. Obedientia legis profluere debet ex fonte, et hic fons est chantas. Quando Dei amor est illius principium interius, et Dei gloria eius finis; tunc purum est quando apparet exterius: alioquin non est nisi hypocrisis aut falsa iustitia ». — Pr. Pasch. Quesnelli d. a Clem. XI.

227. 228. — *Leges poenales, earum natura et obligatio* — Cf. n. 183.

237. 241. 242. — *De dispensandi potestate*

« 77. Homo ob sui conservationem potest sese dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter eius utilitatem ». — Pr. Pasch. Quesn. d. a Clem. XI.

« 8. Papa non potest dispensare in statutis universalis Ecclesiae ». — Pr. Mag. Oxom. d. a Sixto IV.

260. — *De ecclesiastica immunitate*

« 30. Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitas a iure civili ortum habuit. — 31. Ecclesiasticum forum pro temporalibus clericorum causis sive civilibus sive criminalibus omnino de medio tollendum est, etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede.— 32. Absque ulla naturalis iuris et aequitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur; hanc vero abrogationem postulat civilis progressus, maxime in societate ad formam liberioris regiminis constituta ». — Ppr. dd. a Pio IX. in Syll.

« Clericus, qui nondum maiores suscepit ordines, sive coniugatus sit sive non, cum, quod ea qnae S. Cone. Trid. S. 23. C. 6. de R. disposuit, diligenter non observaverit, privilegium fori amittit, habendus est uti destitutus atque ipso iure et ipso facto destitui omnibus clericorum privilegiis, ita ut haberi tractarique debeat tamquam persona vere laica, etiam in causis criminalibus et ad effectus poenales, quin iam nunc ac deinceps triplex admonitio, sive peculiaris declaratio incidentiae in hanc poenam sit necessaria. » — S. C. Immun. 20 Sept. 1860.

« Declarat S. C. nunquam sese fore admissuram recursum vel appellationem sacerdotum, qui ad indices laicos trahere ausi fuerint vel clericum sine venia Ordinarii, vel episcopum sine venia Apostolicae Sedis, sive in causa ecclesiastica sive non. nisi prius recursum ad civile tribunal interpositum deseruerint.

Episcopi vero iuxta declarationem Cap. *Cogentes* a S. C. 1.23. lari. 1886. editam, possunt in praedictum clericum animadvertere poenis et censuris ferendae sententiae, maxime suspensione a divinis, servatis tamen servandis, et pro gravitate causae, si id expedire in Domino indicaverint. Quod si venia conveniendi clericum in forum laicorum ab Ordinariis petatur, ipsi nunquam eam denegabunt, tum maxime cum ipsi controversiis inter partes conciliandis frustra operam dederint. » — S. C. de P. F. 17. Maii 1860.

* Quatenus ecclesiasticus viro laico propria iura cedere velit in aliqua quaestione adversus presbyterum, veniam petere debet ab episcopo; et, a S. Sede si lis sit adversus episcopum: quod nisi faciat et obtineat, subiicitur dispositionibus emanatis adversus presbyteros, recurrentes ad indices laicos, et habetur ceu agens *in fraudem legis.* » — S. C. de P. F. 6. Sept. 1886.

Privilegia presbyterorum graecorum

«1.°An presbyteri gracci, praesertim catholici, privilegiis fruantur, quibus fruuntur latini et praecipue canonis *Si quis suadente diabolo,* etc. — 2. An latini qui eos percutiunt, aut apud tribunalia tureorum in ius vocant, vitandi sint ceu excommunicati. — 3.° Quomodo missionarii sese habere debent cum presbyteris graecis, qui irregulares effecti sint ex delicto et maxime ex homicidio voluntario, et cum illis qui abortum procuraverint ad evitandam infamiam. — R. Ad 1."m Quoad privilegium canonis, affirmative. Idem de similibus, sed posse excusari ex aliquo capite, v. g., ignorantiae. — Ad 2.„m Quoad primum, affirmative, loquendo de iis qui sunt notorii percussores vel denuneiati. — Ad 3."m Cum iis qui irregulares sunt agendum ut cum latinis irregularibus, videlicet dispensando, si adsit facultas et causa, vel remittendo ad habentem facultatem ». — S. 0. 3. Aug. 1639.

262. — *Episcoporum privilegia quoad missam*

« Episcopi omnes, sive diœcesani, sive titulares, eodem privilegio condecorantur, quo fruuntur Patres cardinales, scilicet ut non solum ipsi in propriae habitationis oratorio, aut super ara portatili, ubicumque degant, missam facere aliamque in sui commodnm permittere valeant: sed etiam fideles omnes alterutram ex eisdem missis audientes, quoties opus fuerit, praeceptum Ecclesiae adimpleant ».— Decr. S. R. C. 8. lun. 1896.

«An vicarii apostolici privilegio fruantur concedendi facultatem binandi, quod ex C. *Declarasti* Bencd. XIV. tribuitur episcopis? — R. Affirmative facto verbo cum SSmo SSmus approbavit». — 8.0.22. Febr. 1888. A. S. S. V. 25. p. 442.

264. 266. — *Facultates quinquennales quoad casus S. Sedi reservatos et dispensationes matrimoniales, quae episcopis concedi solent*

« Vobis Venerabili in Christo Patri N.N. infrascriptas communicamus facultates ad quinquennium duraturas, quibus, non obstante Constitutione *Apostolicae Sedis,* pro foro conscientiae per vos sive per vestrum vicarium in spiritualibus generalem, dummodo in sacro presbyteratus ordine sit constitutus, etiam extra sacramentalem confessionem pro grege vobis commisso et intra fines vestrae dioecesis tantum atque de speciali in

unoquoque casu exprimentia Sedis Apostolieae auctoritate vobis delegata, nti valeatis: quasque canonico poenitentiario. nec non vicariis fbraneis pro foro pariter conscientiae ac in actu sacramentalis confessionis dumtaxat. etiam habitualiter, si vobis placuerit, aliis vero confessariis, cum ad vos sive ad praedictum vicarium generalem in casibus particularibus poenitentiam recursum habuerint, pro exposito casu impertiri possitis, nisi oh peculiares causas aliquibus confessariis a vobis specialiter subdelegandis. per tempus arbitrio vestro statuendum, illas communicare indicabitis.

I. Absolvendi ab excommunicatione Romano Pontifici simpliciter reservata ob manus violentas iniectas sive in clericos sive in regulares, dummodo non fuerit secuta mors vel mutilatio. seu lethale vulnus aut ossium fractio: et dummodo casus ad forum Ordinarii deducti non fuerint: iniunctis de inre iniungcndis. et praesertim ut parti laesae competenter satisfiat.

II. Absolvendi a censuris contra dnellantes statutis in casibus dumtaxat ad forum Ordinarii non deductis: iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

III. Absolvendi quosenmque poenitentes .exceptis haereticis publicis, sive publice dogmatizantibus' a quibusvis sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis incursis ob haereses. tam nemine audiente vel advertente, quam coram aliis externatas: ob infidelitatem et catholicae fidei abiurationem private admissas, sacrilegia ac maleficia haereticalia, etiam cum sociis patrata, nec non ob daemonis invocationem cum pacto donandi animam, eique praestitam idololatriam ac superstitionem haereticales exercitas, ac demum ob quaecumque insinuata falsa dogmata incursis, postquam tamen poenitens complices, si quos habeat, pront de iure denuntiaverit: et quatenus ob instas causas nequeat ante absolutionem denuntiare, facta apoenitente seria promissione denuntiationem peragendi cum primum et meliori modo quo fieri poterit, et postquam in singulis casibus coram absolvente haereses secrete abiuraverit. et pactum cum maledicto daemone initum expresse revocaverit: tradita eidem absolventi syngrapha forsan exarata aliisque mediis superstitiosis ad omnia comburenda seu destruenda; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari, cum frequentia sacramentorum et obligatione se retractandi apud personas, coram quibus haereses manifestavit, et reparandi illata scandala.

IV. Absolvendi a censuris incursis ob violationem clausurae regularium utriusque sexus, dummodo non fuerit commissa cum intentione ad malum finem, etiam effectu non secuto, nec casus fuerint ad forum Ordinarii deducti: cum congrua poenitentia salutari. Et insuper absolvendi mulieres tantum a censuris et poenis ecclesiasticis ob violationem ad malum finem clausurae virorum religiosorum incursis, dummodo tamen casus occulti remaneant: iniuncta gravi poenitentia salutari, cum prohibitione accedendi ad ecclesiam aut conventum seu coenobium dictorum religiosorum, durante occasione peccandi.

V. Absolvendi a censuris ob retentionem et lectionem librorum prohibitorum incursis, iniuncta congrua poenitentia salutari, nec non firma obligatione tradendi, prout de iure, sive per se sive per alium absque ulla mora et quantum fieri poterit ante absolutionem, libros prohibitos quos poenitens iu sua potestate retineat.

VI. Absolvendi a casu Sedi Apostolieae reservato ob accepta munera a regularibus utriiisque sexus, iniuncta poenitentia salutari; et quando agitur de muneribus, quae valorem decern scutatorum non excedunt, imposita aliqua eleemosyna absolventis indicio taxanda et caute eroganda, cum primum poterit, in beneficium religionis aut conventus cui facienda esset restitutio: dummodo tamen non constet quod illa fuerint de bonis propriis religionis: quatenus voro accepta munera vel fuerint ultra valorem scutatorum decem, vel constet fuisse de bonis propriis religionis, facta prius restitutione, quam si de praesenti poenitens adimplere nequeat, emissa seria promissione restituendi infra terminum absolventis arbitrio praefiniendum; alias sub reincidentia.

VII. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis cos, qui sectis vetitis massonicis, aut carbonariis, aut aliis eiusdem generis sectis nomen dederunt. aut qualcmcumque favorem praestiterunt; ita tamen ut a respectiva secta omnino se separent eamque abiurent, libros, manuscripta ac signa sectam respicientia, si quae retineant, in manus absolventis tradant ad Ordinarium quamprimum cante transmittenda, aut saltem, si iusta gravesque causae id postulent, comburenda: iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari, eum frequentia sacramentalis confessionis aliisque iniunctis de iure iniungendis: nec non absolvendi eos qui eiusmodi sectarum duces et coripliaeos occultos denunciare culpabiliter neglexerint: iniuncta pariter salutari poenitentia, et firma obligatione sub reincidentia eosdem vobis vel aliis, ad quos spectat, prout de iure denunciandi.

VIII. Absolvendi religiosos cuiuscumque ordinis (etiam moniales, per confessarios tamen pro ipsis a vobis approbatos vel specialiter deputandos) non solum a praemissis sed etiam a casibus et censuris in sua religione reservatis, dummodo religiosi apud confessarium subdelegatum legitimam habuerint licentiam peragendi confessionem sacramentalem.

IX. Dispensandi ad petendum debitum coniugalc cum transgressore voti castitatis privatim emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit; huiusmodi poenitentem monendo ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum, quam si marito vel uxori respective supervixerit.

X. Dispensandi cum incestuoso vel incestuosa ad petendum debitum coniugale, cuius ius amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea vel consanguineo, sive in primo, sive in primo et secundo, sive in secundo gradu suae uxoris seu respective mariti: remota occasione peccandi, et iniuncta gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali singulis mensibus per tempus arbitrio dispensantis statuendum.

XI. Dispensandi super occulto impedimento primi, nec non primi et secundi ac secundi tantum gradus affinitatis cx illicita carnali copula provenientis, quando agatur de matrimonio cum dicto impedimento iam contracto, et quatenus agatur de copula cum suae putatae uxoris matre, dummodo illa secuta fuerit post eiusdem putatae uxoris nativitatem, et non aliter: monito pocnitcnte de necessaria secreta renovatione consensus cum sua putata uxore aut suo putato marito, certiorato seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute ut ipsius poenitentia delictum nusqnam detegatur; et quatenus haec certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu iuxta regulas a probatis auctoribus tra-

ditas; remota occasione peccandi, ac iniuneta gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali semel in mense per tempus dispensantis arbitrio statuendum.

Item de speciali et expressa apostolica auctoritate vobis facultatem concedimus dispensandi super dicto occulto impedimento, seu impedimentis affinitatis ex copula illicita, etiam in matrimoniis contrahendis, *dispensandique facultatem subdelegandi, etiam habitualiter parochis vestrae dioecesis,* quando tamen omnia parata sint ad nuptias nec matrimonium usque dum ab Apostolica Sede obtineri possit dispensatio absque periculo gravis scandali differri queat: remota semper occasione peccandi, et firma manente conditione, quod copula habita cum matre mulieris huius nativitatem non antecedat; iniuneta in quolibet casu poenitentia salutari.

XII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione.

Item ex eadem speciali et expressa apostolica auctoritate pariter facultatem concedimus dispensandi, suqier eodem occulto impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, in casibus tamen urgentioribus, in quibus tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem; iniuneta in utroque casu gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali semel singulis mensibus per tempus disqicnsantis arbitrio statuendum.

X. Z>. 2Iens nostra est 1. ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra praedictum terminum his facultatibus ros uti contingat, absolutiones, seu dispensationes exinde impertitae ratae sint et valida; 2. ut iniunciio confessionis sacramentalis, de qua sub η. X, XI. et XII. non sit irritativa, sed *tantum* praeceptiva: ▮?. *ut his facultatibus non solum singillatim, sed etiam cumulatim in uno eodemque casu uti possitis. »*

270. — *De regularium privilegiis*

<36. Kegulares possunt in foro conscientiae uti privilegiis suis, quae sunt expresse revocata per Concilium Tridentinum. — 37. Indulgentiae concessae regularibus, et revocatae a Paulo *N.*, hodie sunt revalidatae ». — Ppr. dd. ab Alex. VII.

Quoad *religiosos dispersos:* « 3.° Decernit, praefatas domos a superioribus designatas in qua dispersi religiosi convenerint), dummodo in eas tres saltem ad ibi degendum convenerint regulares, iurisdictioni ministri provincialis fore subiectas, easque regendas esse per peculiarem superiorem ibi constituendum. 4? Indulget, ut in iisdem domibus, dummodo in eis quatuor saltem degant sacerdotes regulares, erigi possit, servatis de iure servandis, privatum oratorium... ita ut in eo missa a sacerdotibus regularibus celebrari, SSma Eucharistia asservari, et a religiosis atque oblatis dumtaxat S. Communio sumi et praecepto de audiendo sacro satisfieri possit. 5.° Indulget pariter, ut in oratoriis sic erectis ipsi regulares frui possint omnibus et quibuscumque indulgentiis concessis et assignatis domibus seu ecclesiis a quibus exturbati fuerunt ». — S. Poenit. 18. Apr. 1867. A. S. S. V. 3. p. 151. seqq.

< An et cui competat, in casu, ius funerum quoad religiosos vi praesentium circumstantiarum dispersos? — **It** Affirmative favore regularium,

quoties religiosi sub legitimo superiore saltem in ternario numero convivant, et alii extra degentes ab eodem dependeant; alias favore parochorum ». — S. C. EE. et HR. 11. Mart. 1881,

272. — *De regularium exemptione*

<...Ad regularium exemptionem quod attinet, certa et cognita sunt canonici iuris praescripta. Scilicet quamvis in ecclesiastica hierarchia, quae est *divina ordinatione* constituta, presbyteri et ministri sint inferiores episcopis, horumque auctoritate regantur (1); tamen quo melius in religiosis ordinibus omnia essent inter se apta et connexa, ac sodales singuli pacato et aequabili vitae cursu uterentur; denique ut esset incremento et perfectioni *religiosae conversationis* (2) consultum, haud immerito Romani Pontifices, quorum est dioeceses describere, ac suos cuique subditos sacra potestate regundos attribuere, clerum regularem episcoporum iurisdictione exemptum esse statuerunt. Cuius rei non ea fuit causa quod placuerit religiosas sodalitates potiore conditione frui quam clerum saecularem; sed quod earum domus habitae fuerint iuris fictione quasi territoria quaedam ab ipsis dioecesibus avulsa. Ex quo factum est ut religiosae familiae, quas hire communi et episcopis propter hieraticum principatum, et Pontifici maximo propter primatum pontificium immediate subesae, oporteret (3), in eius potestate esse perrexerint, ex episcoporum potestate per privilegium exierint. Quum autem re ipsa intra fines dioecesium vita degant, sic huius privilegii temperata vis est, ut sarta tecta sit diocesana disciplina, adeoque ut clerus regularis in multis subesse debeat episcopali potestati sive ordinariae sive delegatae... lure autem communi (4) constitutum est, ut domus, quae sodales religiosos sex minimum non capiant, in potestatem episcoporum esse omnino debeant... Quum dubium iamdudum fuisset propositum Clementi VIII., utrum religiosi viri ad Indos missi in culturam animarum existimandi essent quasi vitam degentes extra coenobii septa, proindeque episcopis subesse Tridentina lege iuberentur, Pontifex ille per Constitutionem *Religiosorum quorumcumque* VI. Idus Novembris MDCI. decreverat eos « reputandos esse tamquam religiosos viventes intra claustra — quamobrem — in concernentibus curam animarum Ordinario loci subesse; in reliquis vero non Ordinario loci, sed suis superioribus subiectos remanere ». Neque aliud, sensit iudicavitque Benedictus XIV. in suis Constitutionibus *Quamvis* V. Kalend. Martii MDCCXLVL, *Cum nuper* VI. Idus ÎNbvembris MDCCLI. et *Cum alias X.* Idus lunii MDCCLIII. Ex quibus omnibus liquet, etiam hospitia ac domos quantumvis incolarum paucitate infrequentes huius, de quo agitur, privilegii hire comprehendi, idque non in locis solum ubi vicarii apostolici, sed etiam ubi episcopi praesunt: de episcopis enim in Constitutionibus, quas memoravimus, agebatur ». — Leo XIII. C. *Romanos Pontifices* VIII. Id. Maii 1881.

(1) Cone. Tri<l. sess. 23. *de sacr. ord.* can. 7.

(2) S. Greg. M. Epist. III. lib. IX. — Boned. XIV. Epist. Deer. *Apostclicae servitutis,* prid. Idus Mart. 1742.

(3) Cone. Vatie. Constit. *Pastor aeternus,* cap. 3.

(4) Innocent. X. Constit. *Instaurandae,* die 1ô. Octob. 1652. Constit. *Ut in parvis,* die 10 Februar. 1654.

« Utrum lex. qua iuxta S. Cone. Trident. Ordinarius tenetur Communitates et monasteria dinecesis suae visitare, extendatur etiam ad communitates et monasteria, quae a superiore vel superiorissa generali reguntur *. — R. * Quoad regulares exemptos. Negative, exceptis casibus a iure expressis. Relate vero ad fratres et sorores piarum congregationum votorum simplicium, non exemptarum, Affirmative, salvis Statutis et Constitutionibus ab Apost. Sede approbatis*. — S. C. EE. et RR. 27. Febr. 1863.

‹ An et quomodo vicarii apostoliei, seu Ordinarii locorum visitare possint paroecias regularium missionariorum apostolicoruin in suis territoriis existentes? — II. Affirmative in omnibus iuxta Const. Boned. XIV. *Firmandis* 1744 ». — S. C. de P. F. 21 Sept. 1840.

Quoad regularium missionariorum exemptionem, et dependentiam a superiore regulari, nec non ab Ordinario loci, relate ad Missiones, Cf.

273. — *Regularium privilegia quoad missam*

Religiosos omnes, in vim Constit. S. Pii V. *Etsi mendicantium,* tam in diebus dominicis seu festivis, aut aliis totius anni temporibus, Campanas, quando eis placuerit, pulsare posse et missas celebrare, etiam tempore quo Ordinarii celebraverint. — Tpsos, ex eit. Const. S. Pii missas celebrare et divina officia, quando eis videtur, facere posse etiam in diebus dominicis vel festivis, etiam antequam rector parochialis ecclesiae celebraverit. — A. S. S. V. 24. p. 565.

* Ordinarios locorum ex dispositione S. Cone. Trid. prohibere non posse, ne regulares peregrini in ecclesiis suorum Ordinum missas celebrent absque eorum licentia ». — S. C. C. 27. Iui. 1626.

« S. C. C. post maturam discussionem censuit, non posse prohiberi regularibus habentibus privilegia apostolica. ut a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive, non valeant ministrare saecularibus communionem in suis ecclesiis. Posse tamen iisdem prohiberi, ut saecularibus die Paschatis illam administrent, etsi dicti saeculares fecissent satis praecepto paschali. 11. Inn. 1650 ›. — Scavini 1. 3. n. 245.

282. — *Privilegia Americae latinae.*

Quae infra recensentur privilegia pro omnibus Americae latinae singulisquc dioecesibus et ditionibus de Apostolicae potestatis plenitudine ad proximum triginta annorum spatium hisce ipsis Litteris concedimus. Quare... mandamus, edicimus:

I. Ut electi episcopi in Americae latinae ditionibus commorantes, postquam promotionis Litteras Apostolicas acceperint, nisi aliter in praefatis Litteris praescriptum sit, a quocumque maluerint catholico antistite, gratiam et communionem Apostolicae Sedis habente, accitis et assistentibus, si alii episcopi assistentes absque gravi incommodo reperiri nequeant, duobus vel tribus presbyteris in ecclesiastica dignitate constitutis, vel cathedralis ecclesiae canonicis, consecrationis munus accipere valeant.

II. Ut Concilii Provincialis celebratio ad duodecim annos differri possit, reservato metropolitae iure illud frequentius, prout necessitas postulaverit, celebrandi, nisi aliter per Sedem Apostolicam postea ordinatum fuerit.

III. Ut episcopi sacrum chrisma, quod ex indico etiam, vero tamen balsami liquore fieri potest, et olea sacra conficere possint, iis sacerdotibus adstantibus, qui adstare potuerint, et, urgente necessitate, extra diem Coenae Domini.

IV. Ut adhiberi possint sacra olea etiam antiqua, non tamen nitra quatuor annos, dummodo corrupta ne sint, et, peracta omni diligentia, nova vel rccentiora sacra olea haberi nequeant.

V. Ut pro omnibus et solis regionibus seu locis, in quibus magnae distantiae causa vel oh aliud grave impedimentum perdifficile sit parochis vel missionariis ad baptismum conferendum aquam Sabbato Sancto ct Pentecoste benedictam ex fontibus baptisrnalibus, ubi asservatur, desumere et secuin circumferre, Ordinarii, nomine sanctae huius Sedis, concedere possint parochis et missionariis supra dictis facultatem benedicendi aquam baptismalem ea breviori formula, qua missionaries in Peruvia apud Indos Summus Pontifex Paulus III. uti concessit, quaeque in appendice ad Rituale Romanum legitur.

VI. Ut si propter defectum temporis, improbamque defatigationem, aliisque gravibus de causis perdifficile sit omnes adhibere caeremonias pro baptismo adultorum praescriptas, parochi et missionarii, de praevio Ordinarii consensu, uti possint solis ritibus, qui in Constitutione Pauli III. *Altitudo* diei I. lunii anni MDXXXVII. designantur. Insuper ut in iisdem rerum adiunctis Ordinarii nomine Sanctae Sedis concedere valeant parochis et missionariis usum ordinis baptismi parvulorum, onerata in usu huiusmodi facultatis eorumdem Ordinariorum conscientia super existentia gravis necessitatis.

VII. Ut in omnibus et singulis ditionibus Americae latinae, nulla excepta, omnes sacerdotes tam saeculares quam regulares, quamdiu in praefatis ditionibus moram duxerint, et non alias, singulis annis die secunda Novembris seu die sequenti, iuxta Aibricas Missalis Romani, qua nempe commemoratio omnium fidelium defunctorum ab Ecclesia universali recolitur, tres missas singuli celebrare possint et valeant, ita tamen ut unam tantum eleemosynam accipiant, videlicet pro prima missa dumtaxat, et in ea quantitate tantum, quae a Synodalibus Constitutionibus seu a loci consuetudine regulariter praefinita fuerit; fructum autem medium secundae et tertiae missae non peculiari quidem defuncto, sed in suffragium omnium fidelium defunctorum omnino applicent, ad normam Constitutionis Benedicti XIV. Pontificis Maximi *Quod expensis* diei XXVI. Augusti MDCCXLVIII.

VIII. Ut omnes fideles annuae confessionis et communionis praecepto satisfacere possint a Dominica Septuagesimae usque ad octavam diem solemnitatis Corporis Christi inclusive.

IX. Ut omnes fideles lucrari possint indulgentias et iubilaea, quae requirunt confessionem, communionem et ieiunium, dummodo servato iciunio, si loco inhabitent, ubi impossibile prorsus vel difficile admodum sit confessariorum copiam habere, corde saltem contriti sint cum proposito firmo confitendi admissa quam primum poterunt, vel ad minus intra unum mensem.

X. Ut Indi ct Nigritae intra tertium et quartum tam consanguinitatis quam affinitatis gradum matrimonia contrahere possint.

XL Ut Indi et Nigritate quocumque anni tempore nuptiarum benedictionem accipere possint. dummodo iis temporibus, quibus ab Ecclesia prohibentur nuptiae, pompae apparatum non adhibeant.

XII. Xe Indi et Nigritae ieiunare teneantur praeterquam in foriis sextis Quadragesimae, in Sabbato Sancto et in pervigilio Natalis I). N. I. C.

XIII. Ut praeterea Indi et Nigritae absque ullo onere, seu solutione eleemosynae, uti possint induito, quod Quadragesimale dicitur, et quo fideles respectivae dioecesis seu regionis ab Apostoliea Sede donantur; ideoque carnibus, ovis et lactieiniis vesci possint omnibus diebus ab Ecclesia vetitis, exceptis quoad carnes diebus in superiori paragrapho XII. notatis.

XI. Ut quandocumque in causis tam criminalibus (piam aliis quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus a sententiis pro tempore latis appellari contigerit, si prima sententia ab episcopo lata fuerit, ad metropolitannm; si vero prima sententia lata sit ab ipso mctropolitano, ad Ordinarium viciniorem absque alio Sedis Apostolicae rescripto appelletur: et, si secunda sententia primae conformis fuerit, vim rei indicatae obtineat, et execution! per eum, qui eam tulerit, demandetur, quacumque appellatione non obstante; si vero illae duae sive ab Ordinario et metropolitano, sive a mctropolitano et Ordinario viciniore latae, conformes non fuerint, tunc ad alterum metropolitannm vel episcopum ei, a quo primo fuit lata sententia, viciniorem eiusdem provinciae appelletur, et duas ex ipsis tribus sententias conformes, quam vim rei indicatae baberc volumus, is, qui postremo loco indicaverit, exequatur, quacumque appellatione non obstante. Cum autem recursus ad Aposto!icam Sedem, etiam omisso medio, sive ante sive post sententiam indicum inferiorum, semper integer manere debeat, ad normam iuris, in usu huius privilegii omnino servandae erunt sequentes conditiones: 1° Ut in singulis causis salva maneat cuique litiganti facultas ad hanc Apostolicam Sedem etiam post primam sententiam recurrendi; 2° ut in singulis actibus expressa fiat Apostolicae delegationis mentio; 3° ut causae maiores sint eidem Apostolicae Sedi reservatae ad nonnam Sacri Concilii Tridentini; 4° et quoad causas matrimoniales ea custodiantur, quae in Constitutione Benedicti XIV. cuius initium *Dei miseratione,* praestituta sunt.

Abrogatis deletisqne Auctoritate Nostra Apostoliea omnibus et singulis Occidentalium privilegiis, quocumque nomine vel forma ab hac Sancta Sede prius concessis.

Contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus ». — Leo XIII. C. *Trans Oceanum* 18. Apr. 1897.

‹ Praefatas Litteras Apostolicae *Trans Oceanum* vigorem habere in omnibus Antillis et ceteris insulis maris Caraibici, cuicumque civili ditioni subiiciantur. Et ita Sanctitas Sua publicari et servari mandavit contrariis minime obfuturis ». — S. C. Neg. Extr. 1G. Aug. 1898.

285. — *Telegrammata quoad supplicationes gratiae*

* In vista degi'inconvenienti, che sonosi verificati, c che facilmente possono rinnovarsi nel riccverc domande di grazie per mezzo di tclegrammi, ii Santo Padre ha prescritto, che da ora in poi per regola ordinaria tntte le SS. Conirregazioni ed altri dieasteri ecclesiastici romani

le

stcsse ragioni audio per le curie vescovili S. S. vuole, die anche i pastori (Idle dioccsi si informino a talc prescrizione ». — C'ircol. ai vcscovi, Segret. di Stato, 10. Dicenibre 1891.

« Se sia valida una. dispensa matrimoniale, eseguita dall'Ordinario dictro l'avviso tclegrafico, prima di avere ricevuto il documento antenfico ddla grazia concessa. - It. Negative, nisi notitia tclegraphica transmissa fuerit ex officio, auctoritate S. Sedis. — SSiîius approbavit *. — S. 0. 14. Augusti 1892.

« È noto die per disposizione dei diritto (C. 12. *de Appellationibus* Cone. Trid. S. 22. C. 5. de R.) lOrdinario diocesano non lia giurisdizione alcana ad eseguire i Brevi Apostolici di dispensa matrimoniale, prima che gli sia présentait» il documento originale. Cio posto, — 1. Questa canonica disposizione si applica anche a quelle dispense matrimoniali, dellc quali, appena concesse, dà. partecipazione allOrdinario il proprio spedizioniere apostolico residente in Roma? — 2. Che è da farsi se Pattuale vescovo scoprc che alcuni matrimonii, per cause urgentissime, furono contratti dopo Ia partecipazione dello spedizioniere, e prima che la curia avesse il Breve originale, montre le parti sono in buona fede? — It. Ad 1'". Affirmative. — Ad 2,n. Opus esse nova dispensationum executions. — S. Poenit. 15. lan. 1894.

DE PECCATIS

287. — *De peccato philosophico*

« 2. Peccatum philosophicum seu morale est actus humanus disconveniens naturae rationali et rectae rationi: theologicum vero et mortale est transgressio libera divinae legis. Philosophicum, quantumvis grave, in illo qui Deum vel ignorat vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum*. — Pr. d. uti scandalosa, temeraria, piarum aurium offensiva, et erronea, ab. Alex. VIII. 24. Aug. 1690.

288. — *De voluntario in peccato*

« Peccatum est duplex, originale scilicet et actuale: originale quod absque consensu; actuale quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti; actuale vero, quod consensu contrahitur, sine consensu minime relaxatur. ». — Innocentius III. C. *Maiores* 3. *de Baptismo et eius effectu.*

« 67. Homo peccat etiam damnabiliter, in eo, quod necessario facit ». — Pr. Midi. Baii d. a S. Pio V.

« 1. In statu naturae lapsae ad peccatum formale et demeritum sufficit illa libertas, qua volontarium ac liberum fuit in sua causa, peccato originali et libertate Adami peccantis». — Pr. d. ab Alexandro VIII. Decr. 7. Dee. 1690.

« 46. Ad rationem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis quaestio est, sed causae et originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium. — 47. Unde peccatum originis vere habet rationem peccati sine ulla relatione ac respectu ad voluntatem, a qua originem habuit.— 48. Peccatum originis est habituali parvuli voluntate voluntarium, et habitualiter dominatur parvulo: eo quod non gerit contrarium voluntatis

arbitrium. — 49. *Et* ex habituali voluntate dominante lit, ut parvulus decedens sine regenerationis sacramento, quando usum rationis consecutus erit, actualiter Deum odio habeat, Deum blasphemet, et legi Dei repugnet. — 50. Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quae homo invitus patitur, sunt prohibita praecepto *Son concupisces.*— 51. Concupiscentia, sive lex membrorum, et prava eius desideria, quae inviti sentiunt homines, sont vera legis inobedientia. — 52. Omne scelus est eius conditionis, ut suum actorem et omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio. — 53. Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum maioribus. — 56. In peccato duo sunt: actus et reatus: transeunto autem actu, nihil manet nisi reatus, sive obligatio ad poenam ». — Ppr. Mieh. Bail dd. a S. Pio V.

312. — *De peccato veni(di*

<20. Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur poenam aeternam ». — Pr. Mieh. Baii d. a S. Pio V.

294. — *Delectatio de re mala* — Cf. n. 3S9.

313. 316. — Aon *omnia opera sunt peccata.*
See fides nec charitas requiritur ad vitandum peccatum

‹ 31. In omni opere bono instus peccat. — 32. Opus bonum optime factum est veniale peccatum. — 35. Nemo est certus, se non semper peccare mortaliter, propter occultissimum superbiae vitium. — 36. Liberum arbitrium post peccatum est res de solo titulo: et dum facit quod in se est peccat mortaliter ». — Ppr. Mart. Luth. dd. a Leone X.

« S.Necesse est infidelem in omni opere peccare».—Pr.d.ab Alex. VIII, 7. Dee. 1690.

« 44. Non sunt nisi duo amores, unde volitiones et actiones omnes nostrae nascuntur: amor Dei. qui omnia agit propter Deum, quemque Dens remuneratur: et amor quo nos ipsos ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est non refert, et propter hoc ipsum fit malus.— 45. Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones eius corrumpat. — 46. Cupiditas aut chantas usum sensuum bonum vel malum faciunt. — 47. Quid aliud esse possumus, nisi tenebrae, nisi aberratio, et nisi peccatum, sine fidei lumine, sine Christ ·, et sine charitate? — 48. Ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei ». — Ppr. Pasch. Quesu. dd. a Clem. XI.

318. — *Occasio peccandi*

« 62. Proxima occasio peccandi, non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit. — 63. Licitum est quaerere directe occasionem proximam peccandi, pro bono spirituali vel temporali nostro vel proximi ». — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

329. — *Comedere et bibere ob voluptatem* — Cf. n. 82.
343. — *De acedia*

‹ 28. Taedium rerum spiritualium bonum est, siquidem per illud purgatur amor proprius. — 29. Dum anima interna fastidit discursus de Deo et virtutes, frigida remanet, nullum in se ipsa sentiens fervorem, bonum signum est ». — Ppr. Mich, de Mol. dd. ab Innoc. XI.

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS

345. — *De natura fidei*

« 19. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium. — 20. Hinc potest (piis prudenter repudiare assensum quem habeat supernaturalem. — 23. Fides late dicta, ex testimonio creaturarum similive motivo, ad iustificationem sufficit » — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

« 51. Fides iustificat quando operatur, sed ipsa non operatur nisi per cliaritatem. — 52. Omnia alia salutis [media continentur in fide,.tanquam in suo germine et semine: sed haec fides non est absque amore et fiducia ». — Ppr. Pasch. Quesn. dd. a Clem. XI.

« 12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides: et etiamsi videatur credere, non est fides divina, sed humana ». — Pr. d. ab Alex. VIII.

Canones Cone. Vatie, de Fide Catholica

« I. *De Deo rerum omnium Creatore.* — 1. Si quis unum verum Deum visibilium et invisibilium Creatorem et Dominum negaverit; a. s.— 2. Si quis praeter materiam nihil esse affirmare non erubuerit: a. s.— 3. Si (piis dixerit unam eandemque esse Dei et rerum omnium substantiam vel essentiam; a. s. — 4. Si quis dixerit, res finitas, tum corporeas tum spirituales, aut saltem spirituales, e divina substantia emanasse; aut divinam essentiam sui manifestatione vel evolutione fieri omnia; aut denique Deum esse ens universale seu indefinitum, quod,sese determinando, constituat rerum universitatem in genera, species et individua distinctam; a. s. — 5. Si quis non confiteatur, mundum resque omnes, quae in eo continentur, et spirituales et materiales, secundum totam suam substantiam a Deo ex nihilo esse productas; aut Deum dixerit non voluntate ab omni necessitate libera, sed tam necessario creasse, quam necessario amat seipsum; aut mundum ad Dei gloriam conditum esse negaverit; a. s.»

«II. *De Ilei'elatione.* — I. Si quis dixerit Deum unum et verum, Creatorem et Dominum nostrum, per ea, quae facta sunt, naturali rationis humanae lumine certo cognosci non posse; a. s. —2. Si quis dixerit, fieri non posse, aut non expedire, ut per revelationem divinam homo de Deo, cultuque ei exhibendo edoceatur; a. s. — 3. Si quis dixerit hominem ad cognitionem et perfectionem, quae naturalem superet, divinitus evehi non posse, sed ex seipso ad omnis tandem veri et boni possessionem jugi profectu pervenire posse et debere; a. s. — 4. Si quis S. Scripturae libros integros cum omnibus suis partibus, prout illos S. Trid. Syn. recensuit, pro sacris et canonicis non receperit, aut eos divinitus inspiratos esse negaverit; a. s. »

* III. *De fide.* — 1. Si quis dixerit, rationem humanam ita independentem esse. ut fides ei a Deo imperari non possit: a. s. — 2. Si quis dixerit, fidem divinam a naturali de Deo et rebus moralibus scientia non distingui, ac propterea ad fidem divinam non requiri, ut revelata veritas propter auctoritatem Dei revelantis credatur: a. s. — 3. Si quis dixerit miracula nulla fieri: posse proindeque omnes de iis narrationes, etiam in sacra Scriptura contentas, inter fabulas vel mythos ablegandas esse; aut miracula certo cognosci numquam posse, nec iis divinam religionis Christianae originem rite probari: a. s. — 4. Si quis dixerit assensum fidei Christianae non esse liberum, sed argumentis humanae rationis necessario produci: aut ad solam fidem vivam, quae per caritatem operatur, gratiam Dei necessariam esse; a. s. — 5. Si quis dixerit, parem esse conditionem fidelium atque eorum, qui ad fidem unice veram nondum pervenerunt, ita ut catholici iustam causam habere possint, fidem, quam sub Ecclesiae magisterio iam susceperunt, assensu suspenso in dubium vocandi, donec demonstrationem scientifieam credibilitatis et veritatis suae absolverint: a. s. »

« IV. *De Fide et Datione.* — 1. Si quis dixerit in revelatione divina nulla vere et proprie mysteria contineri, sed universa fidei dogmata posse per rationem rite excultam e naturalibus principiis intelligi et demonstrari: a. s. — 2. Si quis dixerit, disciplinas humanas ea cum libertate tractandas esse, ut earum assertiones, etsi doctrinae revelatae adversentur. tanquam verae retineri, neque ab Ecclesia proscribi possint,- a. s. — 3. Si quis dixerit, fieri posse, ut dogmatibus ab Ecclesia propositis, aliquando secundum progressum scientiae sensus tribuendus sit alius ab eo, quem intellexit et intelligit Ecclesia; a. s. »

346. — *Infidelitas negativa, haeresis*

‹ 68. Infidelitas pure negativa, in his, quibus Christus non est prædicatus, peccatum est ». — Pr. Jlich. Baii d. a S. Pio V.

‹ 28. Si Papa cum magna parte Ecclesiæ sic vel sic sentiret, nec etiam erraret: adhuc non est peccatum aut hæresis, contrarium sentire, præsertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium universale alterum reprobatum, alterum approbatum ». — Pr. Mart. Luth, d. a Leone X.

« 5. Quamvis evidenter tibi constet. Petrum esse haereticum, non teneris denuntiare, si probare non possis ». — Pr. d. ab Alex. VII. 24. Sept. 1665.

De haereticorum reconciliatione

« Utrum Ordinarii dioecesum. qui non sunt episcopi, uti vicarii capitulares, administratores apostolici ecclesiarum cathedralium et etiam vicarii generales, nec non utrum praefecti missionum possint resipiscentem haereticum aut coram se comparentem, aut ad forum externum quoquomodo deductum, aeque ac episcopi. Ecclesiae reconciliare et pro utroque foro absolvere a censura, in quam propter haeresim incidit. — R. De vicariis capitularibus, Affirmative quoad subditos, etiam cum potestate delegandi: quod vero attinet ad exemptos, regulariter indigere facultate Sedis Apostolicae. — De administratoribus apostolicis ecclesiarum cathedralium. Affirmative, etiam cum facultate subdelegandi. — De vicariis

generalibus, Non posse vi muneris sui: posse tamen delegatione proprii Ordinarii. Hc praefectis missionum, Negative - S. C. S. 0.1. Febr. 1865.

Cf. Instruet, pro professione fidei et absolutione haereticorum apud Collectai!. S. C. de P. F. n. 1689.

Admissio /iliorumfamilias ad fidei professionem

1. An tuto admitti possit ad fidei catholicae professionem puella decem annorum in monasterio degens, eiusdem patre haeretico invito.— 2. An tuto admitti possint ad fidei catholicae professionem puellae in monasterio degentes, quarum parentes haeretici consentientes sint, imo spondeant se easdem in matrimonium daturos catholicis viris, quamvis quoad se ipsos declarent, haereticos se esse, et tales permanere velle.— 3. An tuto admitti possint ad fidei catholicae professionem puellae (ut in praecedenti), quamvis ipsi (parentes) catholici non sint, sed indifferentes, hoc est increduli. — 4. An sine mora admittendae sint ad fidei catholicae professionem et sacramentorum susceptionem puellae in praesenti bene dispositae; vel earum admissio differenda erit usque ad matrimonium cum catholico viro, propter timorem perversionis? — 5. Si differenda: an admittendae sint in monasterio, ut edoceantur catholicam fidem, vel expectandum usque ad tempus matrimonii eum catholico viro? — 11. Ad 1. Curet prius vicarius ap. totis viribus consensum patris puellae obtinere: si consensus non obtineatur, perpendat serio incommoda quae ex talis puellae admissione in Ecclesiam provenire praevideantur, tum quoad periculum proximum perversionis eiusdem puellae, tum quoad grave damnum scholae ac missionis Catholicae; et quatenus nulla, aut spernenda incommoda praevideantur, eandem admittat sine mora: quatenus vero gravia praevideantur incommoda futura, eiusdem admissionem ad formalem et publicam professionem fidei eatholicae differat, nisi periculum mortis immineat; et interim curet eam hortari ut in bono proposito perseveret, atque Deum precetur ut obstacula omnia auferre dignetur; simulque curet ut ipsa in monasterio manere pergat, et tali modo suam educationem catholicam compleat et perficiat. — Ad 2. et 3. Affirmative; et curent ut parentes stent promissis. Et quoad 1. 2. et 3. cum mente; mens est, ut fiant opportunae inquisitiones super valore baptismatis puellarum: et quatenus his peractis, probabile dubium supersit dc validitate huius baptismatis, puellae secreto baptizentur sub conditione. ⊢ Ad 4. Negative, nisi fundata affulgeat spes catholicae earum educationis. — Ad 5. Provisum per responsiones ad 1. 2. et 3.; et si ulteriores difficultates exurgant, R. P. D. vicarius ap. recurrat in singulis casibus. — S. C. S. O. 21. Iui. 1880.

348. — *Necessitas fidei*

«97. Fides est necessaria hominibus rusticis, insciis, ministratiinis, et non habentibus intellectum elevatum, qui nesciunt cognoscere per rationem et diligunt cognoscere per fidem: sed homo subtilis facilius trahitur ad veritatem christianam per rationem quam per fidem ». — Pr. Raimundi Lullii d. a. Gregorio XI. VII. kal. Febr. 1376. — Cf. n. 345. 349. 350.

349.— ^*eeessitafr médit credenda*

«22. Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratoris ». — Pr. d. ab. Innoe. XI. — cf. n. 345.

350. — *Trinitatis, Incarnationis mysteria*

« 64. Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, et etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat mysterium sanctissimae Trinitatis, Incarnationis Domini Nostri lesu Christi. — 65. Sufficit illa mysteria semel credidisse».— Ppr. dd. ab Innoe. XI.

‹ Missionarium teneri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non sit. explicare mysteria fidei, «piae sunt necessaria necessitate medii, ut sunt *praecipue* mysteria Trinitatis et Incarnationis ». — S. 0. 25. lan. 1703. C. 549.

353. — -Veress/Zos *praecepit*

«1. Homo nullo unquam vitae suae tempore tenetur elicere actum fidei, spei et charitatis ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium ». — Pr. d. ab. Alex. VII.

‹ 16. Fides non censetur cadere sub praeceptum speciale et secundum se. —17. Satis est actum fidei semel in vita elicere. — IS. Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo et fidei gloriosum consulo: tacere, ut peccaminosnm per se non damno ». — Ppr. dd. ab Innoe. XI. — Cf. n. 350.

354. — *Quandonam fides obliget* — Cf. n. 353.

356. — *De obiecto fidei*

« Namque etiamsi ageretur de illa subiectione, quae fidei divinae actu est praestanda, limitanda tamen non esset ad ea. quae expressis oecumenicorum Conciliorum, aut Bomanorum Pontificum huiusque Apostolicae Sedis decretis definita sunt, sed ad ea quoque extendenda, quae Ordinario totius Ecclesiae per orbem dispersae magisterio tanquam divinitus revelata traduntur, ideoque universali et constanti consensu a catholicis theologis ad fidem pertinere retinentur. Sed cum agatur de illa subiectione, qua ex conscientia ii omnes catholici obstringuntur, qui in contemplatrices scientias incumbunt, ut novas suis scriptis Ecclesiae afferant utilitates, idcirco eiusdem conventus viri recognoscere debent, sapientibus catholicis haud satis esse, ut praefata ecclesiae dogmata recipiant ac venerentur, verum etiam opus esse, ut se subiiciant tum decisionibus, quae ad doctrinam pertinentes a Pontificiis Congregationibus proferuntur, tuum iis doctrinae capitibus, quae communi et constanti catholicorum consensu retinentur ut theologicae veritates et conclusiones ita certae, ut opiniones eisdem doctrinae capitibus adversae quamquam haereticae dici nequeant, tamen aliam theologicam mereantur censuram ». — Pins IX. Litt. ad archiep. Monaccns. et Frisingens. 21. Dec. 1863.

De obsequioso silentio quoad factum dogmaticum

‹ Omnes catholicae Ecclesiae filii Ecclesiam ipsam audire, non tacendo solum...l, sed et interius obsequendo, (piae vera est orthodoxi hominis

ubedientia, addiscant... damnatum in quinque praefatis propositionibus lanseniani libri sensum, quem illarum verba prae se ferunt... ab omnibus christiiidelibus, ut haereticum, non ore solum, sed et corde recipi ac damnari debere... ». — Clem. XL C. *Vineam Domini* 16. Iui. 1703.

Textus S. Joannis Ep. 1. e. 5. v. 7.

« Utrum tuto negari aut saltem in dubium revocari possit esse authenticum textum S. loannis in Ep. 1. e. 5. v. 7., quod sic se habet: *Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus?* — R. Negative ». — S. 0. 15. lan. 1897.

Ignis inferni

‹ Poenitens se sistit coram confessario et inter alia declarat opinari quod in inferno ignis non sit realis sed metaphoricus, scilicet quod inferni poenae, quaecumque illae sint, sunt vocatae ignis aliquo dicendi modo; nam sicut ignis dolorem omnium intensiorem producit, ita ad indicandas atrocissimas inferni poenas nulla adest imago aptior ad ideam inferni etformandam. Hinc parochus quaerit, an liceat relinquere poenitentes in hac opinione, et an liceat eos absolutione donari? Notat autem parochus quod non agitur de opinione alicuius individui, sed est opinio generaliter admissa in quodam pago ubi dici solet: infantes solum persuade, si potes, quod sit ignis in inferno».

E. Huiusmodi poenitentes diligenter instruendos esse; et pertinaces non esse absolvendos». — S. Poenit. 30. Apr. 1890.

357. — *De Deo rerum omnium Creatore* — Cf. n. 345. *Can. Cone. Vatie.*

De Ecclesia Christi

« 41. Non est de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias ». — Pr. Io. Wickleff d. a Cone. Constans. — Cf. n. 369.

Canones Concilii Vaticani

« C. 1. *De apostolici primatus in D. Petro institutione.* — Si quis dixerit B. Petrum apostolum non esse a Christo Domino constitutum apostolorum omnium principem et totius Ecclesiae militantis visibile caput; vel eundem honoris tantum, non autem verae propriaeque iurisdictionis primatum ab eodem Domino Nostro lesu Christo directe et immediate accepisse; a. s. ».

« C. 2. *De perpetuitate primatus D. Petri in Jlomanis Pontificibus.*— Si quis dixerit non esse ex ipsius Christi Domini institutione seu hire divino, ut B. Petrus in primatu super universam Ecclesiam habeat perpetuos successores; aut Romanum Pontificem non esse B. Petri in eodem primatu successorem; a. s. ».

« C. 3. *De vi et ratione primatus Romani Pontificis.* — Si quis dixerit Romanum Pontificem habere tantummodo officium inspectionis vel directionis, non autem plenam et supremam potestatem iurisdictionis in universam Ecclesiam, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent: aut eum habere tantum potiores partes, non vero totam pleni-

tudincm huius supremae potestatis: aut hanc eius potestatem non esse ordinariam et immediatam sive in omnes ae singulas ecclesias, sive in omnes ae singulos pastores: a. s. ».

* C. 4. A' *Romani Pontificis infallibili mapisterio.* — Dogma esse definimus: Romanum Pontificem, cum ex cathedra loquitur, i. c., eum omnium Christianorum pastoris et doctoris munere fungens, pro suprema sua apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, per assistentium divinam, ipsi in B. Petro promissam, eam infallibilitate pollere, qua divinus Redemptor Ecclesiam suam in definiendo doctrinam de fide vel moribus instructam esse voluit: idcoque eiusmodi Romani Pontificis definitiones ex sese. non autem ex consensu Ecclesiae irreformabiles esse. Si quis autem huic nostrae definitioni contradicere, quod Deus avertat, praesumpserit; a. s. ».

364. — *Fides externe profitenda* — Cf. n. 353.

Decretum circa fidei professionem

« Quod a priscis Ecclesiae temporibus semper fuit in more, ut christifidelibus certa proponeretur ac determinata formula, quam fidem profiterentur, atque invalescentes cuiusque aetatis haereses solemniter detestarentur. idipsnm, sacrosancta Tridentina Synodo feliciter absoluta, sapienter praestitit Summus Pontifex Pius IV.. qui Tridentinorum Patrum decreta incunctanter exequi properans, edita idibus Novembris 1564. Const. *Iniunctum nobis,* formam concinnavit professionis fidei recitandam ab iis, qui cathedralibus et superioribus ecclesiis praeficiendi forent, quive illarum dignitates, canonicatus, aliaque beneficia ecclesiastica quaccumque curam animarum habentia essent consecuturi, et ab omnibus aliis, ad quos ex decretis ipsius Concilii spectat: nec non ab iis quos de monasteriis, conventibus, domibus, et aliis quibuscumqne locis regularium quorumcumque Ordinum, etiam militarium, quocumque nomine vel titulo provideri contingeret. Quod et alia Constitutione edita eodem die anno incipien. *In sacrosancta* salubriter praeterea extendit ad omnes doctores, magistros, regentes, vel alios cuinscumque artis et facultatis professores, sive clericos sive laicos, vel cuiusvis Ordinis regularis, quibuslibet in locis publice vel privatim quoquomodo profitentes, seu lectiones aliquas habentes, vel exercentes, ac tandem ad ipsos huiusmodi gradibus decorandos.

lain vero, cum postmodern coadunatum fuerit sacrosanctum Concilium Vaticanum, et ante eius suspensionem per Litteras Apostolicas *Postquam Dei munere* diei 20. Oct. 1870. indictam, binae ab eodem solemniter promulgatae sint dogmaticae Constitutiones, prima scilicet de fide catholica, quae incipit *Dei Filius,* et altera de Ecclesia Christi, quae incipit *Pastor Aeternus,* non solum opportunum, sed etiam necessarium est, ut in fidei professione dogmaticis quoque praememorati Vaticani Concilii definitionibus, prout corde, ita et ore publica solemnisque fieri deberet adhesio. Quapropter SSinus D. N. Pius Papa IX., exquisito ea desuper re voto specialis Congregationis Eniorum S. R. E. patrum cardinalium, statuit, praecepit, ac mandavit, ceu per praesens decretum praecipit ac mandat, ut in praecitata Piana formula professionis fidei, post verba *praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo,* dicatur *et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Itomani*

Pontificis primatu cl infallibili magisterio, ntquc in posterum fidei professio ab omnibus, qui eam emittere tenentur, sic et non aliter emittatur, sub comminationibus ac poenis a Concilio Tridcntino et a supradictis Constitutionibus s. m. Pii 1V. statutis. Id igitur ubique, et ab omnibus, ad quos spectat, diligenter ac fideliter observetur, non obstantibus etc.

Datum Itoniae e Secretaria S. Congregationis Concilii die 20. lan. 1877.» — Cf. C. 1870. 1871.

*Professio orthodoxae fidei iuxta formam a Summis Pontificibus Pio **IV**, et Pio **IX**. praescriptam* — Cf. C. 1670. nota (1).

*Professio catholicae fidei pro Graecis iuxta formulam a Summo Pont. (ireg. **XIII**. praescriptam — Cf.* C. 1671. nota (1) I.

*Professio catholicae, fulci pro Orientalibus iuxta formulam a Summo Pont. Prbano **VIII**. praescriptam* — Cf. C. 1671. nota (1) II.

Abiuratio seu professio fidei pro haereticis nco-conversis — Cf. C. 1680. 1689.

Professio fulci a bencficiatis et coram Ordinario emittenda

« 1. An praeter canonicos, dignitates et curatos inamovibili, ut dicunt, titulo provisos, parochi etiam amovibiles seu succursaliste ad professionem fidei iuxta praescriptionem S. Concilii Tridentini teneantur? 2. Et quatenus affirmative circa succursalistas, an possint professionem facere coram simplici deputato ab episcopo? 3. An praedicta professio toties renovari debeat, quoties illi omnes, de quibus supra, ad aliud beneficium transferuntur? — R. ... iuxta Cone. Trid., sess. 24., c. 12. de Ref., ac resolutiones... in similibus editas, ad 1"™. Affirmative; ad 2um. Negative; ad 3',ra. Affirmative ». — S. C. C. 15 Dec. 1866.

«An de iure communi possit episcopus subdelegare omnes sacerdotes suae dioecesis, ut possint dare investituram, seu mittere presbyteros institutos in possessionem beneficii, et professionem orthodoxae fidei audiant? — R. Ordinarium quoad immissionem in possessionem posse delegare; quo vero ad fidei professionem excipiendam non posse ». — S. C. EE. et RR. 14. Apr. 1890.

365. — *Fides coram publica auctoritate profitenda* — Cf. n. 353.

Haereticorum templa adire

An liceat catholicis adire templa haereticorum?—R. «Licere,si adeant merae curiositatis causa, absque ulla communicatione in sacris, in qua talis aditus communiter habeatur pro actu protestativo falsae religionis; quandoquidem sicuti profana aedificia, sic et templa haereticorum adire, est actus per se indifferens; qui non nisi a pravo fine, vel ex circumstantiis efficitur malus. Malus nimirum efficitur: 1. si quis ea adeat animo adsistendi sacris haereticorum functionibus; 2. vel etiam absque tali animo, si ingressus ipse in haereticorum ecclesias aliquam inferat vel inferre videatur cum eisdem haereticis in divinis communicationem, hinc et scandali occasionem praebeat; 3. aut si talis aditus indictus sit ab haeretico gubernio, tanquam protestatio eiusdem fidei ac religionis catholicos inter et acatholicos; 4. vel utramque communiter habeatur velati tessera unius eiusdemque communionis catholicorum et acatholicorum. — In his igitur casibus nunquam licet catholicis adire haereticorum templa, quia nunquam licet haereticorum sacris participare, nec propriam simu-

lare fidem. Ubi vero haec omnia absint, et sola curiositate templa visendi moveantur, inculpate ea adire possunt». — S. C. S. O. 13. lan. 1818.

Ah liceat matrimonium contrahere coram ministro haeretico

‹ Non latet quibusdam in locis haereticum ministrum agere personam magistratus mere civilis, coram quo se sistere solent eoniuges, aut etiam debent ob finem politicum, nempe ut habeantur civiliter honesti eoniuges prolesque censeatur legitima. Tunc vero urgentibus haereticis, aut lege civili imperante, non improbatur quod pars catholica una eum haeretica se sistat, ante vel post contractum ad formam Tridentini matrimonium, etiam coram ministro haeresi addicto, ad a-tum civilem dumtaxat impiendum. Etenim ad dubium olim sic expressum: *Utrum catholicus coram proprio catholico parocho cum haeretico contrahens licite possit, urgentibus haereticis, matrimonium hoc ratificare coram ministro haeretico, si nulla hinc ritus haeretici professio habeatur aut colligatur, et quidquid minister haereticus in casu agit, civilis dumtaxat ei politica postulatio sit, et censeatur,* per hanc S. Congregationem responsum fuit *affirmative.*

Verum enim vero quotiescumque minister haereticus censeatur veluti sacris addictus, et quasi parochi munere fungens, non licet catholicae parti una cum haeretica matrimonialem consensum coram tali ministello praestare, eo quia adhiberetur ad quamdam religiosam caeremoniam complendam, et pars catholica ritui haeretico se consociaret: unde oriretur quaedam implicita haeresi adhesio, ac proinde illicita omnino haberetur cum haereticis in divinis communicatio. Eapropter etsi perniciosa haec consuetudo inoleverit, ita ut a clero de facili corrigi non possit; nihilo tamen secius omni adbibito studio ac zelo evellenda erit. Et sane Benedictus XIV. aperte docet non licere contrahentibus se sistere coram ministro haeretico, quatenus assistat ut minister addictus sacris, et contrahentes peccare mortaliter, et esse monendos.

Opportune itaque a te instructi et commoniti parochi et missionarii edoceant fideles, qua publicis in ecclesiis catechesibus, qua privatis instructionibus circa constantem Ecclesiae doctrinam et praxim, ita ut a mixtis contrahendis nuptiis quoad fieri possit salubriter avertantur; sin autem, abhorreant prorsus a celebrando matrimonio coram haeretico ministro sacris addicto, id quod omnimode illicitum et sacrilegum est. Ita responsum fuit Ordinario Trevirensi sub fer. IV. 21. Apr. 18-17.

Sciant insuper parochi, si interrogentur a contrahentibus, vel si certe noverint, eos adituros ministrum haereticum sacris addictum ad consensum matrimonialem praestandum, silere non posse, sed monere eosdem debere sponsos de gravissimo peccato, quod patrant, et de censuris in quas incurrunt. Verumtamen ad gravia praecavenda mala si in aliquo peculiari casu parochus non fuerit interpellatus a sponsis, an liceat necne adire ministrum haereticum, et nulla fiat ab iisdem sponsis explicita declaratio de adeundo ministrum haereticum, praevideat tamen eos forsan adituros ad matrimonialem renovandum consensum, ac insuper ex adiunctis in casu concurrentibus praevideat monitionem certo non fore profuturam, imo nocituram, indeque peccatum materiale in formalem culpam vertendum; tunc sileat, remoto tamen scandalo, et dummodo aliae ab Ecclesia requisitae conditiones atque cautiones rite positae sint, praesertim de libero religionis exercitio parti catholicae concedendo, nec non de uni-

versa prole in religione catholica educanda. Quod si tandem consensus coram parocho vidit renovari, postquam praestitus iam fuerit coram ministro haeretico, idque publice notum .sit, vel ah ipsis parocho notificetur; parochus huic matrimonio non intererit, nisi servatis uti supponitur ceteroquin servandis, pars catholica facti poeniteris, praeviis salutaribus poenitentiis, absolutionem a contractis censuris rite prius obtinuerit. Sacra igitur Congregatio plurimum in Domino confidit, te praemissis prudenter et firmiter inhaerentem effecturum, ut inviolabilis doctrinae sartum tectum servetur depositum, catholicorum mores fidei respondeant, damna apprehensa arceantur, ac fideles doctrina et exemplo roborati incedant per semitas iustitiae ». — S. O. 17. Feb. 1864., 29. Nov. 1672.

366. — *De fidelium communicatione cum iudaeis*

«Christianis vetitum est, ne cum iudaeis habitare praesumant, ne mercede conducti assiduum eorum servitium obeant, neve in suis domibus eorum infantes nutriant, eisque uti nutrices serviant. L. 5. Decretal, t. CC. 5.-8.-13. — Interdictum quoque est Christianis, ne iudaeos, vel alios infideles ad sui curam medicos A'ocent seu admittant, aut vocari vel admitti faciant. Greg. XIII. C. *Alias* 30. Mart. 1581. — Quando fideles famulatum praestantes iudaeis periculum subeunt perversionis, non est locus tolerantiae: et tunc solum prudenter dissimulare licet quando nullum imminet huiusmodi periculum. S. I. C. 14. Iui. 1886». — Synod. Dioces. Albanens. an. 1886. P. 1. art. 7. n. 3.

367. — *Communicatio in civilibus cum haereticis*

« luxta praesentem disciplinam inductam a Martino V. in celebri Extravagant. *Ad evitanda·,* licet catholicis cum haereticis, modo non sint expresse et nominarim denunciati, libere conversari, et cum iisdem communicare in rebus mere profanis et civilibus». — S. 0. 10. Maii 1873. À. S. S. V. 27. p. 449. seqq., C. 1816.

Communicatio in divinis cum haereticis

« Cum saepe ac diu varii, sub variis utilitatis, necessitatis, periculorum, vexationum, atque etiam persecutionis a fidelibus subeundae circumstantiis casus huic Sacrae Congregationi propositi fuerint a missionariis ac praelatis Orientis quoad communicationem *in divinis* catholicorum cum haereticis et schismaticis: cumque ab hac S. Congregatione constanter uniformiterque rescriptum fuerit: *non licere;* concepta spes erat missionaries Orientis satis ac facile intellecturos posse quidem *speculative* casus aliquos excogitari, in quibus communicationem aliquam in divinis tolerare liceret, sed *practice* circumspectis omnibus facti circumstantiis difficillime casus inveniri, in quibus ea communicatio liceat, ac moraliter etiam impossibile esse, ut alia praescribatur regula generalis cuique hominum generi, cuique regioni, cuique tempori accommodata, quam quae iteratis a missionariis Orientis quaesitis data est ab hac Sacra Congregatione in Instructione edita anno 1719 eo nimirum doctrinae principio nixa, quod communicatio *in divinis* cum haereticis et schismaticis, ut illicita regulariter habenda esset in praxi, vel ob periculum perversionis in fide catholica, vel ob periculum participationis in ritu haeretico et schismatico, vel denique ob periculum, et occasionem scandali; quae

q-uideni circumstantiae, quemadmodum regulariter communicationi *in (lirinis* eum haereticis connectnatur in praxi, ita universim vetitae sunt iure naturali ac divino, in quo nec ulla potestas est. quae dispenset: nec ulla connivcntia. quae excuset: adeo ut nullus relictus locus fuerit nova dubia tingendi, ac proponendi; proinde in ea instructione diserte praescriptum est: *Jfissionarii instruendi erunt quod omnino abstinere debent ab actibus protestaiiris falsae sectae, a communicatione in ritu schismatico et haeretico, a periculo perversionis, et ab occasione scandali...*

Cordi sit ergo singulis praelatis, missionariis, sive directoribus animarum fideles edocere atque excitare ad haec evitanda pericula, quae regulariter aut omnia, aut aliqua subeunt in communicatione *in divinis* cum haereticis et schismaticis Orientis, qui licet adhuc substantiam ac valorem sacramentorum plerumque conservent, non sinunt tamen, ut ea, quae debent, catholici improbationis et segregationis signa exterius edant; ex quo fit, ut exterior illa conformatio in eodem cultu, et reverentia in pseudoministros liturgiae catholicum quemque, quamvis in tide firmissimum, et ritus haereticos, vel schismaticos, quibus eorum cultus inficitur, exhorrentem, periculo tamen scandali liberare non possit.

Id ex eo etiam confirmatur magis, quod vix ullus sit ritus apud hétérodoxes, qui aliquo errore in materia fidei non maculetur: nam in eorum ecclesiis, vel dedicatio est in memoriam schismatici alicuius, quem ut sanctum venerantur, vel exstant imagines, vel coluntur reliquiae, vel festa celebrantur eorum, qui in schismate mortui veluti sancti vulgo habentur, vel denique commemoratio fit viventium patriarcharum et episcoporum schismaticorum, ct haereticorum, qui ut *fidei catholicae praedicatores* commendantur. Qua de re. qui in ea ritus et orationis et cultus celebratione conveniunt in his facti circumstantiis catholici quique, reatu perversae communicationis, aut saltem perniciosi scandali purgari non possunt. Nec eos excusat assistentiae mere materialis praetextus; facto enim ipso excluditur, quo qui functionibus hisce haereticorum, aut schismaticorum intersunt, satis cum ipsis convenire in unitate orationis, in unitate cultus, in unitate venerationis, et obsequii erga perversos ministros haereseos, schismatisque praeseferunt.

Patescit id etiam ex eo quod orientales ipsi quotidie oculis vident, auribus audiunt, ore confitentur, nullum nempe sectarium obfirmatum in schismate accedere, intéressé, convenire in ecclesiis catholicorum, sive ut missam audiat, sive ut sacramenta suscipiat, ea nimirum de causa, quod fidelium conventus veluti perversae communionis blasphemantes, perniciosum ct illicitum putent commercium hoc, ritumque damnabilem. Cum vero videant ad eorum ecclesias accedere, eorum ritibus interesse, de eorum sacramentis participare catholicos, an non credendum, aut saltem timendum erit, ne ex hoc ipso magis in suis erroribus confirmentur, ac se in recto salutis tramite ambulare sibi etiam hoc exemplo persuadeant? Ex quo sequitur difficillime vitari posse periculum scandali perniciosi schismaticis, et haereticis ipsis: ac proinde catholicum tutum in conscientia non esse, si cum iis in divinis in hac facti specie communicet... › — Instr. S. C. de P. F. 1729. C. n. 1729., A. S. S. V' 27. p. 449. seqq.

‹ Communicatio in divinis cum haereticis non potest, nec debet tam facile ac tam generaliter pronunciari in omni penitus circumstantia de

iure vetita: idque constat in matrimoniis catholicum inter ac haereticum initis; idipsum demonstratur per pontificias illas Constitutiones, per (pias haeretici ad Tridcntinum Concilium, data incolumitatis fideiussione, invitati fuere. Ac demum animadversione dignum est, quod sacerdotibus catholicis mandatur, ut a divinis non cessent si haeretici etiam notorii ad ecclesias se conferant; ex quibus passiva in divinis communicatio permissa dignoscitur contra sententiam Fagnani, qui in hoc erravit». — S. 0. 24. Fcbr. 1752. A. S. S. V. 27. p. 449. seqq., C. 1814.

« Communicatio cum haereticis esse potest vel in reproba doctrina vel iu ritibus aliisvc signis falsae sectae protestativis cum scandalo fidcliuni, quibus ideo ab Ecclesia communio interdicitur cum illis, ne fides aut amitti aut periclitari intelligatur. Unde S. loanncs Evangelista sic severe praecipit: *Si quis venit ad vos ct hanc doctrinam non a/fert, nolite recipere eum in domum, nec* ave *dixeritis ei, qui enim dicit illi* ave *communicat operibus eius malignis* (Ioan. 2, 10). Evidentissime ex his verbis prohibitum iri infertur quidquid huiusmodi *ave* exprimit prout sunt actiones liturgicæ quæ ad ecclesiasticam unitatem significandam institutae fuere. Quapropter a PP. Concilii Carthaginensis sancitum legimus *cum haereticis nec orandum nec psallendum,* prout refert Benedictus XIV (de Synod, c. 5, lib. 6). Illicitum est ergo in sacris functionibus haereticos in chorum invitare, alternis psallere, dare iis pacem, sacros cineres, candelas ct palmas benedictas, aliaque id genus externi cultus, quae interioris vinculi ac consensionis indicia iure meritoque existimantur, tam in sensu activo, nimirum similia eis dando, quam passivo, ab iis in eorum sacris accipiendo. Idem enim in utraque hypothesi esse ac *ave* illis dicere, eorumque operibus malignis communicare. Sed quaedam (nunc) proponuntur quae ex se, prout ieiune ac nude exhibentur, communicationem in sacris haud praeferre videntur. Nam quae circa patrinos in matrimoniis, et circa jurantes in ecclesiis nostris obiiciuntur, nullam declarant cooperationem prohibitam quoad catholicos. Patrini siquidem dicuntur ii qui solummodo desponsati lateri adstant, nihil agentes aut dicentes quod vetitae participationis signum referre indicetur, et ita si in ista materiali praesentia nullum pertimescendum sit scandalum, non erit cur anceps fluctuet missionarii animus. Multo minus angi debet si, nemine catholicorum invitante aut coopérante, haeretici templa nostra cuilibet patentia ingrediantur sua iuramenta pronunciaturi. Quid ad nos si tota actio haereticorum sit fidelium cooperationi remota?

Quoad funera demum iam feria V die vigesima Maii 1755 responsum fuisse noverint missionarii, tolerandos esse haereticos vel schismaticos, quatenus meram praesentiam materialem exhibeant, causa honoris civilis erga defunctos, non se immiscentes precibus ac ritibus catholicis. In hoc enim nulla est proprie dicta participatio iu sacris ex parte catholicorum, qua exclusa, in reliquis sese gerant ad tramitem Const. Martini V. *Ad evitanda».* — Instr. S. C. S. 0. 8. lun. 1859.

Instr. Card. Vicar. pro parochis Hornae

«... 1. Excommunicationem incurrunt Pontifici reservatam inter specialissimas, omnes illi, qui etiam sine voluntate adhaerendi hacrcsi, et

solummodo humani respectus gratia, sua dant nomina haereticorum seclis, denominationis cuiuslibet.

2. A fortiori poenam incurrunt eaindcm, qui intersunt aeatholicis functionibus, aut *serritas* ceu diei solet, aut praedicantem audiunt, eo consilio ut eidem sese dedant, quatenus, uti impie dicunt, ab eo persuaderi possint. »

3. Ita etiam eamdem incurrunt excommunicationem, qui alterius spiritualis ruinae fautores effecti, inducunt quomodocumque, et curant ut alii eant aut veniant ad aulas vel templa haereticorum ad audiendas *collationes.*

4. Tandem eadem innondatnr poena omnes, qui typis publicant invitationes ad praefatas *collationes,* et themata earumdem; propter faverem quem, tali actione, praebent haeresis propagationi aut confirmationi.

Strictissime autem vetatur ingredi, mera curiositate et scienter, aulas et templa protestantium, tempore collationum: et graviter peccant omnes qui. mera curiositate, collationes protestantium auscultant, et adsistunt. quamvis materialiter, caeremoniis aeatholicis; et omnes artifices, qui etiam sola lucri ratione cantant aut sonant, in protestantium templis; et typography etiam secundarii ministri, qui ne a superioribus eiiciantur. litteras colligunt ad excudendos haereticorum libros: quin imo si de haereticorum libris agatur, quibus haeresis edocetur atque sustinetur, etiam ministri typographi secundarii maiorem incurrunt excommunicationem, speciali modo Pontifici reservatam. »1

Neque a peccato mortali eximuntur architecti, conductores, fabrorum magistri, qui propriam conferunt operam, atque laborant ad extruendum aliquod protestantium templum. Quoad structores aliosque operarios inferiores a peccato eximi poterunt, dummodo in eorum facto absit scandalum. neque opus fiat in religionis catholicae contemptum. Ast parochi et confessores sedulam navabunt operam ut einsmodi gentem moneant, necesse esse a tali opere materiali abstinere, quatenus opus communiter habeantur cen indicium protestans falsae religionis: et quatenus opus idem aliquid praeseferat quod solum et directe significet aut cultus catholici reprobationem, aut reprobati baereticalis cultus approbationem: aut cum certum sit eosdem ab haereticis cogi aut vocari ad laborandum in religionis catholicae contemptum: nulloque in casu licitam esse intentionem cooperandi hacreticali cultui.

Tandem eo magis rei fiunt enormissimi peccati patres et matres, qui. vere crudeles in animas filiorum suorum, eosdem mittunt ad scholas protestantium: et etiam deterius si illos ire cogant. Res evidens est, parentes huiusmodi esse in illorum crimine reprobandos et detestandos, et omnibus modis possibilibus eorum emendationem curandam esse, et interdum tenendos esse longe a sacramentis utpote incapaces et indigni, donec filios suos revocaverint ab eiusmodi scholis.

Filii quoque, pro re in se considerata, certe tales adeundo scholas^ gravis culpae rei fiunt. Ast in casu verae coactionis, confessor, ponderatis personae atque facti circumstantiis, erga illos agat iuxta regulas a probatis auctoribus pro casibus huiusmodi propositas... ». — Romae e Yicariatu die 12. lui. 1878., 28. Sept. 1884. Cf. A. S. S. V. 11. p. 168. seqq.. V. 17. p. 164. seqq.

De purllis schismaticis educandis cum catholicis

* Domus Religiosarum SS. Cordis I). X. I.C. fundata est.Leopoli anno 1844. et a quatuordecim annis puellae scliismaticae ex Moldavia nna cum catholicis in eadem non solum in scientiis profanis sed etiam in religione catholica educantur, cum parentes earum schismatici id diserte petierint et petant. Proportio inter numerum puellarum catholicarum et schismaticarum non semper fuit eadem: nunc vero a quinque iam annis schismaticae tertiam circiter partem omnium illius domus alumnarum efficiunt. Praeter institutionem catholicam, communem quoque habent praefatae puellae scliismaticae cum catholicis lectionem piam et communia exercitia spiritualia; atque simul cum illis sacrificio missae quotidie intersunt: communiter quoque omnes orabant, sed ego praedisposui, ut separatim catholicae puellae orent lingua polonica, scliismaticae vero gallica. luxta petitionem parentum schismaticorum aliae puellae, sub inspectione personae fide dignae, semel vel bis in anno ad ecclesiam schismaticarn ducuntur, ut sacramenta secundum suam confessionem' percipiant, aliae vero ab iisdem percipiendis abstinent. Haec praxis in instituto Sororum SS. Cordis non fuit quidem ab Ordinariis loci approbata, quia religiosae nunquam Ordinariatui officiosam de ea exhibuerunt relationem: sed tamen privatim ad Ordinariorum loci notitiam pervenit, qui eam tolerarunt, etc.

R. Tolerari posse ut puellae scliismaticae in collegium admittantur quod Leopoli Sorores a SSnio Corde D. N. I. C. nuncupatae dirigunt, dummodo bonam praeseferant indolem, iuxta exposita instituantur, nec tamen obligentur ad assistendum missae sacrificio aliisque functionibus ecclesiasticis, verum id earum arbitrio relinquatur, vetito quidem ne unquam disputationes cum puellis catholicis habeant de rebus ad religionem spectantibus; ne templum adeant schismaticum à ministris schismaticis sacramenta recepturae: quod si in aliquo casu id impediri nullo modo possit, sorores passive se habeant; et pariter vetito, ne puellae ab amicis et coniunctis, exceptis parentibus et tutoribus, absque licentia Ordinarii visitentur; de quibus omnibus clare et explicite instructi fiant et in iis consentiant parentes vel tutores earumdem puellarum antequam ipsae ad collegium admittantur. Idque scribatur R. P. D. archiepiscopo leopoliensi latinorum cum advertentia ut curet omnium horum exeeutionem, et bonum spirituale puellarum quoad fieri poterit etiam post egressum e collegio; *et instruantur sorores quod si aliqua ad fidem catholicam converti petat, res ad ipsum archiepiscopum erit deferenda, qui iuxta casus adiuncta prudenter providebit,* et sedulo caveat, ne ex admissione schismaticarum ullum ne minimum quidem perversionis vel indifferentismi periculum puellis catholicis subsit ». — S. C. S. 0.11. lun. 1866. — Ex hac decisione concludi potest quaenam sit mens S. C. S. 0., et quaenam cautelae ab ipsa praescriptae sint in hac re. Attamen relatum decretum haberi nequit ut regula generalis, quae applicetur cuilibet alii Internafui mixto propter circumstantias diversas uniuscuiusque casus particularis. — Instr. S. C. de P. F. 25. Apr. 1868. — C. 1679.

Haeretici piorum sodalitiorum socii

«Se convonga avvertire alcuna cosa circa il divisamento dei vescovi degli Stati Uniti di America di ammettere come soci onorari nello Soeicta di S. Vincenzo de" Paoli gli acattolici.— R. Nihil quidem obstare quominus etiam ab acatholicis spontaneae eleemosynae recipiantur; verum ut iidem recenseantur inter socios honorarios omnino non expedire».— S. C. de P. F. 19. Sept. 1867.

Catholici iurantes coram schismatico presbytero

«Se sia pcrmesso ai cattolici emettere il giuramento nelle inani dei prcte greco (scismatico) per obbligo imposto dal governo, qualora si presti in maniera che il solo giudice lo imponga, ed il prete greco senza stola e senza candele accuse dinanzi al Crocifisso, e senza minimamente dettarlo, se ne stia silenzioso; nù esiggasi che la sola e pura sua presenza, mentre il testimonio lo pronunzia da sè ponendo la mano sui Vangelo. — R. Quatenus minister schismaticus assistat iuramento catholicorum praesentia mere passiva et politica, sine stola aliisque signis ministerii, seu tanquam non addictus sacris, sic iurantes non peccare ». — S. C. S. O. 1. Apr. 1857.

De publiai disputatione cum haeretico

« Publicas disputationes non fieri cum haereticis, quia plerumque, vel ob loquacitatem vel audaciam aut circumstantias populi acclamantis, veritas falsitate praevalente opprimitur, et si aliquando hniusmodi disputationes recusari non possent, primum de illis certior fiat S. C., quae iuxta temporis et personarum qualitatem quid agendum sit praescribet ». — S. C. de P. F. 8. Mart. 1625., 27. Maii 1644., 18. Dec. 1662., S. O. 19. Jan. 1644., S. C. C. 6. Mart. 1625. Cf. C. *Quicumque* 2. § 1. *de Haeret,* in 6°.

Haereticorum templa aedificare

« An permissum sit haereticorum ecclesias seu synagogas aedificare. — R. *Son esse inquietandos dummodo non adsit scandalum nec sit in contemptum religionis. Curet autem episcopus ut artifices per missionarios et confessarios opportune instruantur, quando a propria praestanda opera in ecclesiis seu synagogis aedificandis se abstinere debeant. Tenentur scilicet ab opere se abstinere: 1. Ubi huiusmodi opus communiter habeatur pro signo protestativo falsae religionis; 2. vel aliquid in ipso contineatur quod per se directe ac unice exprimat reprobationem catholici cultus, et approbationem damnati cultus haereticorum; 3. aut constet artifices catholicos ad opus adigi vel vocari ab haereticis in contemptum catholicae religionis. — Ceterum quamvis extra hos casus relinquendi sint in bona fide, semper tamen monendi sunt ne haereticorum cultui cooperari intendant ».* — S. O. 14. Ian. 1818. 7. Iui. 1864. Cf. praec. *Instr. Card. Vicar.*

* *An Catholicis liceat pecuniam pro aedificando templo haeretico contribuere? —* R. Affirmative, sed tantum ad se suaque templa ab incommoda illa ac scandalosa cum protestautibus simultaneitate liberando ». — S. Poenit. 1822.

De accessu catholicorum ad haereticorum templa — Cf. η. 365.

Dr praedicatione in haereticorum templo

* An catholici missionarii ac presbyteri a schismaticis rogati in horum ecclesiis praedicare possint? — R. Vel invitantur ad effectum, ut ibi praedicetur veritas catholica indefinite, et etiam contra errores eorumdem schismaticorum, et tunc affirmative: vel tantum, ut sermo'fiat de virtutibus et vitiis, quae communiter tam a catholicis, quam a schismaticis amplecti ac vitari debent, et negative ». — S. C. de P. F. 1674.

De accessu schismaticorum ad catholicorum ecclesias

« An Graeci schismatici adire possint catholicorum ecclesias, ibique materialiter tantum assistere eorum sacris et divinis? — R. Accessum Graecorum non unitorum ad ecclesias catholicorum posse permitti, dummodo iis non administrentur sacramenta, nec quoquo modo communicent in divinis, nec ad huiusmodi adventum fuerint invitati ›. — S. O. 22. Sept. 1763.

Licitum est Latinis celebrare missam in praesentia Graecorum schismaticorum, eamque continuare, quando ii supervenient. — S. O. 25. Nov. 1665.

Haeretici catholicorum sacris functionibus assistentes, et inservientes

« 1. Se sia lecito porgere torce o lumi accesi a qualsivoglia persona eterodossa che ami assistere alie nostre funzioni. — 2. Se si possa permettes che i fanciulli di genitori scismatici esercitino l'officio di ministri nella celebrazione dei divini misteri. — R. Ad 1. Negative et ad mentem. La mente è che se, attese le particolari circostanze, non possono escludersi da tal cerimonia le sole persone eterodosse, se n'escludano eziandio i laici cattolici. — Ad 2. Non posse permitti ». — S. C. S. O. 20. Nov. 1850.

« Imploro in via d'eccezione la facoltà di permettes al alcuni scismatici ed eretici, eventuaimente anche israeliti, specialmente fanciulli e faneiulle che frequentano le nostre scuole congregazioniste, di poter cantare nelle nostre chiese ed oratorii... Cio è utilissimo... D'altronde non sombra esservi alcun pericolo... In Oriente questo costume è assai diffuso... — R. Instet vicarius ap. ut quo citius et efficacius amoveantur abusus de quibus agitur: et interim curet ut pueri catholici doceantur accurate cantus liturgicos ».

« Si possono gli erotici far cantare nelle nostre chiese ed assistere all'altare per servire la messa? — R. Ad utramque partem: Negative». — S. O. 7. Iui. 1864.

Baptismus ab haereticis ministrandus

« An catholicis (in Hollandia) liceat proles suas heretico ministro baptizandas offerre, ne cogantur mulctam 25. florenorum solvere. — R. Non licere ». — S. O. 26. Sept. 1868.

« Uxor catholica privatim curat baptizari infantem per parochum suum, qui infans postea in templo baptizatur per ministrum haereticum, parentibus in id consentientibus ad evitandam gravem mulctam pecu-

niariam: forsan enim unica vice auferetur tota parva substantia quam habent. Peccantne et <jno peccato parentes sic assentientes? — R. Non licere, et peccare mortaliter parentes consentientes, ideoque monendos ». S. O. 29. Nov. 1672.

Catholici et haeretici patrini

«Catholicis regulariter non licere haereticorum aut schismaticorum concionibus, baptismis et matrimoniis intéressé. Absolute autem non licere. nec perse nec per alios, fungi officio patrini in baptismis qui haereticorum tiliis ab haereticis ministrantur *. — S. O. 10. Nlaii 1770.

«Quoad abusum admittendi haereticos, ut patrinos in sacramento baptismi. S. C. iussit in memoriam revocari omnibus vicariis ap. decretum SS. Cone. Trid. Sess. 24. De Ref. ·. — S. C. de P. F. 8. Sept. 1869. Cf. A. S. S. V. 27. p. 574.

« In collatione sacramentorum baptismi et confirmationis haeretici vel schismatici neque per se. neque per catholicum procuratorem, neque soli, neque cum catholicis, patrini munere fungi licite possunt: neque catholicis eodem munere fungi licet in iisdem sacramentis acatholico ritu administratis: ita enim constanter tenuit haec Apostolica Sedes. Quapropter tuum erit, opere potissimum parochorum adlaborare, ut abusus hac super re isthic vigentes diligenter aeque ac prudenter, sensim sine sensu, nt iam speras, emendentur ». — S. O. 1871.

Catholici et haeretici quoad eucharistiam

« Se c lecito ai cattolici adorare il SS. Sarcamento, che incontrano per le strade quando il parroco scismatico lo porta o agPinfermi per viatico o in altra forma. — R. Non modo licere, sed debere adorare SS. Sacramentum, sed tamen catholici abstinere debent ab associando. » — S. C. de P. F. 15. Dec. 17G4.

Audire missas schismaticorum

‹ Episcopus Tribuniensis mandet catholicis sibi subiectis ne accedant ad missas et alia officia divina in ecclesiis schismaticorum, eosdemque moneat, in casu carentiae missae catholicorum non teneri praecepto missam audiendi. » — S. O. 5. Dec. 1668.

«An decretumquo prohibetur catholicis schismaticorum missis et eorum orationibus interesse, intelligatur etiam pro locis, in quibus non reperiuntur sacerdotes catholici, et de orationibus in quibus nihil contra fidem et ritum catholicum habetur. — E. SSmus censuit: Affirmative. » S. O.7. Aug. 17‹)4.

Catholici celebrantes in haereticorum templis

‹ S. C. censuit non debere missionaries divina celebrare in ecclesiis in quibus simul haeretici sua profana et sacrilega exercitia habent. Ut tamen catholicis fiat satis, super altaribus portatilibus in privatis domibus positis sacrum peragendum esse ». — S. C. de P. F. 27. Maii 1627.

« S. C. mandavit scribi arch. ladr., ut provideat ne in ecclesia S. loannis de Cartolla dioecesis Catharensis catholici cum graecis schismaticis divina celebrent: nam quamvis altaribus diversis utantur, tamen

propter ecclesiae identitatum est comunicare cum schismaticis in divinis. * · S. C. de I'. I.'. 13. Aug. 162/.

‹ Quoad celebrationem missae in eadem ecclesia curn haereticis, etiam mediante pariete divisa, S. (.'.censuit praecipiendum esse P. Ignatio missionario in Rhetia eiusque sociis, ne id omnino faciant, sed altari portatili, quoties celebrari opus fuerit, iuxta privilegia missionibus concessa utantur ». — S. C. de P. Γ. 13. Febr. 1629.

«An toleranda sit praxis quam habent parochi catholici castri Lastruac s. missae sacrificium celebrandi in ecclesiis catholicis, a graecis schismaticis usurpatis atque ab iisdem officiatis, seu etiam in illis quae pure ah ipsos schismaticos pertinent. — R. Haberi pro regula universe accepta et servata, non licere catholicis communicare in divinis cum haereticis et schismaticis; verum in quibusdam casibus particularibus regula haec aliquas patitur exceptiones, nempe si in eadem ecclesia habeantur cappellae et altaria separata, quorum aliqua tantum catholicis, alia schismaticis inserviant; si eiusdem ecclesiae partes sint separatae, et in una celebrent solum catholici, in altera tantum schismatici: tum promiscuus ecclesiae usus tolerari poterit. Quatenus vero haec deficiant, K. P. I). arehiepiseopus mandare poterit suae dioecesis parochis ut altaribus portatilibus utantur iuxta facultates illis in Formula impertitas, quasque Sanctitas Sua rursus dare et renovare intendit ». — S. O. 1. Dee. 1757.

« Sanctissimus Dominus noster Clemens divina Providentia Papa XI. in particulari audientia mihi commissario S. Officii data dixit, quod ad facilius promovendam schismaticorum et infidelium conversionem,illosque alliciendos ad fidem catholicam amplectendam sacrarum caeremoniarum intuitu, benigne induisit patri praefecto, seu vice praefecto missionariorum pro tempore in Aethyopia exsistentibus, ut pro eorum arbitrio et conscientia dispensare possint cum iisdem missionariis, eisque facultatem concedere celebrandi sacrosanctum missae sacrificium catholico romano ritu super altari in templis haereticorum, seu schismaticorum in Aethyopia; ita ut eadem altaria non inserviant, nisi pro nudis tabulis et more catholicorum disponantur cum sacrato lapide, mappis, sanctissimi missae sacrificii ritu praedicto: nunquam tamen generaliter, sed in casibus particularibus, in quibus alia loca commodiora non suppetant, ut urgens sit necessitas ad facilius dictam conversionem promovendam, et insuper ad catholicorum consolationem, aliisque iustis et urgentissimis de causis, indicandis ab eisdem patre praefecto, seu vice-praefecto, missionariis, super quibus eorum conscientiam oneravit». — 12. Apr. 1704.

« In ecclesiis catholicorum Rhetiae ab haereticis occupatis, missionarii possunt sua exercitia continuare ». — S. O. 13. lun. 1534.

De celebratione missae haereticorum in ecclesiis catholicorum

« Neqne licere haereticis et schismaticis permittere, ut in nostris ecclesiis celebrent. licet amota prius sit petra sacrata ». — S. C. de P. F. 16. Sep. 1695.

«An liceat catholicis latinis concedere vel permittere, ut in eorum ecclesiis missam celebrent presbyteri graeci ritus schismatici et haeretici? — R. Negative; maxime cum patriarchae constantinopolitani commemorationem faciant et festum celebrent infamis palamas. Id enim

perinde est ac consentire eorum haereticis ritibus, et communicaro eum eis in eorum sacris schismatico et haeretico furfure pollutis: aut saltem occasionem praebere catholicis ad latinas intervenientibus ecclesias communicandi cum haereticis in divinis rebus, aut ad minus scandalum concipiendi *. — S. 0.10. Maii 1753.

De *applicatione missae pro haereticis*

« ... Litteras accepimus quibus... significas, carissimum in Christo filium nostrum Bavariae regem in restituendo vobis coenobio eam apposuisse conditionem, ut monachi in sua ecclesia funus celebrare tenerentur pro rege ipso cum morietur, et in anniversariis porro diebus in perpetuum: itemque pro regina coniuge ae profuturis deinde seu regibus seu reginis tum in cuiuscnmque obitu, tum in diebus anniversariis qui usque ad subsequentis mortem intercedent. Addis autem, te quidem, dilecte fili, iam tum praesensisse difficultatem ex eo facile obventuram quod serenissima regis uxor a catholicis sacris aliena est: sed nihilominus ex cuiusdam prudentis, ut putabas, viri consilio induxisse animum, ut conditionem illam acciperes ea mente, ut si deinceps eadem regina extra communionem catholicam moriatur, sacrificium missae in ipsius funere et anniversariis diebus offeratur pro regia catholica familia universim. Verum cum nuper in morte acatholicae item mulieris serenissimae reginae viduae non leves circa eius funus toto regno dissensiones exstiterint, tuum esse duxisti referre ad nos de conditione illa ac de ratione a te monachisque tuis eo in casu tenenda, sententiam nostram exposcere. Nos igitur sanctissimae insistentes Ecclesiae regulis respondemus, intentionem illam offerendi divinum sacrificium seu alias preces pro defunctis c catholica regia familia universis, haudquaquam satis esse ad cohonestandum, publici funeris causa, quod pro acatholica persona nominatim postulatum est, et in eius obitus aut annua die celebratur. Atque hinc nos ipsi etsi te. dilecte fili, tuosque monachos paterna charitate prosequamur, ea tamen, quae ad coenobium istud eiusque res pertinent, non antea probaturi et confirmaturi erimus, quam conditio illa incaute a vobis suscepta, ad sola catholicorum principum funera restringatur. Nec enim permittere possumus, ut ullo modo fraus fiat prohibitioni illi, quae in catholica ipsa doctrina innititur, de sacro funere pro defunctis acatholicis non celebrando. Age itaque, dilecti fili, impende tuam omnem industriam atque operam quo serenissimus rex pro pietate sua id omnimo annuat... Interea si ante quam rem cum sua maiestate compositam contingat, quod Deus avertat, reginam serenissimam extram veram catholicam fidem supremum diem obire: multa tibi monachisque tuis firmitate animi prudentiaque opus est, ut vos quidem gravissimum illud Ecclesiae sanctae interdictum minime violetis, et pius rex intelligat haudquaquam fieri posse, salvis religionis officiis, ut eidem ea in re morem geratis... — Br. Gregorii XIV. 9 Iui. 1842. ad Rupert. Teiis, praesidein monachorum de Scheyern. Cf. etiam Litt. *Officium perlibenter* ad episc. Augustan. 13. Febr. 1842.

* Utrum possit aut debeat celebrari missa ac percipi eleemosyna pro graeco-schismatico, qui enixe oret, atque instet, ut missa applicetur pro se sive in ecclesia adstante, sive extra ecclesiam manente?— R. Iuxta

exposita non licere, nisi constet expresse, eleemosynam a schismatico praeberi ad impetrandam conversionem ad veram fidem *. — ›$. 0. 19. Apr. 1837. Cf. C. 891.

Sacram. Poenit. quoad catholicos ct schismaticos

«Nullo casu, neque necessitatis, licere catholico canfiteri peccata sua et absolutionem obtinere a sacerdote schismatico». — S. C.de P. F. 17. Febr. 1761.

« In pericolo di morte, mancando un sacerdote cattolico, si puô cercure l'assoluzione da un sacerdote scismatico? — R. Licere, dummodo tamen et aliis fidelibus non praebeatur scandalum, nec sit alius sacerdos catholicus, née sit periculum, ut fidelis ab haeretico pervertatur, et tandem probabiliter sacerdotem haereticum administratuturum hoc sacramentum secundum ritus Ecclesiae ›. — S. 0. 7. Iui. 1864.

« An liceat confessariis vel sacerdotibus latinis administrare sacramentum poenitentiae graecis catholicis communicantibus in divinis cum graecis schismaticis? — B. Non licere extra casum extremae necessitatis. — Pro maiori instructione transcribi mandavit id quod Benedictus XIV. docuit tr. de Synodo Diocesana, lib. 6. c. 5. ». — S. 0.

1. An aliquando absolvi possint schismatici materiales, qui in bona fide versantur? — 2. An eisdem concedi possit *saltem tacite,* ut in propriis ecclesiis aliquando sacramenta recipiant, atque sacris functionibus assistant? — B. Ad 1. Cum scandalum nequeat vitari, Negative: praeter mortis articulum; et tunc efficaciter remoto scandalo. — Ad 2. Negative. — S. C. S. 0. 20. Iui. 1898.

« Si pub procacciare agli eretici in pericolo di morte ii soccorso de'sacramenti chiamando all'uopo un sacerdote della loro credenza? — R. Non licere ». — S. C. S. 0. 7. Iui. 1864.

« N. exponit quod in civitate M.... existât hospitium, cuius ipse rector et cappellanus est, et in quo infirmorum curam gerunt moniales. Cum autem in hoc hospitio subinde recipiantur acatholicae religionis sectatores, ac iidem ministrum haereticum, a quo religionis auxilia et solatia recipiant, identidem petant: Quaer., utrum prefatis monialibus falsae religionis ministrum advocare licitum sit? insuper utrum eadem danda sit solutio, ubi haereticus infirmus in domo privata cuiusdam catholici degit: utrum scilicet tunc catholicus ministrum haereticum advocare licite possit? — R. *Non licere; sed passive se habeant ».* — S. 0. 14. Mart. 1848.

— *Passive se habeant:* videlicet: « Alie monache o ad altri individui cattolici addetti alla direzione, o al servizio dell'Ospedale, non sarebbe lecito présentarsi diretfamente alie richieste degli aeattolici infermi in quanto al chiamare un loro ministro, il che è bene che all'evenienza lo dichiarino: ma in pari tempo per Ia chiamafa possouo servirai di qualelie soggetfo appartenente alia rispettiva loro setta. In questa guisa rimane salva la inassima in quanto alia vietata communicazione *indicinis* S. 0. 31. lan. 1872., 14. Dee. 1898.

Ordines a schismaticis recipere

« Bisognando qualche ministro per servigio delle chiese degli armeni cattolici tanto in Aspaan quanto in Giulfa, per non esservi vescovi ar-

meni cattolici, si mandant) ad ordinare ed a prender gli ordini sacri da qnalcnno dei vescovi schismatici ed cretici. — K. Nullo modo licere: et ordinati ab huiusmodi episcopis sunt irregulares ac suspensi ab exercitio ordinum ». — S. Û. 21. Nov. 1 «09.

Matrimonium quoad catholicos et haereticos

‹ 1.An possint invitari haeretici, schismatici et infideles ad adsistendum catholicorum nuptiis, vel etiam mixtis, qnæ licite contrahuntur. — 2. Possnntne catholici interesse quovis modo nuptiis, haereticorum, schismaticorum et infidelium, vel etiam iis nuptiis, quae illicite contrahuntur inter catholicam partem, et alteram ex sectis snpradictis addictam, sive nuptiae validae evadant, aut sint invalidae?

B. Ad 1, Tolerari posse, accedente rationabili causa, et dummodo nulla interveniat communicatio in sacris, et scandalum non sit pertimescendum.

Ad 2. De regula. Negative; tolerari tamen posse ut catholici huiusmodi nuptiis, civilis officii causa tantum, adsint, semoto scandalo, et quovis perversionis periculo nec non ecclesiasticae auctoritatis contemptu ». — S. C. S. O. 14. lan. 1874.

‹ Un cattolico puo permettere ad un cretico o scismatico di contrarre matrimonio nella propria casa (tacendo per lo più i greci i matrimonii in casa ove si reca il loro prete ? » — K. Iuxta exposita non esse permittendum. — S. C. S. O. 7. Iui. 1864.

« Utrum liceat sacerdoti catholico tamquam ministrum civilem se habere in celebratione matrimoniorum protestandum. — K. Id licitum esse: hoc enim casu, sacerdos est tamquam testis auctorizabilis. » — S. C. de P. F. 27. Dee.

Catholici et haeretici quoad funera

«An liceat intéressé haereticorum funeralibus et sepulturae? — B. Licere quotiescumque agatur de assistentia materiali praestitia civilis officii causa a qua eximi nequeant catholici sine gravi damno vel periculo, dummodo nullo modo communicent in eorum ritibus et sacris caeremoniis quibnscuinque.

Ne autem in praxi temere permittatur periculosa consuetudo adsistendi haereticorum funeralibus et sepulturae, inspiciat episcopus serioque perpendat num facile ea tolli possit quin exinde oriantur odia et inimicitiae haereticos inter et catholicos, unde aliquod grave damnum catholicis sit pertimescendum. Quod si pacifice ea tolli nequeat, sedulo instruendi sunt catholici quibus conditionibus quibuscumque in circumstantiis permittatur. Nimirum permittitur ut dictum est: 1. Sola praesentia materialis praestita civilis officii causa: ea igitur conditione ut catholici nullum se actum religionis ad religiosi cultus et ritus praestare intendant. — Permittitur 2. in casu quo ab ea eximi nequeant sine gravi damno vel periculo: quae circumstantia non adest ubi quis nullum sibi damnum vel periculum alias imminere sciens, proprio lubitii et electione interesset. nullo adstrictu civilis officii debito. — 3. Permittitur denique ea conditione ut nullo modo communicent in sacris cum haereticis: igitur nec simul orare neque se in eorum ritibus immiscere debent nec lumi-

naiia deferre, neque pro defuncti anima suffragia persolvere. >— S. O, 13. Jan. 1818.

« Parochum, uti parochum, funeribus «catholicorum adesse non posse; si vero tantum civiliter assistat, absque vestibus sacris, et absque ulla communicatione in ritu sacro cnm haereticis, tolerari posse, dum-modo notorie constet de vinculo cognationis sive amicitiae inter parochum et defunctum «catholicum. » — S. O. 30. Mart. 1859. C. 1852.

‹ Semprc c per modo di regola rimane vietato Γintervento ai funerali meramente civili di quelli ohe volgarmcnte diconsi liberi pcnsatori, nci quali per ostentazionc ed in isfregio della religione, si eseluda a bella posta Γintervento dei sacerdoti o ministri del culto. » — S. C. de P. P. 3. Maii 1876.

« Quatenus schismatici comitantes funera catholicorum *meram praesentiam materialem* exhibeant, causa honoris civilis erga defunctos, non se immiscentes precibus ac ritibus catholicis, quibus mos est ad funera efferre, et defunctos ad sepulchrum deducere: tolerari posse; quatenus vero in illa functione *proprios ritus adhibeant,* vel nostris se immisceant: non licere, nec esse permittendum ». — S. 0.10. Maii 1753.

« Utrum acatholici ratione vinculi consanguinitatis seu matrimonii inferri licite possint in sepulchro gentilitio familiarum catholicarum? » — R. Tolerari posse ». — S. 0. 30. Mart. 1859., 25. Apr. I860. — Videlicet: « Curent episcopi totis viribus, ut cuncta fiant ad normam sacrorum canonum; quatenus vero absque scandalo et periculo id obtineri non possit, tolerari posse ». — S. 0. 30. Mart. 1859.

368. — *De iuramento a missionariis praestando*

Cf. C. *Ex quo singulari* Benedicti XIV. 11. Jul. 1742. super ritibus Sinicis, C. *Omnium sollicitudinum* eiusdem Bened. XIV. 12. Sept. 1744. de ritibus Malabaricis. Duae praedictae Constitutiones, *disciplinares* non sunt, sed ***doctrinales,*** S. 0. 5. Aug. 1891., Epist. card. Monaco secret. 17. Sept. 1891.

« An missionarii a tyranno interrogati, an velint in suo regno remanere, data fide, quod legem evangelicam non promulgabunt, licite possint annuere, promittere, atque talem conditionem acceptare?— K. Xon posse id promittere ». — S. 0. 1674.

De cooperatione in genere ad ritus superstitiosos

« Relate ad cooperationem ad ritus superstitiosos, haec tenenda regula est. Si cooperatio fuerit pars ritus superstitiosi, tunc formalis censenda erit, intrinsece mala, et nunquam fieri licite poterit. E contra censenda erit materialis, si pars non fuerit ritus superstitiosi. Grave aliquod damnum quod oriatur coopérant!, si ab hac materiali cooperatione abstinere voluerit, licitam eam faciet, etiamsi scandalum adfuerit, quod pusillorum dicitur a theologis, quia ex lege charitatis nemo tenetur cum gravi suo damno scandalum istud removere ». — S. C. de P.F. 2. Jul. 1827.

« Omnem directam Christianorum cooperationem ad superstitiosa vetitam esse, eosque praæterea actus prohibitos, qui iuxta communem gentis existimationem ad cultum idolis exhibendum referuntur. Neque eiusmodi actus excusari posse propter agentis aut ministrantis intentionem, eo quod non ad superstitiosum idolorum cultum, sed ad aliud

indifferens ministerium animum intendant: privata enim agentis intentio haud valet a culpa abstergere actum, (pii apud infideles, tanquam ad cultum superstitiosum directus existimatur. Ita quoque non satis idoneam excusationem praestare potest quod Christiani levi dumtaxat opera ac remoto ministerio ad superstitiosa concurrant. Qualiscumque enim opera sit. quae directe pro superstitiosis impenditur, et quodcumqne quamvis remotum ministerium, quod pro cultu idolis exhibendo praestatur, si ad causam indifferentem referri in communi existimatione nequeat, semper illicitum atque vitii sum est*. — S. C. de P. F. 5. Apr. 1785.

De aedificatione templorum infidelium

‹ Potestne permitti Christianis construere templa aut altaria idolorum, antipsa idola conficere ad vitandum exilium vel bonorum privationem? — R. Non licet cooperari ad aedificanda templa, vel altaria idolorum vel eorum statuas conficere ». — S. C. de P. F. 7. Dee. 1626.

‹ Nullo modo licere Christianis catholicis, neque ulla causa aut motivo permitti aut tolerari posse, ut operam suam navent aedificandis, instaurandis verrendisque templis falsi numinis, vel auctoribus falsarum sectarum dicatis, aut eorundem purgandis parietibus et pavimentis, mundandis altaribus, aperiendis clandendisque foribus ». — S. 0. 1669.

‹ Sunt christianitates, quae iam a mandarinis coactae sunt fanum publicum idolis erigere. Porro, stante crudelissimo tyranno, qui hoc miserrimum regnum gubernat, difficillime erit haec fana publica destruere... Quaero: an. attentis supra memoratis, christianitates, quae fana istiusmodi erexerunt, censeri vere possint a superstitionibus immunes, modo nullos superstitionis actus in istis fanis peragant?... — R. dilata, et exquiratur a vicario ap., utrum fani erectio habeatur, *uti factum protestaiirum ».* S. C. de P. F. 10. Aug. 1841. Die vero 8. lan. 1851. eadem S. C., responso obtento a vic. ap. affirmativo, rescripsit: ‹ Non licere Christianis templa idolis fabricare aut eorum fabricae cooperari, et detur Decretum pro Japonia, diei 7. Dee. 1626. videlicet: *Non possunt Jdponi fideles, ut periculum mortis rei exilii evitent, (diaria vel idola fabricare aut eorum fabricae cooperari ».* — S. 0. 8. lan. 1851. Cf. T. A. Gallo Suppet. Evang. Praecon.. etc. Romae, 1872. V. 1. p. 197. seqq. 251. seqq., C. 1697.

« Christiani dominorum Turearum servi adhibentur ad moscheas construendas... earum muros reparandos... parietes dealbandos... Vicarius ap. quaesivit,an tales actus liciti sint?... Attentis motivis, causis, et circumstantiis, expositis a vicario ap. ostendente miseros servos, constitutos in dura necessitate tales labores perficiendi, eorum bonam fidem, difficultates invincibiles, periculum praeterea expulsionis missionariorum ac prohibitionem ministris religionis instruendi servos Christianos, eisque sacramenta administrandi, resolutum est in hisce Congregationibus, quod, si servi Christiani coacti non essent a Tureis ad hos labores in odium nostrae religionis, vel oh ipsius contemptum, quo casu deberent potius mortem sustinere, vicarius ap. debet eos relinquere in bona fide, in (pia sunt, dummodo intentionem non habeant superstitioni cooperandi ». S. C. de P. F. 31. Aug. et 14. Septemb. 1780. — C. 1734.

/tn *liceat catholicis pecuniam contribuere pro aedificando infidelium templo ?*

«Mos est in regno Tunkini, ut ad aedificationem templi idolorum aliaque superstitiosa concurrere debeat tota communitas, sicut etiam ad alia opera publica, pecuniam vel alia contribuendo. Quod si quis recuset, inviolabiliter dc bonis cius communitas multo plus accipiet, quam sit sumina illi praefixa, vel ei mulctam multo graviorem imponet, vel etiam accusabit apud magistratus cum periculo quoad christifideies abnegandae fidei, carceris, aliorumque gravium damnorum. Quaerit. 1. An id sit licitum? 2. An saltem licitum sit, praemissa protestatione, qua fidelis declaret se contribuere tantummodo ad evitandum grave damnum, imminens, et rogando pagum, ut ea quae contribuunt insumat ad alia opera licita? 3. An licitum sit fidelibus, quando coguntur cibos coquere, aut oryzam contribuere pro sustentatione opificum, ea peragere? — R. Adi. 2. et 3. Non licere, sive praemissa sive non praemissa protestatione. Ad 4. Pariter non licere, ut supra ». S. I. C. 5. Sept. 1736., 5. Apr. 1785.,5. Iui. 1854. Cf. Gallo 1. c. pag. 215. seqq.

Alias Christifideles cogebantur gravibus poenis in locis missionum contribuere pecuniam ad actus superstitiosos et publicae laetitiae. S. C. interrogata de liceitate respondit: «Posse Christianos sinenses pecunias contribuere, dummodo per huiusmodi contributiones non intendant ad actus idololatricos et superstitiosos concurrere, supposita causa, quae narratur in dubio, praesertim praemissa, si commode fieri potest, protestatione, quod imposita tributa praestant in ordine tantum ad laetitiam populi, et ad actus indifferentes, vel saltem cultui religionis Christianae non repugnantes ». S. C. de P. F. 12. Sep. 1645. « Christiani praemittant protestationem, se solvere pecuniam taxative tanquam mere tributum, dummodo non adsistant ritibus superstitiosis; et si a nemine reclametur contra, non esse inquietandos ». S. 0. 27. Apr. 1847.

De applicatione missarum pro infidelibus

« Si in illo regno (Sinarum) licebit christianis orare et sacrificium facere Domino Deo nostro pro suis defunctis, qui in sua infidelitate ab hac vita discedunt? — R. Si vere in infidelitate decedunt omnino non licere ». — S. C. de P. F. 12. Sept. 1645.

« Utrum liceat sacerdotibus missam celebrare pro *Turearum aliorumque infidelium intentione,* et ab iis eleemosynam pro missae applicatione recipere? — R. Affirmative, dummodo non adsit scandalum, et nil in missa addatur, et quoad intentionem constet, nil mali aut erroris aut superstitionis in infidelibus eleemosynam offerentibus subesse ». — S. 0. 12. Iui. 1865.

« Tureae Chocini in Moldavia incolae, occasione rerum suarum deperditarum aut furto ablatarum, ad fratres minores conventual.es proxime distantes oblationes quasdam mittunt, urgentes per suum missum quatenus ope divi Antonii Patavini, quem Tureae Camcnecii vivere opinantur. res amissas rehabere valeant. Tria ergo dubia quaerenda proponuntur: 1. An fratres minores a Tureis oblationes recipere valeant? 2. An pro Tureis possint missae celebrari? 3. An oblationes illas possint acci-

porc, titulo eleemosynae, pro missa celebranda ad altare S. Antonii secundum offerentis indigentiam seu intentionem? — R. In casu de quo agitur non licere ›. — S. O. 1779.

369.— *De Ubertate cultuum*

« 15. Liberum cuique homini est eam amplecti et profiteri religionem, quam rationis lumine quis ductus veram putaverit. — 16. Homines in cuiusvis religionis cultu viam aeternae salutis reperire aeternamque salutem assequi possunt. — 17. Saltem bene sperandum est de aeterna illorum omnium salute, qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur. — 18. Protestantismus non aliud est quam diversa verae eiusdem Christianae religionis forma, in qua aeque ac in Ecclesia catholica Deo placere datum est. — 77. Aetate hae nostra, non amplius expedit rcligion?m catholicam haberi tanqnam unicam Status religionem, caeteris quibuscumque cultibus exclusis. — 78. Hinc laudabiliter in quibusdam catholici nominis regionibus lege cantum est. ut hominibus illuc inunigrantibus liceat publicum proprii cuiusque cultus exercitium habere. — 79. Enimvero falsum est civilem cuiusque cultus libertatem, itemque plenam potestatem omnibus attributam quaslibet opiniones cogitationesque palam publiceque manifestandi conducere ad populorum mores animosque facilius corrumpendos, ac indifferentismi pestem propagandam ». — Ppr. d. a Pio IX. Syll.

370. — *De Uceitate spei, eiusque natura*

<8. In illis hominibus honorari Deum, qui non intendunt res. nec honores, nec utilitatem, nec devotionem internam, nec sanctitatem, nec praemium, nec regnum caelorum, sed iis omnibus renuntiaverunt ». Pr. Ekkardi d. a Ioann. XXII. — Cf. n. 381.

376. — *Spei necessitas*

« 7. Xon debet anima coiritarp. npe de nraeniio. nec de nunitione.

— 4. In statu sanctae indifferentiae anima non habet amplius desideria voluntaria et deliberata propter suum interesse, exceptis iis occasionibus, in quibus toti suae gratiae fideliter non cooperatur. — 5. In eodem statu sanctae indifferentiae nihil nobis, omnia Deo volumus. Nihil volumus, nt simus perfecti et beati propter intéressé proprium: sed omnem perfectionem ac beatitiidinein volumus, in quantum Deo placet efficere ut velimus res istas impressione suae gratiae. — 6. In hoc sanctae indifferentiae statu nolumus amplius salutem, ut salutem propriam, ut liberationem aeternam, ut mcrcedem nostrorum meritorum, ut nostrum intéresse omnium maximum: sed eam volumus voluntate plena, ut gloriam et beneplacitum Dei, ut rem quam ipse vult, et quam nos vult velle propter ipsum. — 7. Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renuntiatio, quam lesus Christus a nobis in Evangelic requirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est nisi quoad intéresse proprium... Extremae probationes, in quibus haec abnegatio seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus aemulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum intéressé proprium, etiam aeternum. — 8. Omnia sacrificia, quae fieri solent ab animabus quam maxime disinteressatis circa earum aeternam beatitudinem, sunt conditional!a... Sed hoc sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremarum probationum casu hoc sacrificium fit aliquo modo absolutum. — 9. In extremis probationibus potest animae invincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, et quae non est intimus conscientiae fundus, se iuste reprobatam esse a Deo. — 10. Tunc anima divisa a semetipsa expirât cum Christo in cruce dicens: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* In hac involuntaria impressione desperationis conficit sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad aeternitatem. — 11. In hoc statu anima amittit omnem spem sui proprii intéressé: sed nunquam amittit in parte superiori. idest in suis actibus directis et intimis, spem perfectam, quae est desiderium disinteressatum promissionum. —12. Director tunc potest huic animae permittere, ut simpliciter acquiescat iacturae sui proprii interesse, et iustae condemnationi, quam sibi a Deo indictam credit. —13. Inferior Christi pars in cruce non communicavit superiori suas involuntarias perturbationes. — 14. In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quaedam separatio partis superioris animae ab inferiori... In ista separatione actus partis inferioris manant ex omuino caeca et involuntaria perturbatione, nam totum, quod est voluntarium et intellectuale, est partis superioris. — 15. Meditatio constat discursivis actibus, qui a se invicem facile distinguuntur... Ista compositio actuum discursivorum et reflexorum est propria exercitatio amoris interessati. — 16. Datur status contemplationis adeo sublimis adeoque perfectae, ut fiat habitualis: ita ut quoties anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tunc non amplius indiget redire ad meditationem eiusque actus methodicos. — 17. Animae contemplativae privantur intuitu distincto, sensibili, et reflexo lesu Christi duobus temporibus diversis... Primo, in fervore nascente earum contemplationis... Secundo, anima amittit intuitum lesu Christi in extremis probationibus. — 18. In statu passivo exercentur omnes virtutes distinctae, non cogitando quod sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quam facere id quod Deus vult; et amor zelotypus

siinnl eflicit, ne quis amplius sibi virtutem velit, nee unquam sit adeo virtute praeditus, quam cum virtuti amplius atlixus non est. 19. Potest dici in hoc sensu, quod anima passiva et disinteressata nec ipsum amorem vult amplius, quatenus est sua perfectio et sua felicitas, sed solum quatenus est id quod Deusa nobis vult. — 20. In confitendo debent animae transformatae sua peccata detestari, et condemnaro se, et desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem, et liberationem, sed ut rem quam Deus vult, et vult nos velle propter suam gloriam. — 21. Sancti mystici excluserunt a statu animarum transformatarum exercitationes virtutum.— 22. Quamvis haec doctrina *(depuro amore)* esset pura et simplex perfectio evangelica in universa traditione designata: antiqui pastores non proponebant passim multitudini iustorum nisi exercitia amoris interessati eorum gratiae proportionata. — 23. Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem: et tunc evadit unicum motivum omnium actuum, qui deliberati et meritorii sunt ». — Ppr. dd. ab Innoc. XII. Br. *Cum alias* 12. Mart. 1699.

Damnatae et reprobatae tanquam, sive in obvio earum verborum sensu, sive attenta sententiarum connexione, temerariae, scandalosae, male sonantes, piarum aurium offensivae, in praxi perniciosae, ac etiam respective erroneae.

377. — *De natura et efficacia charitatis*

* 19. Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumentatur, aut intellectus comprehendit, non amat verum Deum ». — Pr. Midi, de Moi. d. ab Innoc. XI.

« 70. Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeternae damnationis, potest habere veram charitatem: et charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis ». — Pr. Midi. Baii d. a S. Pio V.

378. — *Caritatis praeceptum* — Cf. n. 353.

381. — J.H *teneamur semper ex caritate agere*

‹ 53. Sola caritas Christiano modo facit factiones Christianas) per relationem ad Deum et Jesum Christum. — 54. Sola charitas est, quae Deo loquitur, eam solam Deus audit. — 55. Deus non coronat nisi caritatem: qui currit ex alio impulsu et ex alio motivo, in vanum currit. — 56. Deus non remunerat, nisi caritatem: quoniam caritas sola Deum honorat. — 57. Totum deest peccatori, quando ei deest spes: et non est spes in Deo. ubi non est amor Dei. — 58. Nec Deus est nec religio, ubi non est caritas », — Ppr. Pasch. Quesn. d. a Clem. XI.

Quandonam urgeat praeceptum caritatis

« Bonitas obiectiva consistit in convenientia obiecti cum natura rationali: formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit. ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative: hinc HOMO NON TENETUR AMARE NEQUE IN PRINCIPIO NEQUE IN DECURSU VITAE suae mortalis ». — Pr. *declarata et damnata* uti haeretica ab Alex. VIII. 24. Aug. 1690.

« 5. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita diceret, condemnare non audemus. — 6. Probabile est, ne sin-

gulis quidem rigorose quinquenniis per se obligare praeceptum charitntis erga Deum. 7. Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, et non habemus aliam viam, qua institicari possimus ». — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

382. — *De caritate erga proximum*

« 10. Non tenemur proximum diligere actu interno et formali. — 11. Praecepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos ». — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

389. — *De desiderio mali temporalis proximi*

« 13. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de [vita alicuius tristari, et de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere et desiderare, non quidem ex displicentia personae. sed ob aliquod temporalem emolumentum. — 14. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hereditas. — 15. Licitum est lilio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas ». — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

397. 405. 407. — *De eleemosyna*

‹ 12. Vix in saecularibus invenies, etiam in regibus, superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

« 20. Conferens eleemosynam Fratribus est excommunicatus eo facto ». — Pr. Jo. Wikleff. d. in Cone. Constans.

« Auferendam esse civibus et Ecclesiae facultatem, *qua eleemosynas Christianae caritatis causa palam erogare valeant* ». — Pr. d. a Pio IX. Enc. *Quanta cura.*

412. 415. — *De motione facienda, etiam nulla praevisa emendatione*

«Quod attinet ad controversiam... utrum confessarius teneatur admonere et docere pocnitentes, qui invincibiliter ignorant prohibitionem rituum quorundam superstitiosorum, vel damnationem permissionum Alexandrinarum, quando praevidet poenitentes admonitos et instructos non se emendaturos, an vero debeat eos in bona fide relinquere; Summus Pontifex considerat, quod relinquere tales ignorantes in sua ipsorum ignorantia circa casus, de quibus agitur, non solum idem est, ac aditum omnem praecludere illis omnibus Christianis, ne uniformem Constitutioni Apostolicae praeestent obedientiam, idem ac eludere mentem S. Sedis, quae prudenter praecepit, ut omnibus Christianis notificarentur declarationes enarratae circa ritus praefatos; sed etiam omissiones talis instructionis vergere in grave gentilium scandalum, et in publicum damnum nominis Christiani in illis partibus. Declarat praeterea Sanctitas Sua quod etiamsi in aliquibus casibus... possint confessarii praetermittere instructionem poenitentiam... in praesenti tamen casu locum non habere huic doctrinae... debere ergo confessarios et missionaries monere et docere non solum poenitentes, sed alios quoque chistianos, qui ignorant invincibiliter prohibitionem quorundam rituum superstitiosorum, ct dam-

nationem permissionum Alexandrinarum, etiamsi nullus ex tali monitione fructus speraretur: instructio enim talium ignorantium imeumliit operariis cvangelicis. tanquam proprium sui otHcii munus iniunetum ipsis per praedictam Const. Apost. *. — Instr. S. C. S. O. 14. lan. 1753.

409. — *De dominorum correctione*

« 77. Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere ». — Pr. 17. Jo. Wikleff d. in Cone. Constant.

422. — *De scandalo*

« 10. Si propriis defectibus alios scandalizet, non est necessarium reflectere, dummodo non adsit voluntas scandalizandi: et ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est ». — Pr. Midi, de Molin. d. ab Innoc. XI.

440. 441. — *Cooperatio quoad famulos*

* 51. Famulus, qui submissis humeris scienter adiuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, et multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo ianuam. aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspieiatur, ne domo expellatur ». — Pr. 51. d. ab Innoc. XI.

De cooperatione ad res politicas, in praesenti, pro Italia

‹ An liceat dare suffragia ad componenda consilia et municipales repraesentativas personas: et an electi possint officio fungi consiliarii et magistratus municipalis? — R. Dummodo municipales non adigantur ad ea, quae adversantur legibus divinis et ecclesiasticis, et se abstineant a praestando iuramento iuxta formam a gubernio invasorem propositum, posse tolerari ». — S. Poenit. 10. Dec. 1860.

« An liceat, ad magisteria concurrere, eaque suscipere oblata ab aliqua communitate vel etiam a gubernio, si qui suscipiunt ab adhaesione abstineant gubernio intruso exhibenda, et ab omni actu, qui ad illum ratum habendum snapte natura dirigatur? — Affirmative, remoto scandalo, si adsit, et sub conditionibus in quaesito expositis: praesertim vero sub conditione, ut in docendo sint omnino conformes doctrinae catholicae ». — S. Poenit. 10 Dee. 1860.

«An retineri et suscipi possint sub intruso gubernio officia? — R. Dummodo non agatur de officiis, quae directe et proxime influunt in spolium, vel in eiusdem spolii manntentionem, et exerceri possint absque periculo laesionis legum divinarum et ecclesiasticarum, posse tolerari; in praxi vero quilibet ex dictis officialibus aut personis Ditionis Pontificiae, qui puratus sit stare mandatis S. Sedis, caute moneatur, un consulat episcopum, seu loci Ordinarium, qui in singulis casibus decernet iuxta mentem SSmi Domini». — S. Poenit. 10 Dec. 1860. — A. S. S. V. 1. p. 558. seqq.

« Opinio inoluit apud dioeceses Italiae quamplurimas, politicas urnas adire licitum esse, ex quo S. Poenitentiaria, quoad hoc percontata, tantummodo respondit: *Non expedire.*

l't omnis vern abiiccretur aequivoeatio, SSïhns Pater, audita sententia istarum EE. PD. cardinalium inquisitorum generalium, collegarum meorum, iussit declarari, quod .Vw *expedire* prohibitionem importat. Ego autem, declarationem hanc dum A. Tuae communico, adiicere cogor, SSihus Patrem, his in adiunctis, firmam inamitcnere prohibitionem einsmodi.

Perutile quoque A. T. erit responsa agnoscere, quae S. Poenitentiaria anno 1883. dedit episcopis sciscitantibus, tum quoad peccatum quod committitur, tum quoad censuras quae contrahuntur, politicis interessendo electionibus. Quoad peccatum, an idem culpae gravis reus habendus esset, qui suffragium daret pro deputatorum electione, responsum paruit: *Sesc habebit in casibus particulariinis iuxta suam conscientiam et prudentiam, omnibus qwrpensis adiunctis.* Quoad vero censuras: *Irretiri rei non irretiri censuris, electionum politicarum causa, pendere ab adiunctis facti, et (d) animi electorum dispositionibus; adiunctae ct dispositiones ponderandae iuxta normas, quae in subiecta materia a probatis exhibentur auctoribus* ». — S. 0. 30. Iui. I860.

'‹ Quomodo Ordinarii circa *Regium placet* et *Exequatur,* quod gubernium sibi arrogat super Bullis, Brevibus et Bescriptis Pontificiis, se gerere debeant? — R. Non esse inquietandas privatas personas, quae, ut se servent indemnes, ad gubernium pro *Regio placet,* seu *Exequatur* recurrunt. Verum Ordinarii hac in re, quantum poterunt, passive se habeant, et si a gubernio super huiusmodi petitionibus interrogati fuerint. iuxta leges iustitiae, et ad formam ss. canonum sententiam suam patefaciant ». — S. Poenit. 10. Dec. 1860.

« Attentis peculiaribus rerum adiunctis tolerari posse, quod episcopi in Italia Bullas propriae nominationis exhibeant, ut gubernium iis apponat *Regium exequatur* ». — S. 0. 29. Nov. 1876., A. S. S. V. 1. p. 557. seqq., V. 2. p. 675. seqq., V. 7. p. 146.

De cooperatione quoad ritus superstitiosos et haereticales — Cf. n. 365. seqq.

DE PRIMO DECALOGI PRAECEPTO

452. 455. — *De orationis natura, conditionibus et efficacia*

« 26. Oratio praesciti nulli valet».— Pr. Io. Wikleff. d. in Cone. Const.

« 50. Frustra clamamus ad Deum: Pater mi. si spiritus charitatis non est ille qui clamat. — 59. Oratio impiorum est novum peccatum: et quod Deus illis concedit, est novum in eos indicium ». — Ppr. Pasch. Quesn. dd. a Clem. XI.

« 7. Eum, qui orando singulare aliquid ac determinatum petit, malum petere et male, quia negationem boni et negationem Dei petit, et orat Deum sibi negari ». — Pr. Ekkardi a. 1329. d. a. Ioann. XXII.

‹ 14. Qui divinae voluntati resignatus est, non convenit ut a Deo rem aliquam petat: quia petere est imperfectio, cum sit actus propriae voluntatis ct electionis, et est velle quod divina voluntas nostrae conformetur. et non quod nostra divinae: et illud Evangclii *Petite et accipietis,* non est dictum a Christo pro animabus internis, quae nolunt habere voluntatem: imo huiusmodi animae eo perveniunt, ut non possint a Deo rem aliquam petere. — 15. Sicut non debent a Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob aliquam gratias agere debent; quia utrumque est actus

propriae voluntatis. — 22. Asserere quod in oratione opus est sibi per discursum auxilium ferre et per cogitationes, quando Deus aiinaiii uon alloquitur, ignorantia est. Deus nunquam loquitur, eius locutio est operatio, et semper in anima operatur, quando haec suis discursibus, cogitationibus et operationibus eum non impedit. - 23. In oratione opus est manere in tide obscura et universali, eum quiete et oblivione cuiuscumque cogitationis particularis ae distinctae attributorum Dei ac Trinitatis. et sie in Dei praesentia manere ad illum adorandum, et amandum, eique inserviendum, sed absque productione actuum, quia Deus in his sibi non complacet. — 24. Qualescumqne cogitationes in oratione occurrant etiam impurae, etiam contra Deum. Sanctos, fidem et sacramenta. si voluntarie non nutriantur nec voluntarie expellantur, sed cuni indifferentia et resignationc tolerentur, non impediunt orationem fidei: immo eam perfectiorem efficiunt: quia anima tunc magis divinae voluntati resignata remanet. - - 25. Etiamsi superveniat somnus et dormiatur, nihilominus fir oratio et contemplatio actualis: quia oratio et resignatio idem sunt, et dum resignatio perdurat, perdurat et oratio. — 2G. Tres illae viae purgativa, illuminativa. et unitiva est absurdum maximum, quod dictum fuerit in mystica: eum nun sit nisi unica via, scilicet via interna. — 27. Qui desiderat et amplectitur devotionem sensibilem, non desiderat nec quaerit Deum, sed seipsum: et male agit, cum eam desiderat et eam habere conatur, qui per viam internam incedit, tam in locis sacris quam in diebus solemnibns. — 30. Totum sensibile, quod exprimitur in vita spirituali, est abominabile, spurcum et immundum. — 32. Nec ante nec post communionem alia requiritur preparatio aut gratiarum actio (pro istis animabus internis , quam permanentia in solida resignatione passiva: quia modo perfectiore supplet omnes actus virtutum, qui possunt et fiunt in via ordinaria. Et si hac occasione communionis insurgunt motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi sunt, quoties non dignoscatur, eos esse ex impulsu speciali Dei: alias sunt impulsus natura* nondum mortuae. — 33. Alale agit anima, quae procedit per hanc viam internam, si in diebus solemnibns vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem sensum: quoniam animae internae omnes dies sunt aequales, omnes festivi. Et idem dicitur de locis sacris, quia huiusmodi animabus omnia loca aequalia sunt. — 34. Verbis et lingua gratias agere Deo, non est pro animabus internis, quae in silentio manere debent, nullum Deo impedimentum apponendo quod operetur in illis: et quo magis Deo se resignant, experiuntur se non posse orationem dominicam seu *Pater noster* recitare. — 35. Non convenit animabus huius viae internae, quod faciant operationem etiam virtuosas ex propria electione et activitate: alias non essent mortuae. Nec debent elicere actus amoris erga Beatam Virginem, Sanctos aut Humanitatem Christi: quia cum ista obiecta Sensibilia sint, talis est amor erga illa. — 3G. Nulla creatura, nec Beata Virgo, nec Sancti sedere debent in nostro corde: quia solus Deus vult illud occupare et possidere. — 55. Per hanc viam internam pervenitur, etsi multa cum sufferentia, ad purgandas et extingnendas omnes passiones,ita quod nihil amplius sentitur, nihil, nihil: nec ulla sentitur inquietudo, sicut corpus mortuum, nec anima se amplius commoveri sinit. — 5G. Duae leges et duae cupiditates (animae una et amoris proprii altera) tamdiu perdurant, quamdiu perdurat amor proprius: unde quando

hic purgatus est et mortmis, ut fit per viam internam, non adsunt amplius illae duae leges et duae cupiditates, nec ulterius lapsus aliquis incurritur, nec aliquid sentitur amplius, ne quidem veniale peccatum.— 57. Per contemplationem acquisitam pervenitur ad statum non faciendi amplius peccata nec mortalia nec venialia. — 58. Ad hniusmodi statum pervenitur, non reflectendo amplius ad proprias operationes: quia defectus ex reflexione oriuntur.· 61. Anima, cum ad mortem mysticam pervenit, non potest amplius aliud velle, quam quod Deus vult, quia non habet amplius voluntatem, et Deus illi eam abstulit. — 62. Per viam internam pervenitur ad continuum statum immobilem in pace imperturbabili. — 63. Per viam internam pervenitur etiam ad mortem sensuum: quinimmo signum quod (piis in statu nihilitatis maneat, id est mortis mysticae, est, si sensus exteriores non repraesentent amplius res sensibiles, unde sint ac si non essent, quia non perveniunt ad faciendum quod intellectus se ad eas applicet. — 64. Theologus minorem dispositionem habet quam homo rudis ad statum contemplativi: primo quia non habet fidem adeo puram, secundo quia non est adeo humilis, tertio quia non adeo curat propriam salutem, quarto quia caput refertum habet phantasmatibus, speciebus, opinionibus et speculationibus, et non potest in illum ingredi verum lumen ». — Ppr. Midi, de Molin. dd. ab Innoc. XI.

453. 454. — *De praecepto orationis*

«9. Ego nuper cogitavi, utrum ego vellem aliquid recipere a Deo vel desiderare: ego volo de hoc valde bene liberare: quia ubi essem accipiens a Deo, essem sub eo vel infra eum, sicut famulus, vel servus, et ipse sicut Dominus in dando: sic vero in aeterna vita non erit ». — Err. Ekkardi a. 1329. d. a. Ioann. XXII. — Cf. n. 452.

456. — *Oratio ad Deum, ad D. Clariam* F., *ad Sanctos*

« 18. Qui in oratione utitur imaginibus, figuris, speciebus. et propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu et veritate ». — Pr. Midi. de Moi. d. ab Innoc. XI.

« An approbanda formula quaedam ad impetrandum quod omnes homines recognoscant supremum imperium Christi et Mariae Immaculatae super omnes creaturas? — R. Orationem de qua agitur non esse approbandam, neque inter fideles propagandam, neque indulgentiis ditandam ». — S. O. 12. lun. 1895.

« 26. Laus, quae defertur Mariae, ut Mariae, vana est ». — Pr. d. ab Alex. VIII. 7. Dec. 1698.

«Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam ». — Prof. fid. Trid.

457. — *Oratio pro animalnis Purgatorii*

‹ Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari ». — Prof. fid. Trid.

« Prodesse eis (animabus Purgatorii) fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis

officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueveruat secundum Ecclesiae instituta ». — Prof. fid. Grace, preser. a Gr. XIII. Idem iisdem verbis habetur iu Prof. fid. Orient, praescr. ab Vrb. VIII. et a Ben. XIV.

460. — De *cultu I).* A. *lesu Christi.* /A *3Iari<>* J'., *Sanctorum*

‹ 1. Utrum approbari vel saltem permitti conveniat specialem cultum, Vultui adorabili Divini Redemptoris, et ab illo consueto usque adhuc Sancti Vultus imagini tributo diversus, a sacerdotibus a Sancto Vultu Sainte Face dictis. Turonibus institutis, maximopere propagatum per annales relativae archisodalitatis? —.2. Utrum ad propagandum stabilendumve cultum, de quo in altero quaesito, ecclesiam aut publicum oratorium, dedicari, sodalitates ac etiam aliquam religiosam congregationem vel institutum sub titulo Sancti Vultus fundari conveniat? — R. Ad I. Non expedire. — Ad II. Negative; et ad mentem.

Mens est: Sancta Sedes titulum adoptans: Sancti Vultus, tum in Brevi d. 16. Dec. 1884. speciales indulgentias sodalitati sub tali titulo Turonibus erectae concedente, tum in Brevi d. 30. Mart. 1885. Sodalitatem ad archisodalitatis gradum elevante, favere minime intellexit, multoque minus sive directe sive indirecte approbationem dare speciali distinctoque cultui, adorabili Vultui Redemptoris tribuendo eo modo quo a Presbyteris a Vultu Sancto dictis speciatim proponitur atque propagatur.

Sancta Sedes unice venerationi favere intellexit, iam ab antiquis temporibus erga imaginem Vultus Divini Redemptoris, aut eiusdem imaginis exemplaria habitae.· ut in fidelium mentibus, ex veneratione contemplationeque praedictae imaginis, passionum Christi magis in dies memoria succrescat, eorumque in cordibus dolor culparum, ardensque desiderium iniuriis Divinae Maiestati illatis reparandi augeantur ». — S. 0. 4 Mai 1892.

« S. R. U. 1. omnino prohibet et damnat titulum : *Cor lesu poenitens — Cor lesu poenitenspro nolis — lesu poenitens — lesupoenitens pronobis* ». — S. 0.15. Iul.1893.

«1.Se e come convenga approvare il titolo. *de Interiore B. 31.* Γ.. che assume il novello istituto delle snore A. di M.. della diocesi di P. — 2. Se. ammesso il suddetto titolo, convenga anche di ammettere fra le altre feste dei suddetto istituto, quella *de Interiore B. 31. V.* ——R. Ad ntrumque Negative ». — S. 0. 13. Dec. 1893.

«Specialis examinis obiectum cultus S. Joseph sub titulo: *Amicus S. Cordis (ami da S. Cceur)* factus est: et Emi ac Rmi Cardinales in rebus fidei ct morum geuerales Inquisitores, omnibus mature perpensis circumstantiis maxime in casu occurrentibus, decreverunt cum approbatione SSiiii D. N. Leonis PP. XIII. *cir‹a rem propositum interloquendum non esse.* — Insuper praelaudati Enii Patres S. Rituum Congregationem monendam mandarunt, ne in posterum decreta, rescripta, etc. emanet, in quibus quomodocumque novus titulus, de quo supra, approbetur, aut etiam in quibus de eo simpliciter mentio fiat ». — S. 0.

« Cultus Cordis S. losephi iam a Gregorio XIV. reprobatus fuit, et idcirco prohibita numismata, quae una cum SS. Cordibus lesu et Mariae illud S. losephi exhibebant ». — S. C. Indulg. 19. Febr. 1879., S. R. C. 14. lun. 1873.

« Utrum temporalis nativitas alicuius Sancti vel Beati, excepta, illa Deiparae Virginis, nec non S. loannis Baptistae, celebrari possit liturgieo ritu, vel alio sacrae solemnitatis modo? — R. Negative, etiarnsi celebratio fieret die obitus, vel alio quorumque die memoriae eiusdem Sancti vel Beati adsignato ». — S. IL C. 19. Dee. 1893.

De cultu sacrarum reliquiarum et imaginum

Quoad cultum S. Spinae tribuendum, « stetur Decretis, praesertim Decreto in Tridentina 12. Mart. 1836. aliisque respicientibus cultum exhibendum ac praescriptum pro Reliquiis vivificae Crucis aliorumque instrumentorum Passionis Dominicae ». —ı S. 0. 17. Sept. 1897. — Decretum in Tridentina ad 1. declarat, Reliquiam SS. Crucis super Tabernaculo, asservante Eucharistiam, non esse exponendam. Alterum in Varsavien. ad 12. declarat, ante Reliquiam SS. Crucis expositam loco principe in altari, unico genu esse flectendum. Haec autem ab aliis quoque confirmantur Decretis.

« An praxis separandi Reliquias SSmae Crucis D. N. I. C. a Reliquiis Sanctorum sit accurata et retinenda. — R. Affirmative, et ad Emum praefectum ad mentem. Et mens fuit quod scribatur tam Emo Urbis vicario, (piam Rmo Sacristae capellae palatii apostolici, ad quos pertinet custodia sacrarum Reliquiarum, ut in vigorem revocentur decreta alias edita pro separatione Reliquiarum SSiiae Crucis a Reliquiis Sanctorum ». — S. Indulg. C. 22. Febr. 1847.

«Thecae vetustae cum Reliquiis, quae authentico documento carent, olim ad suppressa monasteria spectantes, possuntne exponi in altari, uti fit ab immemorabili tempore? — R. Negative ».— S. R. C. 23. lun. 1892. *Lauden.* ad 5.

« Sunt plures Reliquiae in pretiosis argenteis thecis inclusae, fere in omnibus ecclesiis dioecesis, etsi pauperrimis, quarum authenticae non habentur, nec notitia habetur eas olim exstitisse, nec tempus cognoscitur a quo illae Reliquiae possidentur. Numerus carum est considerabilis, et quamvis thecae antiquitatem redoleant, in archiviis tamen parochiarum, vel in historiis nullum exstat certum documentum earumdem authenticitatem comprobans. Magna tamen pietate a populis coluntur, ita ut nequeat sine scandalo hic cultus prohiberi. Cum igitur antiquissimae sint, ita ut ipsa antiquitas possit constituere argumentum sufficiens ad certitudinem moralem gignendam, et apud omnes in maxima semper fuerint et sint veneratione, opinatur episcopus orator Uniusmodi cultum permitti posse: ad omnem tamen anxietatem tollendam, implorat quoad hoc indicium S. V. — R. Reliquias antiquas conservandas esse in ea veneratione, in qua hactenus fuerunt, nisi in casu particulari certa adsint argumenta eas falsas vel supposititias esse ». — S. Indulg. C. 20. lan. 1896.

« Profiteor, quod contra Iconoclastas dèfinitum est, imagines Christi ac Deiparae Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem et. venerationem impertiendam ». — Prof. fid. Orient, prescr. ab Urb. λ'ΙΠ et a Ben. XIV'.

« 29. Item, utrum credat et asserat, licitum esse, Sanctorum reliquias et imagines a Christi fidelibus venerari ». — Artic, de quibus errorum Wikleif et Huss suspecti interrogandi sunt ex B. *Inter cunctas* Martini V.

<69. Praescriptio, quae generaliter et indistincte inter imagines ab Ecclesia auferendas, vehit rudibus erroris occasionem praebentes, notat imagines Trinitatis incomprehensibilis; propter sui generalitatem, temeraria. ac pio per Ecclesiam frequentato mori contraria, quasi nullae exstent imagines Sanctissimae Trinitatis communiter approbatae ac tuto permittendae. Ex Brevi *Sollicitudini nostrae* Benedicti XIV. anni 1745. — 70. Item, doctrina et praescriptio generatim reprobans omnem specialem cultum, quem alicui spcciatim imagini solent fideles impendere, ct ad ipsam potius quam ad aliam confugere; temeraria, perniciosa, pio per Ecclesiam frequentato mori, tum et illi providentiae ordini iniuriosa, quo *ita* ***Deus*** *nec in omnibus memoriis sanctorum ista fieri voluit,* ***qui dividit*** *propria unicuique prout vult.* Ex S. August, epist. 78. clero, senioribus, et universae plebi ecclesiae Hipponensis. — 71. Item, quae vetat ne imagines praesertim Beatae Virginis ullis titulis distinguantur, praeterquam denominationibus, quae sint analogae mysteriis de quibus in Sacra Scriptura expressa fit mentio: quasi nec adseribi possent imaginibus piae aliae denominationes, quas vel in ipsismet publicis precibus Ecclesia probat et commendat: temeraria, piarum aurium otfensiva, venerationi Beatae praesertim Virgini debitae iniuriosa. — 72. Item, quae vehit abusum extirpari vult morem, quo velatae asservantur certae imagines; temeraria, frequentato in Ecclesia et ad fidelium pietatem fovendam inducto mori contraria ». — Ppr. Syn. Pistor, dd. a Pio VI.

« 25. Dei Patris sedentis simulacrum nefas est christiano in templo collocare ». — Pr. d. ab Alex. VIII.

Ex Brevi Urbani VIII. 15. Mart. 1642. < sacrae imagines sub novis habitibus non sunt exponendae, et non nisi ea forma, qua ab antiquo tempore consueverat in Ecclesia Romana exhiberi ». — I). n. 810.

« 1. Se le immagini dei S. Cuore di Gesù, rappresentanti il solo Cuore seuza il resto dei corpo. possano sicuramente dispensarsi? — 2. Se a Roma sono approvate? — 3. Se devono ritirarsi dalle case dei fedeli, ove sono soggetto di venerazione? — R. Ad 1. 2. et 3.: Imaginem SSmi Cordis D. N. I. C. de qua agitur, privata ex devotione permitti, dummodo in altaribus publicae venerationi colenda non exponatur ». — S. 0. 26. Aug. 1891.

«Nova emblemata Sacratissimi Cordis lesu in Eucharistia non esse ab apostolica sede approbanda. Ad fovendam fidelium pietatem satis esse imagines Sanctissimi Cordis in ecclesia iam usitatas et approbatas; quia cultus erga Sanctissimum Cor lesu in Eucharistia non est perfectior cultu erga ipsam Eucharistiam, neque alius a cultu erga Sanctissimum Cor lesu. Insuper iidem Eminentissimi Patres communicandam mandarunt mentem ab hac S. C., iussu Pii Papae IX s. m. panditam f. 4*. d. 13. lan. 1875.. nempe monendos esse alios etiam scriptores, qui ingenia sua acuunt super iis aliisque id generis argumentis, quae novitatem sapiunt, ac sub pietatis specie insuetos cultus titulos etiam per ephemerides promovere student, ut ab eorum proposito desistant, ac perpendant periculum quod subest pertrahendi fideles in errorem etiam circa fidei dogmata et ansam praebendi religionis osoribus ad detrahendum puritati doctrinae catholicae ac verae pietatis ». — S. 0. 3. lun. 1891.

« Non semel actum est de norma praescribenda colendi B. V., Dei genitricem Mariam sub titulo *Dominae Nostrae a Sacro Corde lesu.* ct

de imaginibus ipsius 15. quae illam repraesentant expansis manibus stantem et puerum lesnm ante illius genua item stantem. Et titulum quidem admitti posse, imagines autem non probari, et a publica veneratione removendas esse decretum est, ac tolerari tantummodo in ecclesia Sodalium Issodunensium ; inducendas vero esse, quantum fieri possit, imagines B. Mariae V irginis puerum Tesum in ulnis gestantis. — Hinc Sacer Ordo summopere sollicitus de lege supplicandi, quae legi credendi respondeat. re mature perpensa, priora decreta confirmando, et quatenus opus sit. innovando, imagines, de quibus supra, iterum improbat et fidelium venerationi ac pietati .proponi vetat, et ubi toleratae fuerunt, caute prudenterque removeri, ct earum loco probatas substitui praecipit. — Abs re non erit hic in mentem revocare monitum generale adiectum decreto feriae IV. die 13. lan. 1875. (Cf. praec. paragr.) ». — S. O.3. Apr. 1895.

« Triventi in ecclesia S. Crucis prostat, publicae fidelium venerationi expositum, simulacrum Deiparae Virginis perdolentis, nigris vestibus indutum. habituque consueto: ast sinistra manu Crucifixum gestans.

1. Tolerari potestne cultus B. Mariae Virg. titulo de Cruce? — 2. Quid dicendum de praefato simulacro?

R. Ad 1. In sensu liturgico non expedire. — Ad 2. Servetur decretum Sacr. Concilii Tridentini quoad Sacras Imagines». — S. R. C. 23. Febr. 1894.

« Firma ecclesiastica liturgiae regula est. ab hac SS. RR. Congregationis continenter inculcata, in una eademque ecclesia, eoque magis in uno eodemque altari, duas pluresve depictas tabulas, aut statuas unum eumdemque coelitem referentes, vel si agatur de SSma Virgine, Deiparam referentes sub uno eodem titulo invocatam, publicae venerationi exponi non posse ». — S. R. C. 20. Maii 1890. *Lilt. Cire.*

461. — *De servorum Dei cultu*

« SSnius D. N.... declaravit, statuit et decrevit, ne quorumvis hominum, cum sanctitatis seu martyrii fama (quandocumque illa sit) defunctorum, imagines aliaque praedicta et quodeumque aliud venerationem et cultum praeseferens et indicans, in oratoriis aut locis publicis seu privatis, vel ecclesiis tam saecularibus quam regularibus cuiuscumque religionis, ordinis, instituti, congregationis aut societatis, apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur aut beati declarentur, et (si quae appositae sint) amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

2. Ae pariter imprimi de caetero inhibuit libros eorundem hominum, qui sanctitatis sive martyrii fama vel opinione, ut praefertur, celebres e vita migraverint, gesta, miracula vel relationes, seu quaecumque beneficia tamquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos aliosque pios ac doctos viros in consilium adhibeat, et, ne deinceps fraus, aut error, aut aliquid novum ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat eiusque responsum expectet. Revelatione vero et miracula, aliaque beneficia supradicta, quae in libris horum vitam et gesta continentibus hactenus sine recognitione atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult mandafqnc Sua Sanctitas.

3. Ad horum hominum sepulcra vetuit etiam ac inhibuit tabellas atque imagines ex cera aut argento, seu ex alia quacumque materia,

tam pietas quam fictas, atque exculptas, appendi aut affigi, et lampades sive alia quaecumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino prout supra facienda. Sedique Apostolicae referenda ac probanda,

4. Declarans quod per snprascripta praeindicare in aliquo non vult neque intendit iis. qui aut per communem Ecclesiae consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per patrum virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Ap. vel Ordinarii coluntur.

5. Ut autem praemissa diligentius observentur, universis ae singulis tam Ordinariis quam haereticae pravitatis inquisitoribus districte praecipit ut. in sua quisque dioecesis vel provincia, sedulo pervigilent ne sine approbationibus praedictis imagines cum memoratis signis exponantur. aut miracula, revelationes ac beneficia praedicta publicentur, aliave contra superius disposita fiant.

6. Transgressores vero, si regulares fuerint, privationis officiorum suorum ac vocis activae et passivae, necnon et suspensionis a divinis; si vero clerici saeculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis a divinis, et ab administratione sacramentorum exeeutioneque suorum ordinum respective, aliisque arbitrio praedictorum Ordinariorum seu Inquisitorum, pro modo culpae, infligendis, poenis plectendo.

7. Qui autem libros impresserint aut imagines pinxerint, sculpserint seu quoquomodo effinxerint, vel formaverint, caeterique artifices circa praemissa qualitercumque delinquentes, praedicta omnia amittant, et insuper pecuniariis aliisque etiam corporalibus poenis, iuxta criminis gravitatem, eorundem Ordinariorum seu Inquisitorum arbitrio, afficiantur.

8. Contrariis quibuscumque non obstantibus. » — Urbanus VIII. 13. Mart. 1625.

462. 463. — *Servorum Dei imagines*

«Imagines virorum ac mulierum, qui cum fama sanctitatis decesserunt, sed nondum beatificationis aut canonizationis honores consecuti sunt, neque altaribus utcumque imponi posse, neque extra altaria depingi cum aureolis, radiis, aliisque sanctitatis signis: posse tamen eorum imagines, vel gesta ae facta in parietibus Ecclesia, seu in vitris coloratis exhiberi, dummodo imagines illae neque aliquod cultus vel sanctitatis indicium praeseferant, neque quidquam profani aut ab Ecclesiae consuetudine alieni ». — S. 11. C. 14. Aug. 1894.

475. — *De astrologia*

‹ 15. Si quis astrologiae vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit ». — Concilii Hispaniarum et Lusitaniae plenarii, iussn Leonis Papae Toleti a. 447. habiti, anathematismi contra Priscillianistas: confecti ad normam Epistolae dogmaticae Leonis.

485. — *De magnetismo et spiritismo*

« *Utrum magnetismus, generatim acceptus et in se, censeri debeat licitus an illicitus?* — B. Consulat probatos auctores cum hac advertentia, *quod, remoto omni errore, sortilegio, explicita aut implicita daemonis invocatione, merus actus adhibendi media physica aliunde licita, non est moraliter vetitus,* dummodo non tendat ad finem illicitum aut

quomodocumque pravum. Applicatio autem principiorum et mediorum pure physicorum ad res aut effectus vere supernatnrales, ut physice explicentur, non est, nisi deceptio illicita et Imercticalis». — 8.0.23. Inn. 1840.

<Casus non raro incidentes: Persona magnetizata, quae plerumque sexus est focminci, in eum statum soporis ingreditur, dictum *somnambulismum nuujncticum,* tam alte, ut nec maximus fragor ad eius aures, nec ferri ignisve ulla vehementia illam suscitare valeant. A solo magnetizatore, cui consensum suum dedit (consensus enim est necessarius/, ad illud extasis genus adducitur, sive variis palpationibus gesticulationibusve. quando ille adest, sive simplici mandato codcmque interno, cum vel pluribus leucis distat.

Tunc viva voce, seu mcntaliter, de suo absentiumque penitus ignotorum sibi morbo interrogata, haec persona evidenter indocta illico medicos scientia longe superat: res anatomicas accuratissime enuntiat; morborum internorum in humano corpore, qui cognitu definituque peritis difficillimi sunt, causam, sedem, naturam indigitat, eorumque progressus, variationes et complicationes evolvit, idque propriis terminis; saepe etiam dictorum morborum diuturnitatem exacte praenuntiat, remediaque simplicissima et efficacissima praecipit.

Si adest persona, de qua magnetizata mulier consulitur relationem inter utramque per contactum instituit magnetizator; cum vero abest, cincinnus ex eius caesarie eam supplet ac sufficit. Hoc enim cincinno tantum ad palmam magnetizatae admoto, confestim haec declarat, quid sit (quin adspiciat oculis), cuius sint ca])illi, ubinam versetur nunc persona ad quam pertinent, quid rerum agat, circaque eius morbum omnia supradicta documenta ministrat, haud aliter atque si medicorum more corpus ipsa introspiceret.

Postremo magnetizata non oculis cernit, ipsis velatis, quidquid erit, illud leget legendi nescia, seu librum, seu manuscriptum, vel apertum, vel clausum, seu capiti vel ventri impositum. Etiam ex hac regione eius verba egredi videntur. Hoc autem statu educta, vel ad iussum etiam internum magnetizantis vel quasi sponte sua ipso temporis puncto a se praenuntiato, nihil omnino de rebus in paroxysmo peractis sibi conscire videtur, quantumvis ille duraverit: quaenam ab ipsa petita fuerint, quae vero responderit, quae pertulerit, haec omnia nullam in eius intellectu ideam, nec minimum in memoria vestigium reliquerunt.

An, posita praefatorum veritate, confcssarius, parochusve tuto possit pocnitentibus aut parochianis suis permittere: 1.° ut raagnetismum animalem illis characteribus aliisque similibus praeditum exerceant: tanquam artem medicinae auxiliatricem atque suppletoriam; —2.° ut sesc illum in statum somnabulismi magnetic! demittendos consentiant: - 3.° ut vel de se vel de aliis personas consulant illo modo magnetizatas: — 4." ut unum de tribus praedictis suscipiant, habita prius cautela formaliter ex animo renuntiandi cuilibet diabolico pacto explicito, omni etiam satanicae interventioni, quoniam hac non obstante cautione a nonnullis ex magnetismo huiusmodi vel iidem vel aliquot effectus obtenti iam fuerunt. — R. *Usum magnetismi, prout in casu exponitur, non licere ».* — 5. Pocjiit. 1. Iulii 1841.

A tuiti i vescori rd inquisituri dello Stato Pontificio

«Fin da quando si cominciarono a divulgare i fcnomeni magnetic!, consultata Ia S. Sede emanô varie decisioni per organo della Pôniten-zicria c del 8. Ftlizio relative a' particolari easi proposti circa la led· tndineed illecitudine dcll'u.so del magnetismo. Riguardo poi alia massima generale, dopo profonde discussioni nella feria IV, 28 luglio 1847, rin-novando le risoluzioni del 23 giugim 1840, si decreto quanto segue: «Remoto omni errore, sortilegio, explicita aut implicita daemonis invo-catione. usus magnetismi, nempe merus actus adhibendi media physica aliunde licita, non est moraliter vetitus, dummodo non tendat ad finem illicitum aut quomodocumque pravum. Applicatio autem principiorum et mediorum pure physicorum ad res et effectus vere supernaturalcs, ut physice explicentur, non est nisi deceptio omnino illicita et haereticalis

Quantunque con tale decreto sombrasse conciliarsi cio, ehe riguarda la scienza tisica, e la repressione di viziose e riprovevoli applicazioni magnetiche: pure una trista esperienza ha fatto conoscere il bisogno di pin efficaci provvedimenti. Impcrciocche non viene adoperato il magne-tismo coi debiti modi e a naturali onesti fini: ma secondo i continui reclami di ragguardevoli soggetti avanzati da moite città dello stesso Stato Pontificio, sonovi dei magnetizzatori, che osano applicare il magne-tismo a non naturali fini con gravissimo danno della privata e comune pubblica moralità. servendosi di donne soggette ad incomposti atteggia-menti, con pretendere anche d'indovinare e rivelare occulti e futuri eventi. Portanto non essendo cotali spettacoli disgiunti da una illecita ed irreligiosa illusione, si c giudicato necessario di onninamente proi-birli, e castigarne gli autori, i cooperatori ed i fautori.

Per la quai cosa s'ingiunge a tutti i vescovi ed inquisitori delle nostre provincie d'invigilare sopra cio. e di procedere sommariamente in via economica, *inspecta rei reritate,* previo il parere di timorate e dotte persone, proporzionando le pene alie delinquenze, colla carcera-zione determinabile nel tempo giusta la maggiore o minore rcità, e tenen-done informata la Suprema, particolarmente quando 1'uso dei magnetismo qualificato di circostanze ereticali esigesse rigoroso processo a norma dei sacri canoni.

Questa circolare sarà diramata ai vicarii distrettuali, e se ne pro-curera Fesatfo adempimento ». — S. 0. Romae 21. Maii 1856.

Epist. cnc. ad omnes episcopos adversus magnetismi abusus

* In Congregatione generali, mature perpensis iis, quae circa *magne-iismi* experimenta a viris fide dignis undequaque relata sunt, decreve-runt PP. edi praesentes Litteras Encyclicas ad omnes episcopos *ad nia~ gnetismi abusus compescendos.*

Etenim compertum est. novum quoddam superstitionis genus invehi ex phaenomenis magneticis, quibus haud scientiis physicis enucleandis, ut par esset, sed decipiendis ac seducendis hominibus student neoterici plurcs, rati, posse occulta, remota ac futura detegi magnetismi arte, vel praestigio, praesertim ope muliercularum, quae unice a magnetizatoris nutu pendent ». *(Relata autem responsione iam data die 28. Iulii 18-17.* ›8. *Congregatio subdit):*

‹ Quamquam generali hoe Decreto satis expliciter licitudo, ant illicitudo in usu aut abusu *maynelismi;* tamen adeo crevit, hominum malitia, ut neglecto licito studio scientiae, potius curiosa sectantes magna curri animarum iactura, ipsiusque civilis societatis detrimento, ariolandi, diviuandique principium quoddam se nactos glorientur. Hinc somnambulismi et clarae intuilionis, uti vocant, praestigiis mulierculae illae, gesticulationibus non semper verecundis abreptae, se invisibilia quaeque conspicere eftuntiunt, ac de ipsa religione sermones instituere, animas mortuorum evocare, responsa accipere, ignota ac longinqua detegere, aliaque id genus superstitiosa exercere ausu temerario praesumunt, magnum quaestum sibi ac dominis suis divinando certo consecuturae. In hisce omnibus, quacumque demum utantur arte vel illusione, cum ordinentur media physica ad effectus non naturales, reperitur deceptio omnino illicita, et haereticalis, et scandalum contra honestatem morum.

Igitur ad tantum nefas et religioni et civili societati infestissimum efficaciter cohibendum, excitari quam maxime debet pastoralis sollicitudo, vigilantia ac zelus episcoporum omnium. Quapropter quantum divina adiutrice gratia poterunt locorum Ordinarii, qua paternae charitatis monitis, qua severis objurgationibus, qua demum iuris remediis adhibitis, prout attentis locorum, personarum, temporumque adiunctis, expedire in Domino indicaverint, omnem impendant operam ad huiusmodi magnetismi abusus reprimendos et avellendos, ut Dominicus grex defendatur ab inimico homine, depositum fidei sartum tectumque custodiatur, et fideles sibi crediti a morum corruptione praeserventur». — S. O.4. Aug. 1856.

S. Poenit. 1. Febr. 1882. declaravit assistentiam etiam mere passivam spirituum consultationibus et lusibus illicitam esse ratione scandali et periculi propriae salutis, quae numquam penitus absunt. Synod. Dioec. Albanens. an. 1886. P. 1. art. 6. n. 9.

506. — *De lotione corporalium*

« Utrum moniales, seu piae feminae, vitam communem sub regula degentes, possint cum licentia Ordinarii, primo abluere Corporalia, Pallas, et Purificatoria? — B. Negative». — S. B. C. 12. Sept. 1857. *Molincn.* ad 26.

508, — *Rerum sacrarum venditio*

« Si quis praebendam, vel prioratum, seu decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, utpotc chrisma vel oleum sanctum, consecrationes altarium, vel ccclesiarium, interveniente exeerabili ardore avaritiae, per pecuniam acquisivit; honore male acquisito carcat, et emptor atque venditor et interventor nota infamiae percellantur. Et nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis ante vel post a quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare praesumat; quoniam simoniacum est; sed libere et absque imminutione aliqua collata sibi dignitate atque beneficio perfruatur ». — Cone. Lateran. II. a. 1139. Can. 2. — Ut nihil pro oleo sacro, chrismate, visitatione cf unctione infirmorum, exequiis, Sepultura, baptismo, eucharistia, benedictione nubentium, aliisque Sacramentis et benedictionibus exigeretur, statuerunt Leo IX. in Bhemensi Syn.. Urbanus II. in Placentina,

Calixtns II. in Tolosana et Rhemensi, Lateran. II. eau. 2. 24., Lateran. IV. can. 66. Quod intelligendnin est de iis, qui ad modum venditionis ipsius rei sacrae aliquid exigunt, vel ut provisio ad evitandum simoniae periculum.

‹ Sanctorum Patrum exempla sequentes et officii nostri debite innovantes. ordinari qnemquam per pecuniam in Ecclesia Dei vel promoveri, auctoritate Sedis Apostolicae modis omnibus prohibemus. Si quis vero in Ecclesia ordinationem vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate». — Cone. Ooeeum. Lateran. I. a. 1123. can. 1.

« Cum ex eo quod quidam Sanctorum reliquias exponunt venales, et eas passim ostendunt, Christianae religioni detractum sit saepius: ne in posterum detrahatur, praesenti decreto statuimus, ut antiquae reliquiae amodo extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo nemo publice venerari praesumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatae, etc. ». — Cone. Later. VI. a. 1215. cap. 62. de Reliquiis Sanctorum.

«... S. S.... districte praecepit, ne Christifideles sub quolibet praetextu etiam redimendi sacras reliquias, et Sanctorum exuvias, licet capsula reconditas et sigillo munitas, tam in Urbe qnam extra emere aut mercari praesumant. Insuper mandavit, ut qnicunique sacras reliquias, quae venales prostent, invenerit, locorum Ordinarios commoneat, quorum intererit opportune providere. Hoc propterea decretum idem SS. I). N. fieri et publicari mandavit... ». — S. C. Indulg. 21. Dec. 1878. A. S. S. V. II. p.365. Litterae item Emi. Card. Vic. de mandato SS. D. X. Leonis XIII. ad episcopos datae sunt, quoad sacrilegum commercium falsarum reliquiarum, XVI. Kal. Febr. 1881., A. S. S. V. 14. p. 39.

‹ Au consuetudo exigendi annuum canonem sustineatur in casu? (eanonem annuum 35. centes. exigendum a qualibet paroecia pro S3. Oleorum materia comparanda, remunerandisque ministris eadem distribuentibus). — 11. Consuetudinem tolerari posse ». — S. C. C. 20. Dec. 1879., A. S. S. V. 13. p. 180. seqq.

«27. Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus *. — Pr. Io. Wikleff d. a Cone. Const.

510. — *Beneficiorum venditio*

« 22. Xon est contra iustitiam beneficia ecclesiastica non conferre gratis: quia collator conferens illa beneficia ecclesiastica, pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur ». — Pr. d. ab Alex. VIL

511. — *T)arc temporale pro spirituali*

- 45. Dare temporale pro spirituali, non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat tamquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contra. — 46. Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale, imo etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris aestimetur, quam res spiritualis ». — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

518. *Pretium pro ingressu in religionem*

‹ Monachi non pretio recipiantur in monasterio... Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat. Is autem qui acceperit, officii sui privatione mnlctetur —Cone. Ooccumen. Lateran. ill. a. 1179. can. 10. Ita et Urbanus II. in Syn. Troiana can. 7.

520. — *Piorum obiectorutn venditio*

« An qui emit cruces, numismata, etc. ut ea distribuat, postquam benedicta fuerint cum applicatione indulgentiarum, possit horum petere pretium ab accipientibus sine culpa vel sine periculo indulgentias amittendi? An amittantur tantum quando quis sibi eas res proprias fecerit et iis usus fuerit cum intentione lucrandi indulgentias? — R. Negative ad primam partem; ad secundani non indigere responsione ». — S. C. Indulg. 22. Febr., 12. lui. 1847., 2. Oct. 1840., 15. Maii. 1886.

« An 1.° res, indulgentiis ditatae, tradi debeant fidelibus omnino gratis; ita ut 2.°, si aliquid quocumque titulo sive pretii, sive permutationis, sive muneris, sive eleemosynae requiratur, vel accipiatur, indulgentiae ex hoc amittantur? — R. Affirmative ad utramque partem. » — S. 0. Indulg. 16. Iui. 1887,

« 1.° An amittant indulgentias cruces, coronae, etc., si quis eas emens ipsi venditori earum benedictionem nomine suo curandam committat, soluturus pretium expensasque transmissionis in ipso actu, quo res illas iam benedictas sibi tradentur? — *Pt quatenus negative.* — 2.° An amittant indulgentias cruces, coronae, etc., si quis praevidens eas iam benedictas postulatum iri certa occasione, puta magni concursus fidelium, in antecessum benedicendas curet pro iis qui eas, restituto praetio expenso, petituri sint? — R. Ad 1.m *Negative:* — Ad 2.m *Affirmative* ». — S. G. Indulg. 10. Iui. 1896.

521. — *Simoniaci infamia notantur* — Cf. n. 508.

DE SECUNDO DECALOGI PRAECEPTO

535. — *Illiceitas blasphemiae*

« 6. Deum blaspemia laudari ». Pr. Ekkardi d. a loanne XXII.

552. — *luramentum licitum est*

« Non condemnamus iuramentum, imo credimus puro corde, quod cum veritate, et indicio, et iustitia licitum sit iurare ». — Profess, fid. Waldens, praescr. ab Innoc. III.

« Tertius istorum (Fraticellorum) error in Waldensium errore coniurat, quoniam ii et illi in nullum eventum asserunt fore iurandum, dogmatizantes mortalis criminis contagione pollui et poena teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi ». — Err. d. a Ioann. XXII. Const, edita a. 1318.

* 101. Nihil spiritui et doctrinae lesu Christi magis opponitur, quam communia facere iuramenta in Ecclesia: quia hoc est multiplicare occasiones peierandi, laqueos tendere infirmis et idiotis, et efficere ut nomen

et veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum ». — Pr. Pasch. Quesn. d. a Clem. XI.

<43. Iuramenta illicita sunt, quae limit ad corroborandos humanos contractus et commercia civilia «. — Pr. do. Wikleft'. d. a Cone. Const.

‹ 75. Doctrina quae perhibet, beatis temporibus nascentis ecclesiae iuramenta visa esse a documentis divini praeceptoris atque ab aurea cvangelica simplicitate adeo aliena, ut *ipsummet inrarc sine extrema et Ineluctabili necessitate reputatus fuisset actus irreligiosus, homine. Christiano indignus:* insuper *continuatam Patrum seriem demonstrare, iuramenta communi sensu pro vetitis habita fuisse;* indeque progreditur ad improbanda iuramenta, quae curia ecclesiastica, jurisprudentiae feudalis 'Ut ait normam secuta, in investituris et in sacris ipsis episcoporum ordinationibus adoptavit: statuitque, adeo implorandam a saeculari potestate legem pro abolendis iuramentis, quae in curiis etiam ecclesiasticis exiguntur pro suscipiendis inuniis ct officiis, et generatim pro omni actu curiali: Falsa, ecclesiae iniuriosa, iuris ecclesiastici laesiva, disciplinae per canones inductae et probatae subversiva ». — Pr. Syn. Pistor, d. a Pio VI.

553. — *De iuramenta politico ct protestantico*

‹ 1. An liceat episcopis et clero iurare Constitutionem civilem Hispanicam ann. 1869. iuxta formulam a Gubernio praescriptam? 2. An episcopi Hispanienses, eaeteriqne locorum Ordinarii per litteras pastorales fidelem populum edocere debeant de vero sensu nuncupandi iuramenti? — Ad primam autem questionem quod spectat, facile cuiquam patet, praescriptum iuramentum tam clericis quam laicis *esse illicitum,* attenta eiusdem iuramenti formula, nullis limitibus circumscripta, λ iro enim catholico nequit permitti, ut inret se servaturum eas leges, quae tum divinis tum ecclesiasticis sanctionibus adversantur. Porro Hispaniarum episcopos non latet et Eminentia tua probe cognoscit in ea Constitutione leges contineri quibus catholica unitas graviter laeditur, latissima introducitur et constituitur cultuum doctrinaeqne libertas, aliaque iuri divino et ecclesiastico adversa statuuntur, quae unisona episcoporum voce et fere omnium Hispanorum votis reprobata fuere. Hinc evenit, ut non defuerint qui laubabili sane consilio a publicis muneribus abdicare sese maluerint, quam, repugnante conscientia, huiusmodi iuramento se obstringere; verumtamen, si gubernium in incoepto perseveret, quod Deus avertat, et clerus ad hoc iuramentum emittendum adigatur tunc ad evitanda maiora mala et in casu *coactionis tantum,* S. Poenitentiaria consuit *tolerari* posse ut nuncupatio iuramenti fiat iuxta praescriptam formulam, dummodo ipsius formulae contextui addatur limitatio: *exceptis iis quae Dei, eiusque sanctae catholicae ecclesiae legibus adversantur.*— Ad secundam quaestionem vero quod attinet, cum ex huiusmodi iuramenti nuncupatione, praesertim ab ecclesiasticis facta, ob peculiarem Hispani populi conditionem, occasio scandali facile praeberetur, nisi de praedicta apposita limitatione recte doceatur, hinc sacra haec Poenitentiaria summopere expedire indicavit, ut episcopi ct locorum Ordinarii pastoralibus litteris gregem sibi commissum de apposita limitatione moneant atque instruant. Optandum imo foret ut pastoralia haec monita populo prius innotescerent quam memoratum iuramentum emittatur. Cum

autem similes quaestiones alii etiam sacri Hispaniarum antistites proposuerint, facillime mihi suadeo Eminentiam tuam harum litterarum exemplar eisdem comiter libenterque reddituram, ut in tanto negotio omnes pari gressu incedere queant ct velint ». Cf. P. Villada Cas. Conse, his praesent. temper accommod. P. 1. de Libéralisme Bruxcllis, 1884. p. 266. seq. A.S. S. V.2. p. (>75.

« An liceat iuramentum ab intruso Gubernio propositum hisce vel similibus verbis, quibus illimitata obedientia continetur: *luro fidelitatem et obe.dientiam Victori Emmanucli Italiae regi, eiusque successoribus. luro me Statum, omnemque aliam Status legem pro inseparabili et regis et patriae Italiae bono observaturum.* — R. Iuramentum, prout exponitur, non licere; tolerari autem posse iuramentum obedientiae merae passivae in omnibus, (piae legibus divinis et ecclesiasticis non adversantur iuxta formam a s. m. Pio VII. approbatam, ct hisce verbis expressam, scilicet: *Promitto et iuro me cuiuslibet generis coniurationi, sire conventui, sive seditioni contra actuale Crubernium operam nunquam daturum: itemque eidem me sublectum fore atque obtemperaturum in iis omnibus, quae nec Dei, nec ecclesiae legibus adversentur* ». — S. Poenit. 10. Dec. I860. A. S. S. V. 1.p. 561.

« Potcstne episcopus rogatus iusiurandum proferre, aut saltem quandam novo rerum ordini observantiam promittere potest? — R. Negative; tum quia a S. Canonibus prohibitum est ecclesiasticis iuramentum emittere coram auctoritatibus laicis, tum quia iuramentum, prout proponitur, est illicitum, ut constat ex Resp. in Litt. 10. Dec. 1860 ». — S. Poen. 14. Dee. 1866., A. S. S. V. 2. p. 675.

« Relatum autem est in pluribus ludiarum regionibus catholicos super Biblia a protestantibus corrupta et a Gubernio exhibita, si iuramenti emissio occurrit, iurare consuevisse, ex alia vero parte haud difficile esse ab ipso civili Gubernio obtinere, ut catholicis potestas fiat iusiurandum emittendi super ipsorum Biblia. Itaque omnes Vic. Ap., in quorum missionibus usus huiusmodi adhiberi consuevit, diligenter curent, ut Anglo-Indicum Gubernium libertatem fidelibus relinquat iurandi super S. Scripturam ab Ecclesia Catholica receptam. Quoadusque autem id a civili auctoritate non obtinuerint, prudenter taceant, si viderint fideles supra Biblia haereticorum iuramento praestare, dummodo de licito iureiurando agatur. Interea doceant S. C. an Biblia haereticorum, pro iureiurando exhibita sint substantialiter corrupta, an exhibeantur ut a catholicis probentur, an Vulgata nostra latina excludi soleat. Demum a quibus, et in quibus circumstantiis, ac pro quo obiecto huiusmodi iuramenta exigantur ». — Instr. S. C. de P. F. 8. Dec. 1869. C. 1664.

« Cum protestantes officiarii dominentur omnibus tribunalibus, curiis, doganis, publicisque Gubernii tum civilibus tum militaribus officiis (gallice *les bureaux'),* modusque iurandi apud eos sit tactus et osculum Bibliorum: ubique Biblia haeretica praebentur tangenda ct osculanda, solique clero concessum est, ut iuraret admovendo manum ad pectus. Hoc posito, quaeritur, an fideles inquietandi sint de modo qui invaluit tangendi et osculandi huiusmodi Biblia? — R. In casu ct circumstantiis expositis respondendum esse negative, nempe non esse inquietandos ». — S. O. 23. Febr. 1820.

554. 5o<, — /)<' *penuria*

«14. Item utrum credat, quod periurum scienter commissum ex quacumque causa vel occasione pro conservatione vitae corporalis propriae vel alterius, etiam in favorem tidei. sit mortale peccatum ». —Artt.. de quibus errorum Wikleff et Huss suspecti interrogandi sunt ex mandato Martini V. B. *Inter cunctas.*

* 24. Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia propter quam velit aut possit damnaro hominem. — 25. Cum causa licitum est iurare sine animo iurandi. sive res sit levis sive gravis. — 26. Si quis vel solus vel coram aliis, sive interrogatus sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio tine, iuret se non fecisse aliquid quod revera fecit, intclligcndo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel qnodvis aliud additum verum, revera non mentitur nec est periurius. — 27. Causa insta utendi bis amphibologiis est. quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens et studiosa. — 28. Qui mediante commendatione vel munere ad magistratum vel officium publicum promotus est. poterit cum restrictione mentali praestare inramcntum, quod de mandato regis a similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis: quia non tenetur fateri crimen occultum ». — Ppr. d. ab. Innoc. XI.

569. — *De facultate dispensandi a iuramenio*

« Facultas dispensandi a votis facultatem dispensandi a iureiurando per se non includit ». — S. C. de P. F. 19. Maii 1845. C. 2087.

570. — *De voti praestantia*

« 3. Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva ». — Pr. Mich. de Moi. d. ab Innoc. XI.

588. — *Communitatum votum*

Votum Communitatum celebrandi nonnulla festa de praecepto cum vigilia et processione, quantum est *vi voti,* licet ab episcopo confirmatum, non obligat nisi voventes. — S. R. C., D. 834. 2113.

DE TERTIO DECALOGI PRAECEPTO

639. — *De. obligatione sanctificandi dies festos*

« 52. Praeceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

« Opusne est obligare sub peccato fideles Vicariatus (.'hausi, qui missam audire non possunt sacerdotum defectu, ad assistendum diebus festis, loco missae, piis fidelium conventibus? — R. Fideles, qui missam in proposito casu, diebus festis audire non possunt, non ideo solutos esse obligatione sanctificandi festum per precationes aliave pia opera: ideoque magnopere hortandos, nec tamen sub reatu peccati tamipiam praecepto ecclesiae inobedientes) obligandos, ut satagant piis illis conventibus

intéressé, in quibus pabulo verbi Dei, aliisque religionis exercitationibus instrui et enutriri valeant, et coniuncti precibus in spiritu charitatis divinam opem efficacius implorare valeant ». S. C. de P. F. 4. lan. 1798.

<Si propose il dubbio sui sensoda darsi alla forrnola relativa alla facoltà di dispensare i cattolici poveri abilitandoli a lavorare nei giorni festivi.... Dovcrsi riformare la forrnola per modo che si dica: *post tamen S. missae auditionem,* s/ *possit audiri; si vero non possit, recitatis precibus suppletiris.* lutanto potrà seriversi da cotesta S. C. a quel vic. apostalico facendogli intendere che le preci suppletorie, natnralmente da determinarsi seconde il prudente di lui arbitrio, debbono recitarsi dai fedeli dispensati *sub gravi,* attesochc sono esse surrogate al precetto della messa, e d'altronde è di diritto divino che la festa debba essere in qualche modo santificata con preci e eon pie opere ». — S. C. S. 0.12. Mart. 1875., C. 2042.

642. — *Obligatio audiendi missam*

« 89. Quartusdecimus gradus conversionis peccatoris est. quod cum sit iam reconciliatus, habet ius assistendi sacrificio ecclesiae ». — Pr. Pasch. Quesn. d. a Clem. XI.

« 53. Satisfacit praecepto ecclesiae de audiendo sacro, qui duas eius partes, imo quatuor, simul a diversis celebrantibus audit ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

644. — *De. missa audienda a proprio parocho*

« Haud probare possumus consilium fideles cogendi, ut in diebus festis parochi missae et instructioni interveniant, interdictis aliis ecclesiis aut oratoriis sub reservatione. Quamvis enim persuasum habeamus quae et quanta ex frequenti eiusdem salutari verbi Dei pabulo Christi grex ad aeternam vitam perciperet adiumenta, compertum tamen est A. Tuae nunquam id sub praecepto ac peccati vinculo praecipi Apostolicae Sedis mentem fuisse. Hinc est quod paternis iteratisque monitis potius fidelibus, ut hisce mediis animae suae satius consulant suadendum existimamus ». — S. C. de P. F. 30. lun. 1845.

« Utrum necesse sit ad satisfaciendum ecclesiae praecepto de audienda missa diebus Dominicis ac festis, ut unusquisque missam audiat in proprio ritu; an sufficiat audire missam. — R. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam ». — S. C. de P. F. 11. Dec. 1838.

Dies, quibus prohibetur celebratio missae in oratoriis privatis

« Quinam vere sint solemniores dies in quibus, pro omnibus peculiare Indultum non habentibus, missae sunt vetitae in privatis oratoriis? — R. Illi per se sunt dies solemniores in casu, qui describuntur in Caeremoniali episcoporum lib. II. cap. XXXIV. n. 2. et servantur de praecepto ». — S. R. C. 10. Apr. 1896.

Caercmoniale episc. l. c. haec habet:

* Celebrare igitur poterit episcopus nisi legitime fuerit impeditus, in die Nativitatis D. N. lesu Christi, in festo Epiphaniae Domini, feria quinta in Coena Domini, in Dominica Resurrectionis, in die Ascensionis in Dominica Pentecostes, in festivitatibus Immaculatae Conceptionis, Annunciationis et Assumptionis B. M. Virginis in festo S. losephi B. M. V.

sponsi, in festo Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, in festo omnium sanctorum, in festo die Titularis ecclesiae, et Patroni, in die anniversario dedicationis eathedralis ecclesiae, vel etiam arbitrio suo in aliis festivitatibus per annum, qnandocnmquc ei placuerit, eum caeremoniis et solemnitatibus quae supra *in cap.* ***VIII.*** *huius lib.* ***II.*** *de missa solemni* episcopo celebrante explicatae fuerunt ».

647. — *Devotio in missa audienda*

« Quod in elevatione Corporis lesu Christi non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere: asserentes quod esset imperfectionis eisdem, si a puritate et altitudine suae contemplationis tantum descenderent, quod circa ministerium seu sacramentum eucharistiae, aut circa Passionem Humanitatis Christi aliqua cogitarent ». Error Beguardorum et Begninarum damnatus dement. *Ad nostrum* 3. *de Haereticis.*

652. — *Abstinentia ab operibus sernlibtts*

‹ De medio tollendam legem, qua certis aliquibus diebus opera servilia propter Dei cultum prohibentur ». — Pr. d. a Pio IX. Enc. *Quanta cura.*

DE QUARTO DECALOGI PRAECEPTO

671. — *De prolis educatione*

‹ Societatem domesticam seu familiam totam suae existentiae rationem a inre dumtaxat civili mutuari: proindeque ex lege tantum civili dimanare ac pendere iura omnia parentum in filios, cum primis vero ius institutionis educationisque curandae ». — Pr. d. a Pio IX. Enc. *Quanta cura.*

700. — *De scholis et universitatibus*

De scholarum regimine — ‹ 45. Totum scholarum publicarum regimen, in quibus inventus christianae alicuius Iteipublica instituitur, episcopalibus dumtaxat seminariis aliqua ratione exceptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognoscatur ius immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delectu aut approbatione magistrorum. — 46. Imo in ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati snbiicitur. — 47. Postulat optima civilis societatis ratio, ut populares scholae, quae patent omnibus cuiusque e populo classis pueris, ac publica universim instituta, quae litteris severioribusque disciplinis tradendis et educationi iuventutis curandae sunt destinata, eximantur ab omni ecclesiae auctoritate, moderatrice vi et ingerentia, plenoque civilis ac politicae auctoritatis arbitrio subiiciantur ad imperantium placita et ad communium aetatis opinionum amussim.— 48. Catholicis viris probari putest ea iuventutis instituendae ratio, quae sit a catholica fide et ab ecclesiae potestate seiuncta, quaeque rerum dumtaxat naturalium scientiam ac terrenae socialis vitae fines tantummodo vel saltem primarium spectet ». — Ppr. dd. a Pio IX in Syll. A. 3. S. V. 21. p. 691.

‹ Clerum, utpote vero utilique scientiae et civilitatis progressui inimicum, ab omni iuventutis instituendae cducandaeque cura et officio esse amovendum ›. — Pr. ‹l. a Pio IX. Eue. *Quanta cura.*

*29. Universitates, studia, collegia, graduationes et magisteria in iisdem sunt vana gentilitate introducta; tantum prosunt ecclesiae, sicut diabolus ». — Pr. Io. Wiklefl'. d. a. Cone. Constant.

De scholis haereticorum — « .... Porro in deliberatione cadere imprimis debebat ipsa iuventutis instituendae ratio scholis huiusmodi (acatholicis) propria atque peculiaris. Ea vero S. C. visa est etiam ex se periculi plena, ac perquam adversa rei catholicae. Alumni enim talium scholarum, cum propria earundem ratio omnem excludat doctrinam religionis, neque rudimenta fidei addiscent, neque ecclesiae instruentur praeceptis, atque adeo carebunt cognitione homini quam maxime necessaria, sine qua Christiane non vivitur... In praedictis scholis... indiseriminatirn ex omni secta magistri adhibentur, ita ut liberum sit errores et vitiorum semina teneris mentibus infundere. Certa item corruptela insuper ex hoc impendet, quod in iisdem scholis, aut saltem pluribus illarum, utriusque sexus adolescentes, et audiendis lectionibus in idem conclave congregantur, et sedere in eodem scamno masculi iuxta feminas iubentur. Quae omnia efficiunt, ut inventus misere exponatur damno circa fidem, ac mores periclitentur.— Hoc autem periculum perversionis, nisi e proximo remotum fiat, tales scholae tuta conscientia frequentari nequeunt. Id vel ipsa clamat lex naturalis et divina... Et haec quidem, utpote fundata iure naturali ac divino, generale quoddam enunciant principium, vimque universalem habent, et ad eas omnes pertinent regiones, ubi perniciosissima huiusmodi iuventutis instituendae ratio infeliciter invecta fuerit... — Caeterum S. C. non ignorat talia interdum rerum esse adiuncta, ut parentes catholici prolem suam scholis publicis committere in conscientia possint. Id autem non poterunt, nisi ad sic agendum sufficientem causam habeant; ac talis causa sufficiens in casu aliquo particulari utrum adsit necne, id conscientiae ac indicio episcoporum relinquendum erit: et iuxta relata, tunc ea plerumque aderit, quando vel nulla praesto est schola catholica, vel quae suppetit parum est idonea erudiendis convenienter conditioni suae congruenterque adolescentibus. Quae autem ut scholae publicae in conscientia adiri possint, periculum perversionis, cum propria ipsarum ratione plus minusve nunquam non coniunctum opportunis remediis, cautionibusque fieri debet ex proximo remotum. Est ergo imprimis videndum utrumne in schola, de qua adeunda quaeritur, perversionis periculum sit ejusmodi, quod fieri remotum plane nequeat, vehit quoties ibi aut doceantur quaedam, aut aguntur catholicae doctrinae bonisve moribus contraria, quaeque citra animae detrimentum neque audiri possunt, neque peragi. Enimvero tale periculum, ut per se patet, omnino vitandum est cum quocumque damno temporali, etiam vitae. — Debet porro inventus, ut committi scholis publicis in conscientia possit, necessariam chistianam institutionem et educationem, saltem extra scholae tempus, rite ac diligenter accipere. Quare parochi et missionarii... catechesibus diligenter dent operam... Ipsi vero parentes, qui ve eorum loco sunt, liberis suis sollicite advigilent... Hanc necessariam chistianam institutionem et educationem, liberis suis impertiri quoique parentes negligunt; aut qui frequentare eos sinunt tales scholas, in quibus animarum ruina evitari non potest; aut tandem qui,

licet schola catholica in eodem loco idonea adsit, apteque instructa et parata, seu quamvis facultatem habeant in alia regione prolem catholico educandi, nihilominus committunt eam scindis publicis sine sufficienti causa ae sine necessariis cautionibus, quibus periculum perversionis e proximo remotum fiat; eos, si contumaces fuerint, absolvi non posse in sacramento poenitentiae, ex doctrina morali catholica manifestum est*. — Instr. S. C. de P. F. de Sehol. publicis ad limos. EE. in Foeder. Statii). Amer. Sept. 30. Inn. 1875.

I)·· Universitatibus acatholicis — * Litteris 3. Febr. 1805. ad K1L PP. DD. sacrorum Antistites Angliae datis Sacrum Consilium Uti. nom. Propag. significavit se libentissime confirmasse sententiam a laudatis episcopis in recenti Londiuensi conventu unanimiter propositam tie collegiis penes Universitates Anglicanas Oxoniensem ae Cantabrigieusein non erigendis, deque parentibus catholicis opportune suadendis, ne suos filios ad eas Universitates mitterent, quod videlicet idem Sacrum Consilium episcoporum sententiam apprime consonam vidisset principiis iuxta S. Pontificis mentem a se traditis, quoties de scholarum mixtarum periculis consulta fuerat... Quoniam vero non omnes idem tulerunt indicium de acatholicis Universitatibus devitandis, ae quidam etiam non defuerunt, qui censerent tolerari posse, ut catholica inventus praedicta Instituta frequentaret, sive ob temporalia emolumenta, quae in iis comparantur, sive quod in ipsorum sententia certa lex non appareat, qua ad illas accessus absolute prohibeatur, operae pretium arbitror, ut amplitudo tua clare explicet in epistola pastorali doctrinam de proximis peccandi graviter occasionibus devitandis, quibus nemo sine lethali peccato exponere seipsum potest, nisi gravis urgeat, ac proportionata necessitas, ac nisi tales adhibeantur cautiones, quibus periculum peccandi proximum removeatur. Iam vero in re, de qua agitur, cui. ex S. Pontificis declaratione, intrinsecum, gravissimnmque inest periculum non pro morum tantum honestate, sed praesertim pro fide, quae ad salutem omnino est necessaria, quis non videt vix aut ne vix quidem dari posse adiuncta illa, in quibus absque peccato aeatholicae Universitates frequententur? Levitas ingenii atque instabilitas adolescentium, errores, qui quasi cum aura in dictis Institutis hauriuntur absque antidoto solidioris doctrinae, maxima vis, quam in iuvenes exercent humani respectus ac sodalium irrisiones, tam praesens tamque proximum in adolescentes inducunt labendi periculum, ut nulla generatim sufficiens ratio concipi queat, propter quam adolescentes acatholicis Universitatibus committantur... ». — Instr. S. C. de P. F. 6. Aug. 1867.

scholis mixtis haereticorum — « 1. An liceat parentibus liberos suos huiusmodi scholis (mixtis; instituendos committere? — li. Generatim loquendo non licere, sed in casibus particularibus indicio et conscientiae Ordinarii id esse relinquendum, cuius tamen erit officii diligenter curare, ut non modo a se et a parochis, verum etiam a singulis genitoribus opportuna remedia adhibeantur, quibus periculum perversionis ab alumnis removeatur, simulque inniti apud magistratus ac praesides, ne vis inferatur conscientiae catholicorum adbibendo libros qui religioni catholicae sit infensi, ae denique assidue et instanter monere et hortari omnes, atque eos praesertim quibus facultas est, ut liberos suos in alias regiones mittant, ubi catholice educentur ».

2. ‹ An liceat sacerdoti io praedictis scholis fidei Christianae documenta tradere, aut eappcllani munere fungi? — II. Affirmative et ad mentem; mens est ut non modo fidei christianae tradendae, verum etiam aliarum disciplinarum scholis quotquot fieri potest praefici sacerdotes, aut honestos perspectaeque religionis laicos curandum sit; quo vero omnis cesset scandali formido, monendum esse populum id fieri, ut mala (piae ex huiusmodi scholis dimanant, quantum fieri potest avertantur; idque proinde nemini excusationi esse debere, quominus liberos suos mittant ad scholas mere catholicas, in quibus eorum fides ac inores nullo modo periclitentur ».

3. « Etiamsi illae (scholae mixtae) utcumque possint tolerari, an Catholicis lurassensibus liceat, nuntium remittere iuri suo pactis publicis innixo, vi cuius nefas est, quemquam in publicis eorum scholis docendi munus obire, qui religionem catholicam non profiteatur?» — It. Negative, sive agatur de expressa sive etiam de tacita cessione ex silentio ac tolerantia culpabili. Itaque, licet cavendum sit, ne quid imprudenter agatur quo ad graviora mala inferenda adversariorum excitetur ferocitas, nihil tamen de industria deque constantia remittendum est, quo minus media legitima, quae in catholicorum potestate sint, adhibeantur, ad praedictum ius una cum foederis sanctitate et catholicae religionis indemnitate recuperandum ». — Instr. S. I. *C.* ad Episcopos Helvetiae 17. lan. 1866. A. S. S. V. 25. p. 132. seqq.

De scholis catholicorum sine religiosa instructione — « Decreto nuperrimo e Municipii scholis *catholicus eiicitur calechismus.* Decretum, vituperio dignum, haeresiae atque incredulitati debacchanti obicem subtrahit... Dum vero, religionis nomine, voces attollimus nostras ad sacra eiusdem iura proluenda, volumus etiam, ut cuilibet innotescat quantum societatis bonum adversetur insanum eiusmodi consilium...Neque enim in puerum renovare licet Salomonis indicium, eundemque irrationabiliter ac inhumaniter in medium dividere quoad eius intelligentiam ac voluntatem: eo quod dum prima excolitur, ad consequendos virtuosos habitus, ultimumque finem insectandum secunda dirigi debet... Talique res splendore nitescit, ut pro vera, etsi contradictionis pretio, ab eisdem haberetur qui religionis documentum a scholis profici cupiunt; dum ad intellectum solummodo conamina haud dirigant, sed ad voluntatem quoque, satagentes, ut *ethica,* quam *civilem* appellant atque naturalem, in scholis edoceatur, curantesque ut inventus ad civilium et socialium virtutum acquisitionem dirigatur. Ast moralis eiusmodi philosophia nedum ad altiorem finem, divina bonitate constitutum in beatifica Dei visione, hominem ducere valet, sed impar quoque evadit ad hoc, ut infantis animus ad veram instituatur virtutem, et in recto constans tramite permanere queat... Et iure verbo *eiicere* usi sumus: quoniam prorsus ludificans fiat ratio inita religiosam exhibendi instructionem tantum pueris illis, quorum parentes id expresse petierint. Neque enim captu facile est, quomodo impii consilii auctores haud pensitaverint quo malo afficeretur sensu puer, qui ratione ab aliis proreus diversa religiosam instructionem agere prospiceret... Quod si aut animi improbitate, aut ignorantia, socordia adacti adfuerint parentes, quod difficile haud est, qui pro filiis religiosae non exposcerint instructionis beneficium, saluberrimis documentis magna iuvenum pars careret, maximo cum discrimine nedum animarum innocentium

illorum, verum etiam civilis societatis ipsius... Quum minoris quoque momenti expectorentur utilitates lege instructio dementaris obligatoria reddita fuit, parentes muletis adigendo ut filios ad scholas mitterent; quis nunc catholicae imentuti religiosam eripere audebit instructionem; quae ad vitam probe degendam uti prudentior tutela sese exhibet? Nonne crudele est, exigere ut pueri eiusmodi, absque ulla religionis notione crescant...? »— Litt. Leonis NHL ad Em. Card. Vicar. *Tot inter* 2G. Jun. 1878.

‹ Ecclesia, integritatis fidei custos et vindex, quae, delata sibi a Deo conditore suo auctoritate, debet ad sapientiam christianam universas vocare gentes, itemque sedulo videre, quibus excolatur praeceptis institutisque inventus, quae in ipsius potestate sit. semper scholas, quae appellant *mixtas* vel *neutras,* aperte damnavit, monitis etiam atque etiam patribusfamilias. ut in re tanti momenti animum attenderent ad cavendum ». — Epist. Encyel. Leonis XIII. *Nobilissima (iaIliarum* ad Epp. Galliae 8. Febr. 1884.

De scholis catholicorum mi.rlis. — Cf. n. 367.

701.7'4.— *De ecclesiasticis et civilibus superioribus. eisque debita obedientia, et sustentatione*

« 10. Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel alio quod esset caput Ecclesiae particularis, nec Romanus Pontifex, est caput Romanae Ecclesiae particularis. — 11. Non oportet credere, quod iste, quicumque est Romanus Pontifex, sit caput cuiuscumque particularis Ecclesiae sanctae, nisi Deus eum praedestinaverit ». — Ppr. Joann. Huss, dd. a Cone. Costant.

‹ 10. Nullus est dominus civilis, nullus est Praelatus, nullus est Episcopus. dum est in peccato mortali ▮. — Pr. Jo. Wiklcff. et Jo. Huss d. a Cone. Constant.

« 63. Legitimis Principibus obedientiam detrectare, imo et rebellare licet ». — Pr. d. a Pio IX. in Svll. Cf. r . 870.

— *Determinata Civilis Regiminis forma*

«...Si vero ab abstractis ad facta expendenda descendimus, opus est sedulo cavere, ne principia hactenus statuta abnegentur. Illa quidem immota consistunt: attamen quando eadem facta evadunt characterem praeseferunt rei cuiuspiam usu contingentis atque variabilis, quae ab ipsa determinatur, unde eorum Principiorum applicatio producta fuit. Seu aliter: etsi unaquaeque civilis gubernii forma per se bona est. et supremo populorum Regimini aptari potest: reipsa tamen penes omnes populos .civilis potestas nonnisi sua unica forma occurrit; quisque utique suam propriam possidet. Forma isthaec ex historicorum, vel nationalium, semper nihilominus ad homines pertinentium, adiunctorum complexu exorta fuit: quae quidem adiuncta in unaquaque natione ipsius Legibus in posteros transmittendis, ac fundamenti loco habendis, originem dederunt: ac per eadem, haec aut illa specialis forma civilis Regiminis definita repentur; hoc videlicet fundamentum transmittendae supremae cuiuslibet potestatis in posteros.

Inutile hic monere ducimus,isingulos cives ad haec ita constituta Regimina subeunda obligari, nihilque pertentandum, ut eadem pervertant, aut eorumdem formam immutent. Ex quo factum est, nt Ecclesia, quae una in terris maxime omnium veram atque sublimem civilis potestatis notionem depositi loco custodit, quoniam omnem potestatem a Deo derivari docet, rebelles homines legitimam auctoritatem detrectantes continenter reprobarit. Idque eodem etiam ipso tempore quo Reges ac Principes potestate sibi tradita abutebantur, orbantes sese hanc ob causani praesidio omnium validissimo ad suam auctoritatem fulciendam ipsis tributo, atque omnium maxime efficaci adminiculo ad obtinendam in imperii leges populorum observantiam.... Attamen hic sedulo animadvertere oportet, quaecumque sit in qualibet natione civilis regiminis forma, nequaquam eandem tanquam ita definitivam habendam esse, ut immutabilis persistere perpetuo debeat; etsi forte haec fuerit eorum intentio ac voluntas, qui ab initio illam determinarunt. Sola quidem Ecclesia Christi lesu sui Regiminis formam conservare hactenus potuit.... Quod autem ad societates mere humanas attinet, est factum sexcentis historicis documentis' comprobatum, tempus, hanc insignem rerum terrestrium transformationem, in civilibus illarum institutionibus gravissimas immutationes identidem efficere. Interdum quidem regiminis formam aliquantum tantummodo immutat; alias vero eo progreditur, ut prioribus formis aboletis, novas easque omnino diversas substituat; immo etiam quandoque ipsum transmittendae in successores supremae potestatis modum immutat.

Quomodo autem istae immutationes, de quibus loquimur, rei publicae contingunt? Eae aliquando violentis alicuius nationis crisibus, nimis frequenter sanguinolentis, succedunt; in quarum aestu praecedentia regimina evanescunt: tum vero ecce anarchia, quae iam ibi dominatur: statim publicus civitatis ordo ab imis usque fundamentis subversus est. Tunc quaedam socialis necessitas nationi imponitur; ipsa sibi cogitur sine mora consulere.

Cur. inquam, ius illi non erit, imo potius officium, ab huiuscemodi rerum statu, qui eam adeo graviter perturbat, sese subtrahendi; pacemque publicam in pristinam ordinis tranquillitatem restituendi? Iam vero ista socialis necessitas novi regiminis constitutionem atque existentiam iustam comprobat, quamlibet ea demum formam assumat; quoniam in hypothesi, in qua versamur, haec nova regimina ordini publico restituendo interim necessario requiruntur: quum nullus ordo publicus sine aliquo civili regimine consistere nequeat.

Exinde consequitur, universam rei novitatem, in huiusmodi eventibus, politica civilis regiminis statuenda forma, vel eiusdem regiminis in successores transmittendi immutata ratione conterminari: at vero nullo modo regimen ipsum per se spectatum attingere. Istud profecto immotum atque observantia dignum esse pergit; namque idem si intimius in ipsa sui natura inspiciatur, communi bono, quod ratio suprema est, unde humana societas originem ducit, consulendi causa statutum est atque imponitur. Aliis idem verbis: in qualibet hypothesi civilis potestas, ut talis considerata, a Deo est, ac semper et ubique nonnisi a Deo. Non enim est potestas, scribit Apostolus, nisi a Deo. — (Roni. XIII. 1).

Quapropter cum nova regimina, quae hanc immutabilem potestatem repraesentant, reipsa constituta sunt eadem cives sponte subire non modo haud vetantur: verum etiam ob communis boni necessitatem, cuius causa exorta sunt ct perstant, omnino iubentur. Praesertim vero eum populorum rebellio odium inter cives acuat, civilia bella excitet, nationemque ipsam in anarchiae chaos deiicere possit. Hoc autem magnum observantiae et submissionis officium catenas perseverabit quatenus id communis boui necessitas exiget: quod quidem publicum bonum apud Deum, et in humana societate prima atque ultima lex est ». — Leo NIII. Ep. Enc. *Inter Gravissimas* 16. Febr. 1592. ad episcopos Galliae. A. S. S. λ .24. p. 534.seqq.

706. — *Principibus rebellare.* — Cf. n. 701.

Tyranni defensio

‹ Bex infidelis Christianis sibi subieetis insidiatur, vel vult eos hic et nunc perdere, et christiannm nomen in suo regno delere. Quum ea meditatur et parat, alii nefarii homines ipsum e suo regno, coniurando et eum debellando, eiicere conantur. Quaerit. — 1. Utrum christiani positive defendere teneantur eum, nempe tyrannum, qui eos vult hic et nunc trucidare: vel potius possint negative se habere, eum neque debellando neque adiuvando. — 2. Quatenus affirmative ad primam partem: postquam e suo regno eiectns fuerit, an christiani eum ad suum regnum revocare, si possint, teneantur: vel potius illius successorem admittere et defendere possint etiam, dato casu, contra priorem, praesertim si religionem toleret vel foveat. — B. Ad 1. Prout exponitur, negative ad primam partem; affirmative ad secundam partem. — Ad 2. Provisum in 1. ». — S. 0. 27. lan. 1892.

DE QUINTO DECALOGI PRAECEPTO

719. — *Licet malefactores publica auctoritate occidere*

« De potestate saeculari asserimus, quod sine peccato mortali potest indicium sanguinis exercere, dummodo ad inferendam vindictam, non odio sed indicio, non incaute sed consulte procedat ». — Prof. fid. Wald.

722. — *De privata rei occisione*

« 19. Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam ». — Pr. d. ab Alex. VII.

Homicidii privata auctoritate illiceitns
in defectu etiam publicae iustitiae

«I cattoliei di questa diocesi sono inesorabili nella vendetta, e cio perche non vi è aleuno in quelle parti che amministri loro giustizia. Si domanda dunque:

1. Se, eschiso ogni altro mezzo di aver ragione dei loro torti, possano i cristiani considcrarsi riguardo a questo punto come se fossero nello stato naturale.

2. Se siano capaci dei Sacramenti fintanto che persistono in questo lor desiderio di vendetta. La ragione che adducono per provare la ne-

cessità in cui sono di vendicarsi c che l'iiceisore e i suoi fautori diverrebbero pili fieri e intollerabili contro i parenti dell'aeciso, e cbmmcterebbero nuovi omicidi, se questi non resistessero e non opponessero forza alia forza.

R. Negative ad utramqne partem ».— S. C. de P. F. 21 Maii 1759.

«Mos est apud (lallas independentes, ut si quis occidatur aut gravi vulnere laedatur, ab eo ipso tempons momento omnes et singuli eius propinqui ct contribules teneantur mortale odium iurare adversus omnes et singulos interfectoris propinquos et contribules, eosque ad internecionem persequi, nemoque se possit hac obligatione eximere quin iura socialia in propria tribu amittat, ab eaque tamquam hostis expellatur. Hoc autem ulciscendi sanguinis ius et officium tamdiu durat, donec certa pecuniae summa, arbitrorum indicio definienda, luatur homicidium, et sic tribus ad quam pertinebat interfectus satisfactionem recipiat. Quae satisfactio frustra speraretur, sublata eiusmodi obligatione suscipiendi praedictam inimicitiam sive vindictam, quoniam apud Gallas independentes omnino desiderantur publici magistratus, qui criminibus puniendis iuribusque tutandis invigilent. Quocirca postulatur:

1. An inimicitiae praedicto modo exercitae haberi possint veluti iustum bellum unius tribus adversus alteram. — 2. An possit admitti ad sacramenta qui ex una parte protestatur se nullum prorsus odium vel simultatem animo fovere adversus homines inimicae tribus, quin imo paratum se esse cupidumque exhibendi eis consueta amicitiae signa statim ac iuri suo fuerit satisfactum: ex altera vero parte promittit se nunquam quaesiturum occasionem rixandi cum hostibus, sed eorum occursum declinaturum, ne in discrimen coniiciatur, aut acceptandae pugnae, aut, si recuset, incurrendi in suorum offensionem.

R. Ex tribus quae ad iustitiam belli requiruntur conditionibus, legitima nimirum auctoritate, insta causa, et convenienti modo, manifestum est tertiam omnino desiderari iu facti specie quam dubium primum attingit. Modus enim conveniens id maxime postulat ut bellum non ulciscendi crudelitate neque nocendi cupiditate geratur, sed recta intentione obtinendi debitam satisfactionem, utqne innocentibus quantum fieri potest nequaquam noceatur. At Gallae simul ac aliquis ex eorum familia vel tribu fuerit interfectus, mortale iurant odium adversus omnes et singulos interfectoris agnatos, eosdemque sine delectu, si obvios habeant, aggrediuntur, feriunt, trucidant, id unum spectantes ut barbaro ritu sanguinem sanguine expient, donec consueta inter eos satisfactio praestetur. Neque vindictam sumunt publicae auctoritatis ductu, cuius tantum est denunciare ac dirigere bellum, sed privati in privatos ferarum more insurgunt; neque iu antecessum examinant utrum casu vel licitae defensionis necessitate, nec culpabiliter admissum fuerit homicidium : neque, priusquam ruant ad arma, vias omnes sive per communes amicos pertentant, quibus debitam sibi satisfactionem pacifice valeant obtinere, sed ut refert in alia epistola idem vicarius Apostolicus, ab eo ipso temporis momento quo homicidium aliquod aut lethalis vulneratio accidit, cuncti interfectoris interfectique agnati ita statim se separant, ut non modo quodeumque locutionis vitaeque commercium secum invicem abrumpere, verum etiam si fiant obvii, ad internecionem usque confligere teneantur. Quae omnia quantum a convenienti belli gerendi

modo, imo ab ipsa veri belli notione abhorreant nemo profecto non intelligit. Curet igitur Vicarius Apostulions, curent missionarii omnes in regionibus illis commorantes, ut tam barbaram et perniciosam consuetudinem ex (pia incredibiles hominum strages ac bonorum devastationes oriuntur, de medio radicitus tollant.

Sed interea admittere poterit ad sacramentorum participationem qui ita animo sit comparatus, ut in dubio 2. exponitus? Responsio pendet a notissimis theologiae moralis principiis circa dilectionem inimicorum, restitutionem ex causa homicidii, et dispositiones ad suscipiendum poenitentiae sacramentum necessarias. Quibus principiis minime refragatur regula illa quam Vicarius Apostolicus tradidisse se narrat missionariis sibi subditis, ut nimirum sacramenta ei non denegentur qui protestatur se nullum odium personale in animo habere, et nihil aliud velle per externam inimicitiam nisi quod de inre sibi competit iuxta patrias leges, simnlque promittit se omni paeto effecturum ut a caede cuiusque ex inimicis abstineat. Hanc igitur regulam sequi poterunt missionarii quoad eos qui pertinent ad familiam vel tribum interfecti. At si agatur de iis qui sunt e familia vel tribu iniusti interfectoris, requiritur praeterea ut, quantum in ipsis est. prompti ac parati sint debitam satisfactionem praestare. atque subire potius suae ipsius tribus offensionem, quam aggredi et laedere quempiam ex adversa tribu, si forte obvium habeant, excepto iure propriae defensionis cum moderamine inculpatae tutelae. — S. 0. 20. Inn. 1866.

Poena capitis in nondum perfecte constituta civitate

‹ Ex usu huius regni, qnicumque dux vel minimus, etiamsi super decem viros tantum praepositus, plenariam potestatem judiciariam et coercitivam in suos subditos habet, ita ut etiam capitalem sententiam pro suo lubitu in eos ferre possit. Item herus super servos suos. Nec admitterentur ad suos subditos delinquentes ad aliud tribunal deferendum. Forma autem indicii usitata valde summaria est. Quaer. — 1. An dux vel herus Christianus, tuta conscientia, servato jure naturali et divino, hanc potestatem in suos subditos vel servos exercere possit, et etiam capitalem poenam in eos decernere ob enorme crimen, v. g. si quis subditus eum vel alium vult perdere, vel persequentibus ad necem tradere causa religionis vel alia? — 2. Quatenus affirmative, ipso de suo iure interrogante, missionaries potest eum monere de suo inre sive in genere sive in casu particulari? — R. Ad primum et secundum tolerari posse donec accurata indiciorum forma inducatur, salva iustitia. et dummodo in gravioribus causis, praesertim capitalibus, procedatur quo mitius poterit, et de consilio proborum virorum*. — S. 0. 27. lan. 1892.

731. 732. — *De furis occisione*

‹ 31. Regulariter, occidere possum furem pro conservatione unius aurei. — 32. Non solum licitum est detendere defensione occisiva, quae actu possidemus; sed etiam, ad quae ius inchoatum habemus, et quae nos possessuros speramus. — 33. Licitum est tam haeredi quam legatario, contra iniustc impedientem ne vel haereditas adeatur vel legata sol-

vantur, se taliter defendere: sicut et itis habendi in cathedram vel praebendam, contra earum possessionem initiate impedimentem ». — Ppr. dd. ah Inn. XI.

733. — *De calumniatoris occisione*

«17. Est licitum religioso vel clerico calumniatorem gravia crimina de se vel de sua religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit: uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi religioso vel eius religioni publice et coram gravissimis viris praedicta impingere, nisi occidatur. — 18. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam indicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damum evitare ». – Ppr. dd. ab Alex. VII.

«30. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter haec ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam vel fuste percutiat, et post impactam alapam vel ictum fustis fugiat ». — Pr. d. ab Inn. XI.

742. — *Acceleratio partus*

« 1. Eritne licita partus acceleratio quoties ex mulieris arctitudine impossibilis evaderet foetus egressio suo naturali tempore? — 2. Et si mulieris arctitudo talis sit, ut neque partus praematurus possibilis censeatur, licebitne abortum provocare aut caesaream suo tempore perficere operationem? — 3. Est ne licita laparatomia quando agitur de praegnatione extra-uterina, seu de ectopicis conceptibus? — R. Ad 1. Partus accelerationem per se illicitam non esse, dummodo perficiatur iustis de causis et eo tempore ac modis, quibus ex ordinariis contingentibus matris et foetus vitae consulatur. — Ad 2. Quoad primam partem, *negative,* iuxta decretum Ecria IV. 24. Iulii 1895. de abortus illiceitate. — Ad secundum vero quod spectat: nihil obstare quominus mulier de qua agitur, Caesareae operationi suo tempore subiiciatur. — Ad 3. Necessitate cogente, licitam esse laparatomiam ad extrahendos e sinu matris ectopicos conceptus, dummodo et foetus et matris vitae, quantum fieri potest, serio et opportune provideatur ». — S. 0. 4. Maii. 1898.

745. — *De craniatomia et procuratione abortus*

« An tuto doceri possit in scholis catholicis licitam esse operationem chirurgicam quam *craniotomiam* appellant, quando scilicet, ea omissa, mater et filius perituri sint; ea contra admissa, salvanda sit mater, infante pereunte? — R. Omnibus diu et mature perpensis, habita quoque ratione eorum, quae hac in re a peritis catholicis viris conscripta, ab Eminentia tua huic Congregationi transmissa sunt, respondendum esse duxerunt: *Tuto doceri non posse.* SSinus plene confirmavit».— S. 0. 28. Maii 1884.

« In scholis catholicis tuto doceri non posse licitam esse operationem chirurgicam, quam *craniotomiam* appellant, sicut declaratum fuit die 28. Maii 1884., et quamcumque chirurgicam operationem directe occisivam foetus vel matris gestantis ». — S. 0. 19. Aug. 1889.

« 34. Licet procurare abortum ante animationem foetus, ne puella deprehensa gravida occidatur aut infametur. — 35. Videtur probabile.

omnem foetum (quamdiu in utero est) carere anima rationali, et time primum incipere eandem habere, eum paritor, ae consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi *. — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

« Titius medicus cum ad praegnantem graviter decumbentem vocabatur. passim animadvertebat lethalis morbi causam aliam non subesse praeter ipsam praegnationem, hoc est, foetus in utero praesentiam. Una igitur, nt matrem a certa atque imminenti morte salvaret, praesto ipsi erat via. procurandi scilicet abortum seu foetus eieetionem. Viam hanc consueto ipse inibat, adhibitis tamen mediis et operationibus, per se atqne immediate non quidem ad id tendentibus ut in materno sinu foetum occiderent, sed solummodo ut vivus, si fieri posset, ad lucem ederetur: quamvis proxime moriturus, utpote qui immaturus omnino adhuc esset.

lamvero lectis quae die 19. Augusti 1889. Sancta Sedes ad Cameracensem archiepiscopum rescripsit: « tuto doceri non posse licitam esse » quamcumqne operationem directe occisivam foetus, etiamsi hoc necessarium foret ad matrem salvandam ». dubius haeret Titius circa liceitatcm operationum chirurgicarum quibus non raro ipse abortum hucusque procurabat, ut praegnantes graviter aegrotantes salvaret.

Quare, ut conscientiae suae consulat, supplex Titius petit, utrum enuntiatas operationes in repetitis dictis circumstantiis instaurare tuto possit. — R. Negative, iuxta alia Decreta, diei scilicet 28. Maii 1884. et 19. Augusti 1888. » — S. 0.24. Iui. 1895.

747. — *Duelli illiceitas et turpitudo*

LUt. Ap. ad Ordinarios in imperio Germanico et Austro-Hungarico :

‹ Pastoralis officii conscientia et proximorum caritate permoti, datis ad Nos superiore anno litteris, referendum censuistis de singularium certaminum. quae *duella* vocant, in populo vestro frequentia. Genus istud dimicandi, velut ius moribus constitutum, non sine dolore significabatis etiam inter catholicos versari: rogabatis pariter, ut deterrere homines ab istiusmodi errore vox quoque Nostra conaretur. — Est profecto error iste admodum perniciosus, nec sane finibus circumscribitur civitatum vestrarum. sed excurrit multo latius, ita ut huius expers contagione mali vix ulla gens reperiatur. Quamobrem collaudamus studium vestrum, et quamvis cognitum, perspectumquc sit quid hac in re philosophia Christiana utique consentiente ratione naturali, praescribat, tamen, cum prava duellorum consuetudo Christianorum praeceptorum oblivione maxime alatur, expediet atque utile erit id ipsum per Nos paucis revocari.

Scilicet utraque divina lex. tum ea quae naturalis a rationis lumine, tum quae litteris divino afflatu perscriptis promulgata est, districte vetant ne quis extra causam publicam hominem interimat aut vulneret, nisi salutis suae defendendae causa, necessitate coactus. At qui ad privatum certamen provocant, vel oblatum suscipiunt, hoc agunt, huc animum viresque intendunt, nulla necessitate adstrieti, ut vitam eripiant aut saltem vulnus inferant adversario. Utraque porro divina lex interdicit ne quis temere vitam proiiciat suam, gravi ct manifesto obiieiens discrimini, quum id nulla officii aut caritatis magnanimae ratio suadeat; haec autem caeca tpmnritiis vitap. contenmtrix. nlane inest in natura duelli. Gnare ohson-

serunt singulare, utrumque cadere ct scelus alienae cladis, et vitae propriae discrimen voluntarium. Demum vix ulla pestis est, quae a civilis vitae disciplina magis abhorreat ct iustum civitatis ordinem pervertat, quam permissa civibus licentia ut sui quisque adsertor iuris privata vi manuque, et honoris, quem violatum putet, ultor existât.

Oh eas res Ecclesia Dei, quae custos et vindex est cum veritatis, tum iustitiae ct honestatis, quarum complexu publica pax et ordo continetur, nunquam non improbavit vehementer, et gravioribus quibus potuit poenis reos privati certaminis coercendos curavit. Constitutiones Alexandri III. decessoris Nostri libris insertae canonici iuris privatas hasce concertationes damnant et exsecrantur. In omnes qui illas ineunt, aut quoquo modo participant, singulari poenarum severitate animadvertit Tridentina Synodus, quippe quae praeter alia, etiam ignominiae notam iis inussit, eiectosque Ecclesiae gremio, honore indignos censuit, si in certamine occumberent, ecclesiasticae sepulturae. Tridentinas sanctiones ampliavit explicavitque decessor noster Benedictus XIV. in Constitutione data die X. Novembris anno MDCCLII. cuius initium *Detestabilem.* Novissimo autem tempore f. r. Pius IX. in litteris apostolicis, quarum est initium *Apostolicae Sedis,* per quas censurae latae sententiae limitantur, aperte declaravit, ecclesiasticas poenas committere non modo qui duello confligant, sed eos etiam quos patrinos vocant, itemqne et testes et conscios. — Quarum legum sapientia eo luculentius emicat quo ineptiora ea esse liquet quae ad immanem duelli morem tuendum vel excusandum solent proferri. Nam quod in vulgus seritur, certamina id genus natura sua comparata esse ad maculas eluendas, quas civium honori alterius calumnia aut convicium induxerit, id est eiusmodi ut neminem possit nisi vecordem fallere. Quamvis enim e certamine victor decedat qui, iniuria accepta, illud indixit, omnium cordatorum hominum hoc erit indicium, tali certaminis exitu viribus quidem ad luctandum, aut tractandis armis meliorem lacessentem probari, non ideo tamen honestate potiorem. Quod si idem ipse ceciderit cui rursus non inconsulta, non plane absona haec honoris tuendi ratio videatur? Equidem paucos esse remur, qui hoc obeant facinus, opinionis errore decepti. Omnino cupiditas ultionis est, quae viros superbos et acres ad poenam petendam impellit: qui si elatum animum moderari, Deoque obtemperare velint qui homines iubet diligere inter se amore fraterno, et quemquam violari vetat, qui ulciscendi libidinem in privatis hominibus gravissime damnat, ac poenarum repetendarum sibi unice reservat potestatem, ab immani consuetudine duellorum facile discederent.

Neque illis qui oblatum certamen suscipiunt iusta suppetit excusatio metus, quod timeant se vulgo segnes haberi, si pugnam detrectent. Nam si officia hominum ex falsis vulgi opinionibus dimetienda essent, non ex aeterna recti iustique norma, nullum esset naturale ac verum inter honestas actiones et flagitiose factas discrimen. Ipsi sapientes ethnici et norunt et tradiderunt, fallacia vulgi indicia spernenda esse a forti et constanti viro. Iiistus potius et sanctus timor est, qui avertit hominem ab iniqua caede, eumque facit de propria et fratrum salute sollicitum. Immo qui inania vulgi aspernatur indicia, qui contumeliarum verbera subire mavult, quam ulla in re officium deserere, hunc longe maiore atque excelsiore animo esse perspicitur, quam qui ad arma procurrit,

lacessitos iniuria. Quin etiam, si recte diiudicari velit, ille est unus, in quo solida fortitudo eluceat, illa, inquam, fortitudo, quae virtus vere nominator, et cui gloria comes est non fucata, non fallax. Virtus enim in bono consistit rationi consentaneo, et nisi quae in indicio nitatur approbantis Dei, stulta omnis est gloria.

Denique tam perspicua duelli turpitudo, est, ut illud nostra etiam aetatis legumlatores, tametsi multorum suffragio patrocinioque fultum, auctoritate publica poenisque propositis coercendum duxerint. Illud hae in re praeposterum inaximeque perniciosum, quod scriptae leges re factisque fere eludantur: idque non raro scientibus et silentibus iis, quorum est puniri sontes, et nt legibus pareatur, providere. Ita tit ut passim ad singularia certamina descendere, spreta maiestate legum, impune liceat.

Inepta etiam atque indigna sapienti viro eorum est opinio, qui utut togatos cives ab hoc genere certaminum arcendos putent, ea tamen permittenda censent militibus, quod tali exercitatione acui dicant militarem virtutem. Primum quidem honesta et turpia natura differunt, nec in contraria mutari ob diversum personarum statum ullo pacto possunt. Omnino homines, in quacumque conditione vitae, divina ac naturali lege omnes pari modo tenentur. Praeterea ratio huinsce indulgentiae erga milites ab utilitate publica petenda foret, quae numquam tanta esse potest, ut eius obtentu naturalis divinique inris vox conticescat. Quid, quod ipsa utilitatis ratio manifesto deficit? Nam militaris virtutis incitamenta eo spectant ut civitas sit adversus hostes instructior. Idue vero effici poterit ope illius consuetudinis, quae suapte natura eo spectat ut suborto inter milites dissidio, cuius causae haud rarae sunt, e singulis partibus defensorum patriae nocetur alteruter?

Postremo recens aetas, quae se iactat humaniore cultu morumque elegantia longe superioribus saeculis antecellere, parvi pendere vetustiora instituta consuevit ac nimium saepe respuere quidquid cum colore discrepet recentioris urbanitatis. Quid est igitur quod has tantummodo rudioris aevi ac peregrinae barbariae ignobiles reliquias, duelli morem iutelligimus, in tanto humanitatis studio non repudiat?

Vestrum erit, Venerabiles Fratres, haec quae breviter attigimus, inculcare diligenter populorum vestrorum animis, ne falsas hac de re opiniones temere excipiant, neu ferri se leviorum hominum iudicio patiantur. Date operam nominarim ut iuvenes mature assuescant id de duello sentire et iudicare quod, consentiente naturali philosophia, indicat ac sentit Ecclesia; ab eoque iudicio nonnam agendi constanter sumant. Immo quomodo alicubi receptum consuetudine est ut catholici praesertim florentis aetatis sibi sponte perpetuoque interdicant nomen dare societatibus non honestis, pari modo opportunum ducimus ac valde salutare, eosdem velut foedus inter se facere, data fide nullo se tempore nullaque de caussa duello dimicaturos.

Supplices Deo petimus ut communia conata nostra virtute caelesti corroboret, quodque pro salute publica, pro integritate morum vitaeque Christianae volumus, id benigne largiatur. Divinorum vero munerum auspicem itemque benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII. Septembris an. MDCCCXCI. Pontificatus Nostri Decimoquarto. — LEO PP. XIII.

Irregularitas in duellantes lata

<11 vescovo di Wratislavia espoae alla S. Sede che, presso quella Università, vige il pessimo costume, fra i giovani alunni, di battersi a duello assai di frequente; clic anzi vi sono istituite dcllc società, nelle quali non si ottengono dai giovani i gradi piii elevati, senz'aver sostenuto un grande c determinato numero di duelli. Nondimeno sitfatti certain!, fra i detti alunni, non sono pericolosi cosi da temersene della vita o della mutilazione di qualche membro. Hanno luogo, per lo pin, con un breve coltello, con cui si prende di mira la sola faccia, e la tenzone si compie spessissimo con una piccola ferita, guaribile fra poebi giorni, che non laseia traccia vernna.

Quel vescovo, dovendo ammettere alia ecclesiastica tonsura ed agli ordini aleuni giovani, stati alunni di quella Università, e in quel tempo aneor essi duellanti o patrini nei duelli, chiese alia S. C. se, e da quali irregolarità, dovessero venir dispensati, se da quella che proviene *ex homicidio,* o dall'altra che nasce *ex defectu lenitatis,* o finalmente da quella *ex infamia iuris,* inflitta dal Tridentino.

Hinc proposito dubio: An, a quibus, et ex quonam titulo irregularitas contrahatur quando duellum ea ratione committitur, qua his temporibus inter Germaniae Universitatis alumnos fieri solet in casu. — R. Affirmative, a duellantibus eorumque patrinis, ex infamia iuris ». — S. C. C. 9. Aug. 1890.

748. — *Duellum semper illicitum*

1. Vir militaris, qui, nisi offerat vel acceptet duellum, tamquam formidolosus, timidus, abiectus, et ad officia militaria, ineptus haberetur, indeque officio quo se suosque sustentat privaretur, vel promotionis alias sibi debitae ac promeritae spe perpetuo carere deberet, culpa et poena vacaret, sive offerat sive acceptet duellum.— 2. Excusari possunt etiam, honoris tuendi vel humanae vilipensionis vitandae gratia, duellum acceptantes vel ad illud provocantes, quando certo sciunt pugnatu non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam. — 3. Non incurrit ecclesiasticas poenas ab ecclesia contra dnellantes latas dux vel officialis militiae, acceptans duellum ex gravi metu amissionis famae et officii. — 4. Licitum est, in statu hominis naturali, acceptare et offerre duellum, ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio earum iactura propulsari nequit. — 5. Asserta licentia pro statu naturali, applicari etiam potest statui civitatis male ordinatae, in qua nimirum, vel negligentia vel malitia magistratus, iustitia aperte denegatur». — Ppr. *damnatae ac. prohibitae* tamquam falsae, scandalosae, ac perniciosae, a Bened. XIV. C. *Detestabilem* 10. Nov. 1752.

« 2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat». — Pr. d. ab Alex. VII.

753. — *De liceitate belli*

* 34. Praeliari adversus Tureas, est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos ». — Pr. Mart. Lutheri d. a Leone X.

DE SEXTO DECALOGI PRAECEPTO

765. — *Barritas materiae in re venerea*

*40. Est probabilis opinio, quae dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem et sensibilem, quae ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris et pollutionis ». — Pr. d. ab Alex. VII. 18. .Mart. 1666.

788. — *Fornicatio*

<48. Tam clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, et solum esse malam, quia interdicta, ut contrario omnino rationi dissonum videatur ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

<Quod mulieris osculum, cum ad hoc natura non inclinet, est mortale peccatum: actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est. maxime eum tentatur exercens ». — Damnatur uti error Clement. *Ad nostrum* 3. *de Haereticis.*

<25. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis praecepto. dicens: commisi eum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam ». — Pr. d. ab Alex. VII.

793. — *Adulterium*

<50. Copula cum coniugata. consentiente marito, non est adulterium: adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

810. — *Mollities*

‹ 49. Mollities iure naturae prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, saepe esset bona, et aliquando obligatoria sub mortali ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

823. — *Bestiaïitas*

« 24. Mollities, sodomia, et bestialitas sunt peccata eiusdem speciei infimae: ideoque sufficit dicere in confessione, se procnrasse pollutionem ». — Pr.d.ab Alex. VII.

827. — *Sodomia* — Cf. n. 823.

DE SEPTIMO DECALOGI PRAECEPTO

838. — *De liceitate dominii proprietatis*

‹ 1. Haec benedicta, imo suprabenedicta lex amoris omnem aufert proprietatem et dominium. — Falsa, erronea, haeretica. — 2. Actualis abdicatio cordialis voluntatis et temporalis potestatis dominii seu auctoritatis statum perfectissimum ostendit et efficit. — C'niversaiiter intellecta. falsa, erronea, haeretica ». — Conclusiones Dionysii Soulechat minoritae ex secta fraticellorum. dc paupertate, d. ab Urbano V. a. 13G8.

860. 861. 862. — *T)c mancipiis*

Urbanus VIII. Br. *Commissum nobis* 22. Apr. 1639.§2. prohibet Indos « in servitutem redigere, vendere, emere, commutare, vel donare, ab uxoribus et liliis suis separare, rebus et bonis spoliare, ad alia loca deducere et transmittere, aut quo modo libertate privare, in servitute retinere, nec non praedicta agentibus consilium, auxilium, favorem et operam quocumque praetextu et quaesito colore praestare, aut id licitum praedicare seu docere, ac alias quomodolibet praemissis cooperari ». — Cf. Epist. ad Epp. Brasiliae 5. Maii 1888. Leonis XIII., C. 2107.

« 1. Licitum est nigros, aliosque silvestres, nemini infensos, vi aut dolo captivare. 2. Licet nigros, aliosque silvestres, nemini infensos, vi aut dolo captivatos emere, vendere, et de illis alios contractus facere 3. Cum nigri, aliique silvestres, iniuste captivati, sunt permixti aliis inste vendibilibus, licet omnes emere, sive, ut dicunt, bonos et malos. 4. Emptores nigrorum, aliorumve silvestrium, non tenentur inquirere de titulo eorum servitutis, sintne inste vel iniuste mancipia, licet sciant plurimos eorum esse iniuste captivatos. 5. Possessores nigrorum aliorumve silvestrium nemini infensorum, vi aut dolo captorum, ad eos manumittendos non tenentur. 6. Captores nigrorum, et aliorum silvestrium, nemini infensorum, vi aut dolo captorum, emptores, possessores, non tenentur ad eorum damna compensanda. 7. Licet possessoribus nigrorum aliorumque mancipiorum ex privata auctoritate manifesto mortis periculo exponere, vulnerare, cremare, occidere. 8. Licet nigros aliosque infideles, doctrinae fidei capaces, absque instructione mysteriorum fidei ad salutem necessaria baptizare, item eosdem baptizatos absque ea relinquere. 9. Domini nigrorum et aliorum mancipiorum non tenentur impedire ne vivant in concubinatu. 10. Licitum est captivos post baptismum in servitute retinere, sint vel non sint insta mancipia. 11. Licitum est ab haereticis emere nigros mediate vel immediate, et post emptionem seu donationem, aut quemlibet alium contractum ipsorum mancipia remanere, et similiter vendere illis. — P. Ad 1. Non licere. Ad 2. Non licere. Ad3. Non licere. Ad 4. Tenentur. Ad 5. Tenentur. Ad 6. Tenentur. Ad 7. Non licere. Ad 8. Non licere, praeterquam in articulo mortis. Ad 9. Teneri. Ad 10. Negative, si iniuste. Ad 11. Negative, existente mala fide». — S. O. 20. Mart. 1686., C. 2100.

« Ab aevo Cambodienses Christiani in sui famulatum emunt Laossenses aliosque ex populis confinibus, idque agunt etiamsi dubium fundatum, imo aliquando certo sciant quod illa mancipia fuerint in patria sua furto ablata. — R. In primis distinguendum est, num captivi Laossenses, qui a plagiariis veneunt, sublati fuerint legitimo eorum domino, vel potius liberi ac proprii iuris in plagiariorum iniustam servitutem devenerint. In primo casu, non licet eos emere; etsi enim iniuste a plagiariis detineantur, nefas tamen est alienas res furto sublatas emere, invito domino. In secundo casu, iterum pariter distinguendum est num Laosscnses se Christianis venumire detrectent, vel consentiant. Si detrectant, emi nequaquam possunt, ipsi enim captivi domini sunt propriae libertatis, quamvis iniuste iis per furtum a plagiariis erepta. Si vero, postquam plene edocti fuerint hire sibi libertatem competere, a qua nonnisi aliorum iniuria exciderunt, ultro et sponte sua, et ex libera pro-

priaqne voluntate tamquam rerum suarum domini, se cxihbeant Christianis, ut ab eis recipiantur er detineantur in servitutem, eo prudenti consilio, ut a graviori et dura plagiariorum servitute soluti, a qua ipsis datum non fuerit alio modo se mancipare, mitiorem apud emptores Christianos servitutem sortiantur, penes quos etiam facile sibi persuadere poterunt venire posse in agnitionem veri Dei cultus cumque inaestimabili animarum suarum compendio profiteri, in iis sane circumstantiis poterit penuitti Christianis, habito etiam respectu ad favorem fidei, ut possint huiusmodi captivos inxto pretio sibi comparare, et in propriam servitutem redigere et retinere, dummodo eo animo sint, ut cos tractent secundum praecepta charitatis Christianae, et curent etiam rudimentis fidei illos imbuere, adeo ut. si fieri poterit, in libertatem filiorum Dei, quae in sola catholica ecclesia est, nulla tamen coactione tacta, sed tantummodo opportunis suasionibus et hortationibus, libere et feliciter traducantur per eorum conversionem ad veram fidem ». —S. O. 12. Sept. 1776., C. 2101.

869. — *De dominio ecclesiae*

‹ 26. Ecclesia non habet nativum ac legitimum ius acquirendi ac possidendi. — 27. Sacri Ecclesiae ministri romanusque Pontifex ab omni rernm temporalium cura ac dominio sunt omnino excludendi ». —ı Ppr. dd. a Pio IX. Ş.vll.

‹ 10. Contra Scripturam Sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones. — 16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, i. e. ex habitu, non solum actu, delinquentibus. — 32. Ditare clerum est contra regulam Christi. — 33. Sylvester Papa et Constantinus imperator errarunt, Ecclesiam dotando. — 36. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentes sunt haeretici, eo quod possessiones habent, et consentientes eis, omnes videlicet domini saeculares et caeteri laici. — 39. Imperator et domini saeculares sunt seducti a diabolo, ut Ecclesiam ditarent bonis temporalibus. — 44. Augustinus, Benedictus et Bernardus damnati sunt, nisi poenituerint de hoc, quod habuerunt possessiones, et instituerunt et intraverunt religiones: et sic a Papa usque ad ultimum religiosum, omnes sunt haeretici ». — Ppr. Io. AVikleff. dd. in C. Const.

«34. Item utrum credat, quod liceat personis ecclesiasticis absque peccato huius mundi habere possessiones et bona temporalia. — « 35. Item utrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat: imo quod sic auferentes, tollentes et invadentes bona ipsa ecclesiastica sint tanquam sacrilegi puniendi, etiam si male viverent personae ecclesiasticae, bona huiusmodi possidentes. — 36. Item utrum eredat, quod huiusmodi ablatio et invasio, cuicumque sacerdoti, etiam male viventi, temere vel violenter facta vel illata, inducat sacrilegium ». — Artt. de quibus errorum Wiklcff et Huss suspecti sunt interrogandi ex B. *Inter cunctas* Martini V.

« Praeterea iuxta beatissimi Stephani Papae sanctionem statuimus, ut laici, quamvis religiosi, nullam tamen de ecclesiasticis rebus aliquid disponendi habeant facultatem: sed secundum Apostolorum canones omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, et ea velut Deo contemplante dispenset. Si quis ergo principum aut laicorum aliorum

dispensationem vel donationem rerum sive possessionum ecclesiasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus indicetur ». — Cone. Oecumen. Lateran. I. can. 4.

870. — *Decimae clericis solvendae*

« Eleemosynas, sacrificium, ecteraque beneficia fidelibus posse prodesse defunctis credimus. Remanentes in saeculo et sua possidentes, eleemosynas et cetera beneficia ex rebus suis agentes, praecepta Domini servantes salvari fatemur et credimus. Decimas, primitias, et oblationes ex praecepto Domini credimus clericis persolvendas». — Prof. fid. Wald.

« 18. Decimae sunt purae eleemosynae, et possunt parocliiani propter peccata suorum praelatorum ad libutum suum eas auferre. » — Ppr. Io. Wikletï. d. a Cone. Constant.

De recenti decimarum suppressione in Italia. Cf. Litt. S. Poenitent. 25. Aug. 1887. A. S. S. V. 20. p. 205. seqq.

De Guberni salariis

« An salaria, quae in Belgio solvuntur a Gubernio pastoribus et canonicis, induant beneficiorum seu bonorum ecclesiasticorum indolem, et annexam habeant obligationem inhaerentem his bonis, scilicet strictam et canonicam obligationem expendendi superflua pauperibus, seu piis causis, et residentiae sub poena non *faciendi fructus suos?* — R. *Tam alias a Sancta Sede, de consilio secretae Gbngregationis, responsum fuisse affirmative.* » — 19. lan. 1819.

« Sacra Poenitentiaria consulta, an illa responsio applicari debeat salariis, quae pastoribus et Canonicis regni Galliarum a Gubernio solvuntur, respondendum ccnsuit: *Affirmative·».* — 19. Aug. 1821.

« An responsio pro Belgio diei 19. lan. applicari debeat solis salariis fixis 1000. libr. pro Parochis et 750. libr. pro Deservientibus, vel extendi debeat ad oblationes fidelium? — R. *Affirmative quoad /mimam partem, negative quoad secundam ».* — S. Poenit.

916. — *De possessione in praescriptione*

«Sine possessione præscriptio non procedit ». — Reg. Inr. 3. in 6°.

925. — *Bona fides in praescriptionibus requisita*

« Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, synodali indicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona fide praescriptio tam canonica quam civilis, cum generaliter sit omni Constitutioni atque consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui praescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae ». — Cone. Later. IV. a. 1215. Decreta, cap. 41. de Praescriptionibus.

970. — *De luramento in contractibus*

« Tuas dudum recepimus quaestiones, quod quidam usurarii cos, quibus dant pecuniam ad usuram, praestare faciunt iuramentum, quod usuras non repetant, et super his, quas solverint, nullam moverint quaestionem. Xos igitur respondemus, ut usurarios ipsos mo. prae, per censu. Eccle., appel, remota, compellas ante usurarum solutionem ab earum

exactione desistere, vel restituere ipsas, postquam fuerint persolutae, no de dolo et fraude contingat eos commodum reportare ». — C. *Tuas clu-dum* 13. *de Esuris.*

972. — De conditione in contractu contra legem

« An simplex conditio adiecta in chirographo de restitutione pecuniae) non aliter facienda, quam in sonante pecunia, vim suam amittat etiam in foro conscientiae per subsequentem legem civilem illam irritantem? — R. Begulariter affirmative: nisi peculiares obstent circumstantiae, super quibus recurrendum erit in casibus particularibus, iisdem diligenter expo-sitis ». — S. Poenit. 21. Jan. 1873., A. S. S. V. 7. p. 209. seqq.

1030. — *De fideicommissis pro causis piis*

<*Eudoriits* caelibatarius. haeredibus necessariis destitutus, graviter decumbens, ut animae suae consulat, statuit partem bonorum in pia opera erogare. Ad hunc finem *Ifonifacium* legatarium universalem insti-tuit per testamentum, debitis vestitum formis. Scriptum autem privatum *Bonifacio* tradit, in quo piam manifestat voluntatem, postulatque ab ipso, ut eandem fideliter exequatur. *Eonifacius* vero, mortuo ***E****adorio,* haereditatem integram servat, ex eo quod testamento valido illam teneat. Postulatur, utrum in conscientia tutus esse possit? — R. In casu exposito Bonifacium *teneri in conscientia ad implendam voluntatem* Eudorii *certe cognitam pro foro conscientiae ».* — S. Poenit. 23. Jun. 1844.

1037. — *Testandi capacitas quoad religiosos saecularicatos*

«...Generalia responsa... 1. Monachus, etiam perpetuo et absoluto saecnlarizationis Apostolico Induito praeditus, non potest de bonis di-sponere absque Apostolicae Sed. speciali beneplacito. 2. Si dicto Induito disponendi careat. vel eo legitime usus non sit, distinguendum est inter bona ab eo relicta: scii, bona quae monasterii erant, secumque e claustro egrediens ipse attulerat, vel ei utcumque obvenerunt, quemadmodum et bona, si quae habebat, ex illis provenientia, suo monasterio manent. Quoad autem cetera bona a tali monacho extra claustra aliter quam ex bonis ab religionem pertinentibus acquisita indicandum de iis est iuxta C. Gregorii XIII. *Officii nostri,* ubi dicta Const, viget. 3. Ius succedendi haereditati monachi professi decedentis extra claustra, qui Apost. Induit, obtinnit manendi extra claustra ad tempus, retento habitu, vel veste sui Ordinis dimissa ad eius monasterium spectat ». — S. C. EE. et RR. 4. lan. 1802. — Cit. Const. Greg, bona regularium extra claustra degen-tium, undecumque venerunt, sub spoliorum nomine ad Camer. Apostol. pertinere constituit. — Cf. n. 1038.

»

1038.1042. — *De successione religiosorum*

«1. Cui competat ius succedendi haereditati regularis professi, de-cedentis extra claustra, qui Apostolieum Indultum obtinuit manendi extra claustra ad tempus retento habitu, vel veste sui ordinis dimissa? 2. Cui competat ius succedendi haereditati regularis professi, qui infausto an-teacto tempore eiectus publica vi a Coenobio, et veste sui ordinis expo-liatus, rationabiles causae ei obstiterunt, ne successivo tranquillitatis tempore ad suum rediret Coenobium, suique ordinis vestem reassumeret?

3. Cui competat ius succedendi haereditati et legata, et de iisdem acquisitis disponendi, et signanter si dispositio fuerit ad causas pias et favore religionis? · - R. Ad 1. De huiusmodi haereditate indicandum esse iuxta dispositiones iuris ecclesiastici communis, scilicet eam spectare ad propriam defuncti religionem. —· Ad 2. Si religiosus, de quo sermo est, perpetuae saecularizationis absoluto non fruebatur Induito, ut in praecedenti. Si vero fruebatur, distinguendum est inter bona ab eo relicta, scilicet bona, quae religionis erant sccumquc e claustro egrediens ipse attulerat, vel ei utcumque obvenerunt, quemadmodum et bona, si quae habeat ex illis provenientia, eidem religioni manere. Quoad autem caetera bona, a tali religioso extra claustra aliter quam ex bonis ad religionem pertinentibus acquisita, indicandum de iis esse iuxta Constitution. Gregorii XIII. *Officii nostri.* — Ad 3. Si dictus religiosus Apostolico Induito disponendi de bonis, ut in casu, legitime usus est, facta nimirum dispositione undique legitima eorundem bonorum, ius de quo agitur illi competere, cuius favore facta est dispositio. — S. C. EE. et RR. 26.1un. 1829. — Cf. n. 1037. 1047.

1047. — *Ius successionis quoad regularium pensiones*

« 1. An pensiones, quae a publico aerario solvuntur regularibus extra claustra degentibus, habendae sint tamquam pensiones ecclesiasticae, ita ut natura sua spolio subiaceant? Et quatenus negative. 2. Cui competat post illorum mortem ius percipiendi ratas non solutas dictarum pensionum, si regulares professi apostolicum Indultum obtinuerint manendi extra claustra sive ad tempus sive in perpetuum? 3. Cui competat idem ius, si huiusmodi regulares professi Indultum testandi et disponendi obtinuerint? 4. Cui competat praefatum ius, si agatur de regularibus, qui vota simplicia tantum emiserunt? — R. Ad 1. Negative. Ad 2. Si Indultum temporaneum fuerit spectare ad propriam defuncti religionem, si perpetuum ad S. C. spoliorum secundum Const. Greg. XIII. *Officii nostri.* Ad 3. Ius, de quo agitur, ad eum pertinere, cuius favore facta est dispositio, si regularis apostolico Induito disponendi de bonis legitime usus sit: quatenus eodem Induito legitime usus non fuerit, servandam esse resolutionem datam in secundo. Ad 4. Non spectare neque ad religionem, neque ad S. C. spoliorum, sed ad suos haeredes, sive ab intestato, sive ex testamento venientes ». — S. C. EE. et RR. 6. lun. 1836.

Sacra utensilia, quae ecclesiae caihedrali debentur, decedende episcopo

« ... Ad praecidendas omnes hac super re dubitationis ac controversiae causas, de consilio **W**. FF. nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, haec, quae sequuntur, auctoritate nostra apostoliea decernimus et mandamus. I. Cardinales episcopos teneri quoad sacra utensilia lege lata in Constitutione S. Pii V. incipiente *Romani Pontificis,* exceptis tamen cardinalibus episcopis suburbicariis, necnon exceptis pariter cardinalibus abbatibus *Nullius,* qui in romana curia morantur, quorum sacra utensilia, attenta citata Constitutione *Aequum est* Urbani VIII., praedecessoris nostri, ad pontificium sacrarium spectabunt. II. Firmis remanentibus clausulis derogatoriis Constitutionis S. Pii V., cuius initium *Romani Pontificis procidentia,* in Literis in forma Brevis incipientibus *De benignitate Sedis Apostolicae,*

apponi solitis, in altero Brevi, quod incipit: *Cum fcl. ree. **Ir**rbanus VIII.* auferatur clausula, qua salva edicitur eadem Piana Constitutio, eiusqne loco substituantur ea. quae sequuntur: *Quod si ecclesiis abbatialibus cathedralibus, metropolifanis, patriarchalibus praefueris, seu quas alias ex concessione et dispensatione apostolica in titulum, administrationem, seu commendem obtinueris, te cehementcr hortamur, prout iam Benedicius **XIV**. praedecessor noster, in sua Constitutione incipiente.* Inter arduas *cardinales hortabatur, ut in praedictis rebus disponendis eas ecclesias prae oculis habeas, ceferisque praeferas.* Quae vero hoc in articulo praescripsimus, ea ad singulos cardinales extendimus, qui ante praesentium Literarum publicationem enuntiatam testandi ac disponendi facultatem obtinuerunt, periiide ac si in respeetivis induitis expressa essent. III. Sacra utensilia, quae vigore Constitutionis S. Pii V. incipientis *Romani Pontificis* ecclesiis cathedralibus debentur, haec esse edicimus: Mitras scilicet, planctas, pluvialia, tunicellas, dalmatieas, sandalia, chirothecas, albas eum cingulis, lineos amictus, et his similia: item missalia, gradualia, libros cantus firmi et musicae, libros pontificales, alterum, cui titulus canon missae; item calices, patenas, pyxides, ostensoria, thuribula, vas aquae benedictae cum aspersorio, pelvium cum urceo, vasa sacrorum oleorum, et urceolos una cum pelvibus et tintinnabulo, palmatoria. icones pacis, cruces archiépiscopales, candelabra cum cruce pro altaris usu, baculum pastoralem, faldistorium, aliasque res sacras sive paramenta. sive ornamenta, sive vasa, si quae sunt, etiam ex eorum natura usui profano congrua: dummodo non per accidens, sed permanentor divino cultui sacrisque functionibus fuerint destinata: exceptis annalis et crucibus pectoralibus etiam cnm sacris reliquiis, et iis omnibus utensilibus cuiusvis generis, quae legitime probentur ab episcopis defunctis comparata fuisse bonis ad ecclesiam non pertinentibus, neque constet ecclesiae fuisse donata. Volumus propterea teneri ac debere episcopos conficere in forma authentica inventarium sacrorum utensilium, in quo pro rei veritate exprimant, quando acquisita fuerint, et speciali nota describant, quae ex ecclesiae reditibus ac proventibus sibi compararunt, ne alias praesumi debeat ea omnia reditibus ecclesiae comparata fuisse. Quod vero pertinet ad utensilia sacra S. R. E. cardinalium ad sacrarium sacelli Summi Pontificis spectantia, nullam haberi volumus rationem qualitatis et naturae redituum, quibus comparata fuerint, et praeter ea, quae in Constitutione Urbani VIII. incipiente *Aequum est* in specie enumerata sunt, alia verbis generalibus tantum expressa intelligi volumus, sandalia, chirothecas, lineos amictus, albas cum cingulis, item pyxides, ostensoria, vasa aquae benedictae eum aspersorio, vasa sacrorum oleorum, et urceolos cnm pelvibus ac tintinnabulo, tandem baculum pastoralem, faldistorium, palmatorias. icones pacis, thuribulum, et his similia, exceptis annulis et crucibus pectoralibus etiam cum sacris reliquiis. IV. Quando episcopus duas, vel plures ecclesias successive rexerit, sacra utensilia dividi volumus proportionaliter inter ecclesias cathédrales, habita ratione fructuum ac temporis, iuxta Constitutionem S. Pii V. incipientem *Romani Pontificis.* V. Ubi vero aliquis episcopus simul praefuerit duabus, vel pluribus ecclesiis unitis, vel in perpetuam administrationem concessis, quae habeant capitulum et cathedralem ecclesiam propriam ac distinctam, sacrorum utensilium divisionem faciendam esse edicimus aequis partibus

singulis ecclesiis cathèdralibus, quatenus carumdem ecclesiarum unitarum, seu in perpetuam administrationem concessarum reditus non sint divisi, sed unam episcopalem mensam perpetuo constituant; si vero reditus divisi fuerint ac separati, divisionem fieri volumus singulis ecclesiis cathedralibus proportionaliter ratione fructuum. VI. Quod si constet, episcopum, qui per translationem duabus ecclesiis successive praefuerit, comparasse sibi omnia sacra utensilia reditibus tantum unius ecclesiae, nulli divisionis locus erit, sed eadem sacra utensilia ad ecclesiam cathedraleni tantum spectabunt illius dioecesis, ex cuius episcopalis mensae proventibus fuerint adquisita ». — Pius IX. Br. *Cum illud* 1. lun. 1847.

Reliquiae SS. Crucis ab episcopis transmittendae suis successoribus

« Ex iussu SS. I). N. Leonis XIII. RR. Episcopis enixe commendatum volumus, ut ss. ligni particulas, quas thecis inclusas pectore prae se suspensas ferunt, Successoribus suis transmittendas curent, adeo ut post ipsorum mortem, (studio ct opera capituli cathedralis, vel eius qui, vacante sede, episcopi vices gesserit) ad hos perveniant legitimo haereditatis iure. Quo pacto novis episcopis nulla erit necessitas alias non sine difficultate aliunde quaerere, sed omnes tanquam sibi et officio suo addictas et destinatas in promptu paratas habebunt, ceteris qui sequentur suo tempore transmittendas.

Quod de crucis dumtaxat reliquiis intelligendum est. Nam de thecis, ex pretioso metallo in crucis formam affabre factis, statuent quod oppor-tunius videbitur; quae cum demptae fuerint ss. ligni particulae, donari, legari quibus placebit, ac per privatos haeredes distrahi, vendi, remota quavis indecorae aut profanae negotiationis specie, libere poterunt. Sunt enim pretio aestimabile ». — Litt. Card. Vicar. 25. Mart. 1889., A. S. S. V. 21. p. 696. seq.

1057. — *Legata pia* — Cf. n. 1030.

1050. — *De duratione annui legati*

‹ 43. Annuum legatum pro anima relictum non durat plus quam per decem annos ». — Pr. d. ab Alex. VII. 18. Mart. 1666.

1080. 1086. 1088. — *De usura eiusque illiceilate*

« Ea propria est usurarum interpretatio, quando videlicet ex usu rei' quae non germinat, nullo labore, nullo sumpto, nullove periculo lucrum fœtusqne conquiri studetur... ». — Leo X. in Cone. Later. V. oecumenico B. *Inter multiplices* in Sess. V. IV. Non. Maii 1515. emissa.

« Si quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare praesumat, exercere usuras non esse peccatum; decernimus velut haereticum puniendum ». — Clcment. un. *de Usuris,* § 2.

« Porro detestabilem et probrosam, divinis et humanis legibus per Scripturam in Veteri et in Novo Testamento abdicatam, illam, inquam, insatiabilem foeneratorum rapacitatem damnamus, et ab omni ecclesiastica consolatione sequestramus, praecipientes, ut nullus arebiepiscopus, nullus episcopus, vel cuiuslibet ordinis abbas, seu quivis in ordine et clero, nisi cum summa cautela usurarios recipere praesumat, sed in tota

vita infames habeantur, et, nisi resipuerint, christiana sepultura priventur». — Cone. Lateran. II. a. 1139. can. 13.

Cf. Leo IX. in Khemcnsi Syn., Lateran. III. can. 25., Gregorius X. in Generali Syn. Lugil. IL in 6. 1. 5. tit. 5. C. 1. et 2. Multi videntur hanc Concilii sanctionem pro positiva tantum prohibitione habuisse. Hinc Alex. III. C. *Super eo* 4. *de Usuris* declarat non posse in recipienda ad usuram pecunia dispensationem fieri, neque etiam ut pauperes qui Saracenorum captivitate tenentur, per eandem possint pecuniam liberari, sicut Scriptura Sacra prohibet pro alterius vita mentiri. Ibid. C. *Cum tu* 5. reiicit quornndam exceptionem, illas tantum usuras esse restituendas^ qnae post Lateranensis II. Decretum fuerint receptae. Denique C. *Tua nos* 9. e. t. ipsos haeredes filios vel extraneos ad restitutionem teneri statuit. Multis etiam Decretis Innocentius III. in eodem titulo Decretorum istorum observationem urget.

«Consuluit nos tua devotio, an ille in indicio animarum, quasi usurarius debeat indicari, qui, non alias mutuo traditurus, eo proposito mutuam pecuniam credit, ut licet omni conventione cessante, plus tamen sorte recipiat. Et utrum eodem reatu criminis involvatur, qui, ut vulgo dicitur, non aliter parabolam iuramenti concedit, donec, quamvis sine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat. Et an negotiator poena consimili debeat condemnari, qui merces suas longe maiori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prorogetur. qnam si ei in continenti pretium persolvatur. Verum quia, quid in his casibus tenendum sit. ex Evangelio Lucae manifeste cognoscitur,, in quo dicitur: date mutuum, nihil inde sperantes: huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent, cum omnis usura et superabundantia prohibeatur in lege, indicandi sunt male agere, et ad ea, quae taliter sunt accepta, restituenda in animarum indicio efficaciter inducendi ».— 0. *Consuluit* 10. *de Usuris.*

«Naviganti, vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniae quantitatem. eo quod suscepit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem usurarius censendus est. Ille quoque qui dat X. solidos, ut alio tempore totidem sibi grani, vini, vel olei mensurae reddantur, quae licet tunc plus valeant, utrum plus vel minus solutionis tempore fuerint valiturae, verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc usurarius reputari. Ratione huius dubii etiam excusatur qui pannos, granum, vinum, oleum et alias merces vendit, ut amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus ». C. JVa-*viganti* 19. de *Usuris.* — *Suscepit in se periculum:* «Condemnatur, quod cum mutuatio gratis fieri debeat, non aliter mutuare, quam mutuatarium ad contractum assecurationis vel societatis obligando, usura est... Vi mutui non potest alium cogere, qui forte assecuratione non egebat. Nam forte illic nullum imminebat periculum, sed fingebatur ».— Soto de lust, et lure 1. 6. Q. 4. a. 2.

* 41. Cum numerata pecunia pretiosor sit numeranda, et nullus sit qui non maioris faciat pecuniam praesentem qnam futuram: potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exigere, et eo titulo ab usura excusari. — 42. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tauquam ex benevolentia et gratitudine debitum, sed solum si exigatur tanquam ex iustitia debitum ». Ppr. dd. ab Innoe. XI.

‹ Estno usura omni iuri etiam naturae contraria?— R. Affirmative». — S. O. 9. Maii 1821., C. 2130.

1093. — *Obligatio dilatae restitutionis*

« 42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus ». — Pr, d. ab Alex. VII.

1094. — *De montibus pietatis*

« Montes pietatis per respublicas institutos, et auctoritate Sedis Apostolicae hactenus probatos et confirmatos, in quibus pro eorum impensis et indemnitate, aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas et aliarum rerum ad illorum conservationem, pro eorum indemnitate dumtaxat, ultra sortem, absque luero eorumdem Montium, recipitur, neque speciem mali praeferre nec peccandi incentivum praestare, neque ullo pacto improbari, quin imo meritorium esse, ac laudari et probari debere tale mutuum, et minime usurarium putari ». — Leo X. C. *Inter multiplices* 4. Maii 1515.

« An permittendum sit augmentum, quod iamdiu percipitur, ut erigetur in dictos pios usus; seu potius reduci debeat quantum satis sit pro expensis et conservatione Montis eiusdem? — R. *legative ad primam partem, affirmative ad secundam, et ad mentem* ». Mens autem S. C. fuit ut sequitur: « Ut firmum maneret principium non exigendi augmentum super mutuum datum, excepto eo quod necessarium sit pro expensis et conservatione Montis; ut episcopus, calculo facto, determinaret ratam portionem solvendam supra sortem ob hunc titulum. Ad id autem quod supra hanc portionem ex consuetudine iamdiu introducta perciperetur, erogandum in pios usus et nominatim in manuteutionem templi pauperrimi pagi, atque ad sustentandam famem pauperum quoad fieri possit in caritate annonae, posset episcopus permittere, ut eadem consuetudo servaretur, ita tamen ut liber constitueretur, in quo distinctis titulis notarentur ratae portiones, eae quae ad Montem pertinerent, eae quae ad alios usus, ut posset cognosci, quaenam sit sumina, quae datur titulo iustitiae, et quid recipiatur tanquam gratuita et pia oblatio. Curabit autem episcopus, ut populus prudenti ratione certior de hac re reddatur sive ope parochi vel alio modo, prout ipse episcopus prudenter indicaverit ». — S. C. C. 20. Dec. 1838. A. S. S. V. 4. p. 27. seqq.

1095.1101. 1103. — *De lucro ex mutuo*

«Saepe numero contingit ut ad Apost. Sed. deferantur quaestiones circa lucrum cx mutuo, quibus a Romanis Congregationibus apposita resolutione in similibus casibus provisum est. Ut itaque superioribus missionum praesto sit necessaria notitia eorum, quae hactenus hac super re decreta sunt, opportunum visum est S. Cone. Christ. Nom. propagando omnes memoratas resolutiones una cum Const. Benedicti PP. XIV. *Vix pervenit* in lucem edere; casque ad omnes episcopos, vicarios ac praefectos apostolicos ab eadem S. Congr. dependentes mitti placuit.

S. C. S. 0. sub d. 13. Ian. 1780. ad R. P. 1). \ ic. Ap. NN. — « Cum aequalitas in contractibus, ut ivisti sint, requiratur, nihil in mutuo vi mutui, ut saepe definitum est, accipiendum ultra sortem principalem. Quod si mutuanti lucrum eessare. vel damnum emergere, aut periculum imminere amittendae sortis, vel assumendi insolitos labores pro illius reparatione contingat, horum quidem compensationem repeti posse, duabus tamen conditionibus semper ob oculos positis, quarum prima, ut reapse titulus nonis aliquis ex istis concurrat, altera ut nihil amplius, quam vere ille postulat, exigatur. Quamobrem a iustitiae regula deficere, et restitutioni obnoxios esse omnes contractus, in quibus aut interesse fingitur. quod compensetur, aut plus petitur, quod adaequata compensatio requirit. Imprudenter igitur atque illicite agere, manifestoque se iniustitiae discrimini committere patet, qui ex eo quod periculum, quod innuimus. plerumque in *tali loco* occurrat, *lucrum semper atque idem semper lucrum requirunt,* quasi periculum semper intercedat, et cum adfuerit, eandem semper remunerationem petant: *neque, excusari quod minorem, quam quae regni lege permittitur, usuram percipiunt: cum non ideo rectum sit aliquid, quod a iustitia minus deflectit, nisi ad recti formam prorsus componatur,* neque humana sed divina lege ac lege naturali, quae aequitatis tenax est. hominum actiones pensandae sint. *Eos tantum recte se gerere, qui ad individuos casus respicientes tunc solum compensationem exposcunt, cum periculum revera intervenit, et non aliam tunc compensationem quaerunt, quam quae periculi gravitati, quae proborum idcirco prudentumque iudicio aestimanda est. respondet ».*

II.

S. R. Inquis. An. 1784. Mart. 18. ad Vie. Ap. D. D. AI. super quaestione mutui. — ‹ Atque illud in primis est exploratum ratione mutui immediate. et praecise *nihil esse accipiendum* ultra sortem principalem. Si vero aliquid percipiatur ratione periculi probabiliter imminentis, non esse mutuantes inquietandos, dummodo habeatur ratio qualitatis periculi, et probabilitatis eiusdem, et servata proportione inter periculum, et id quod accipitur. His ipsis verbis ita definitum est a S. C. de P. F. 12. Sept. a. 1645., cuius decretum pro Sinensibus missionibus editum hic adiungitur. Dubium autem sequens erat:

In praefato regno lege sancitum est. ut in mutuo triginta pro centum accipiantur, absque respectu lucri cessantis, aut damni emergentis. Quaeritur utrum Chinensibus sit licitum pro pecuniarum suarum mutuo, licet non interveniat lucrum cessans, aut damnum emergens, praedictam pro centum triginta quantitatem regni lege taxatam accipere: et causa dubitandi est, quia in recuperanda pecunia est aliquod periculum, scilicet, quod qui accipit mutuatum fugiat, rei quod tardet in solvendo, vel quod necessarium sit coram indicé repetere, vel propter alia huiusmodi.

'EE. PP. consuerunt ratione mutui immediate, et praecise nihil esse accipiendum ultra sortem principalem: si vero aliquid accipiant ratione periculi probabiliter imminentis prout in casu, non esse inquietandos

dummodo habeatur ratio qualitatis periculi, ct probabilitatis eiusdem, ac servata proportione inter periculum, et id, quod accipitur.

Eadem Congregatione supplicante, SS. J). N. ad conservandam uniformitatem in praedicatione, ei usque praxi, omnibus, et singulis missionariis cuiuscumque ordinis, religionis, et instituti, etiam Societatis lesu m regnis Sinaruni, aut ('hinae piro tempore existentibus, vel extituris sub poena excommunicationis latae sententiae Sanctitati Suae, et Sanctae Sedi Apostolicae specialiter reservatae, districte praecipiendo mandavit, quatenus praedicta responsa, et resolutiones diligenter observent, illisque m pra ei utantur, ac ab illis, ad quos pertinebit, observari, et practicari faciant, donec Sanctitas Sua, vel S. Sedes Apostolica aliud ordinaverit.

Quaeri nunc potest quale esse debeat periculum, et quae eius ratio, ct natura, ut hoc concurrente titulo, possit mutuans aliquid ultra sortem recipere. In hac autem quaestione pro certo tenendum est, non qualecmnque periculum satis aptum, atque idoneum aestimandum esse, ut aliquod lucrum ex mutuo percipi possit. Nam cum titulus, ex quo iusta, ac legitima causa consurgit, ut quiddam amplius ultra sortem ex mutuo debitam rite exigatur, debeat semper esse extrinsecus, nec mutui naturae coniunctus, et innatus: hinc plane consequitur, quod si periculum ex iis circumstantiis dumtaxat proficiscatur, quae omnibus mutuantibus istic communes sunt, nec ab ipsa mutui natura disiungi possunt, tunc certo quodlibet lucrum, quod ex mutuo captatur, ab usurae labe purgari minime potest. Quapropter cum pestis, incendia, Turearum persecutiones, aliaque huiusmodi infortunia, quae quamvis Constantinopoli frequentoria sint, in quacumque tamen urbe semper instant mutuantibus, maximopere cavendum est, ne propter commune hoc periculum, quod ipsius mutui vis, ac natura importat, aliquid in mutuo ultra sortem exigatur. Maiorem potius habere videtur indaginem, cum periculum amittendae sortis immineat vel ex culpa ipsiusmet mutuatarii, quod veterator sit, fallax vafer, quod fuga, aut malitiosis tergiversationibus creditorem fallere possit, vel cum praeter ipsius mutuatarii culpam, alia instent creditori pericula ex loci, temporis, ac personarum circumstantiis, quae ipsum in sorte recuperanda valde anxium, atque sollicitum teneant. Quamvis vero potiora semper haberi debeant pericula, quae ex culpa mutuatarii proficiscuntur, attamen in his omnibus casibus an, quomodo, et quanti aestimari tale periculum possit, ex quo titulus legitimus mutuanti praebeatur ad lucrum supra sortem captandum, perdifficile sane est generatim statuere. Ad unamquamque rem aestimandam, momentoque suo -ponderandam, incumbat confessariorum solertia ac doctrina: ipsi perpendant singulos casus, inquirant super qualitate, et probabilitate periculi, videant si asseeuratione pignoris omne absit periculum, servent proportionem inter periculum, atque id quod mutuanti lucrari supra sortem permittitur, probatos auctores consulant, atque praesertim adhaereant sententiis, atque principiis ab hac Apostolica Sede approbatis, tam in supra laudato decreto S. Congregationis de Propaganda Pide anni 1645., quam in Epistola Encyclica Benedicti XIV. *Vix pervenit* edita anno 1745., cuius exemplum hic allegatur».

£nci/clica S. JZ. Benedicti ΛZΓ.
De usuris, aliisque iniustis quaestibus

‹ Vix pervenit tui aures nostras, ob novam controversiam (nempe, an quidam contractus validus indicari debeat) nonnullas per Italiam disseminari sententias, quae sanae doctrinae band consentanea viderentur; cum statim nostri apostoliei muneris partem esse duximus opportunum afferre remedium, ne malum eiusmodi, temporis diuturnitate, ac silentio, vires magis acquireret: aditumque ipsi intercludere, ne latius serperet, et incolumes adhuc Italiae civitates labefactaret.

Quapropter eam rationem consiliumque suscepimus, quo Sedes Apostolica semper uti consuevit. Quippe rem totam explicavimus nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Theologiae scientia, et canonicae disciplinae studio ac peritia plurimum commendantur. Accivimus etiam plores regulares in utraque facultate praestantes. quorum aliquos ex monachis, alios ex ordine mendicantium, alios demum ex clericis regularibus selegimus: Praesulem quoque iuris utriusque laurea praeditum, et in foro diu versatum adhibuimus. Diem quartam indiximus lulii, qui nuper praeteriit, ut coram nobis illi omnes convenirent, quibus naturam totius negotii declaravimus; quod illis antea cognitum perspectumque deprehendimus.

§ 2. Post haec praecepimus, ut omni partium studio, omnique cupiditate soluti, rem totam accurate perpenderent, suasque opiniones scripto exararent: non tamen expetivimus ab ipsis, ut indicium ferrent de contractu, qui controversiae causam initio praebuerat, cum plura documenta non suppeterent, quae necessario ad id requirebantur; sed ut certam de usuris doctrinam constituerent, cui non mediocre detrimentum interre videbantur ea. quae nuper in vulgus spargi coeperunt. lussa fecerunt universi: nam suas sententias palam declararunt in duabus Congregationibus, quarum prima coram nobis habita est die 18. lulii, altera vero die 1. Aug., qui menses nuper elapsi sunt: ac demum easdem sententias Congr. secretario scriptas tradiderunt.

§ 3. Porro haec unanimi consensu probaverunt:

I. Peccati genus illud, quod usura vocatur, quodque in contractu mutui propriam suam sedem, et locum habet, in eo est repositum, quod quis ex ipsomet mutuo, quod suapte natura tantundem dumtaxat reddi postulat, quantum receptum est, plus sibi reddi velit, quam est receptum: ideoque ultra sortem, lucrum aliquod, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat. Omne propterea huiusmodi lucrum, quod sortem superet, illicitum, et usurarium est.

II. Neque vero ad istam labem purgandam, ullum accersiri subsidium poterit, vel ex eo, quod id lucrum non excedens et nimium, sed moderatum; non magnum, sed exiguum sit: vel ex co, quod is, a quo id lucrum solius causa mutui deposcitur, non pauper, sed dives existât; nec datam sibi mutuo summam relicturus otiosam, sed ad fortunas suas ampliandas, vel novis coemendis praediis, vel quaestuosis agitandis negotiis, utilissime sit impensurus. Contra mutui siquidem legem, quae necessario in dati atque redditi aequalitate versatur, agere ille convincitur, quisquis, eadem aequalitate semel posita, plus aliquod a quolibet, vi mutui ipsius cui per aequale, iam satis est factum, exigere adhuc non veretur-

proindequc si acceperit, restituendo erit obnoxius, cx eius obligatione iustitiae, quam commutativam appellant, et cuius est, in Immanis contractibus aequalitatem cuiusque propriam et sancte servare, et non servatam exacte reparare.

111. Per haec autem nequaquam negatur, posse quandoque una cum mutui contractu quosdam alios, ut aiunt, titulos, eosdemque ipsimet universim naturae mutui minime innatos et intrinsecos, forte concurrere, ex quibus iusta omnino legitimaque causa consurgat, quiddam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite exigendi. Neque item negatur, posse multoties pecuniam ab unoquoque suam, per alios diversae prorsus naturae a mutui natura contractus, recte collocari et impendi, sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad licitam mercaturam, et negotiatiqnem exercendam, honestaque indidem lucra percipienda.

IV. Quemadmodum vero in tot eiusmodi diversis contractuum generibus, si sua cuiusque non servatur aequalitas, quidquid plus insto recipitur, si minus ad usuram (eo quod omne mutuum tam apertum, quam palliatum absit), at certe ad aliam veram iniustitiam, restituendi onus pariter afferentem, spectare compertum est; ita si rite omnia peragantur, et ad iustitiae libram exigantur, dubitandum non est, quin multiplex in iisdem contractibus licitus modus et ratio suppetat humana commercia et fructuosam ipsam negotiationem ad publicum commodum conservandi, ac frequentandi. Absit enim a Christianorum animis, ut per usuras, aut similes alienas iniurias, florere posse lucrosa commercia existiment; cum contra ex ipso oraculo divino discamus, quod *iustitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum.*

V. Sed illud diligenter animadvertendum est, false sibi quemquam, et nonnisi temere persuasurum, reperiri semper, ac praesto ubique esse, vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel secluso etiam mutuo, contractus alios iustos, quorum vel titulorum, vel contractuum praesidio, quotiescumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties semper liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram salvainque, recipere. Ita si quis senserit, non modo divinis documentis, et catholicae Ecclesiae de usura indicio, sed ipsi etiam humano communi sensui, ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo, simplici ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso praesertim Christo Domino edocente: *Volenti mutuari a te, ne avertaris:* et quod similiter multis in circumstantiis, praeter unum mutuum, alteri nulli vero iustoque contractui locus esse possit. Quisquis igitur suae conscientiae consultum velit, inquirat prius diligenter, oportet, vere ne cum mutuo iustus alius titulus, vere nc iustus alter a mutuo contractus occurrat, quorum beneficio, quod quaerit lucrum, omnis labis expers et immune reddatur.

§ 4. His verbis complectuntur, et explicant sententias suas cardinales, ac theologi, et viri canonum peritissimi, quorum consilium in hoc gravissimo negotio postulavimus: Nos quoque privatum studium nostrum conferre in eandem causam non praetermisimus, antequam Congregationes haberentur, et quo tempore habebantur, et ipsis etiam peractis; nam praestantium virorum suffragia, quae modo commemoravimus, diligentissime percurrimus. Cum haec ita sint, adprobamus, et confirmamus quaecumque in sententiis superius expositis continentur; cum scriptores

plane omnes, theologiae, et canonum professores, plura sacrarum literarnm testimonia, pontificum decessorum nostrorum decreta, conciliorum et patrum auctoritas, ad easdem sententias comprobandas bene conspirare videantur. Insuper apertissime cognovimus auctores, quibus contrariae sententiae referri debent: et eos pariter, qui illas fovent, ac tuentur, aut illis ansam, seu occasionem praebere videntur: neque ignoramus quanta sapientia, et gravitate defensionem veritatis susceperint theologi finitimi illis regionibus, ubi controversiae eiusmodi principium habuerunt.

§ 5. Quare ha literas encyclicas dedimus universis Italiae archiepiscopis, episcopis, et Ordinariis, ut haec tibi, Venerabilis Frater, et caeteris omnibus innotescerent,· et quoties Synodos celebrare, ad populum verba facere, eumque sacris doctrinis instruere contigerit, nihil omnino alienum proferatur ab iis sententiis, quas superius recensuimus. Admonemus etiam vehementer, omnem sollicitudinem impendere, ne quis in vestris dioecesibus audeat literis, aut sermonibus contrarium docere. Si quis autem parere detrectaverit, illuni obnoxium et subiectum declaramus poenis per sacros canones in eos propositis, qui mandata apostolica contempserint ac violaverint.

§ 6. De contractu autem, qui novas lias controversias excitavit, nihil in praesentia statuimus; nihil etiam decernimus modo de aliis contractibus, pro quibus theologi, et canonum interpretes in diversas abeunt sententias: attamen pietatis vestrae studium ac religionem inflammandam existimamus, ut haec, quae snbiicimns, execution! demandetis.

§ 7. Primum gravissimis verbis populis vestris ostendite, usurae labem ac vitium ac divinis literis vehementer improbari, illud quidem varias formas atque species induere, ut fideles Christi Sanguine restitutos in libertatem et gratiam, rursus in extremam ruinam praecipites impellat. Quocirca si pecuniam suam collocare velint, diligenter caveant, ne cupiditate omnium malorum fonte rapiantur, sed potius ab illis qui doctrinae ac virtutis gloria supra caeteros efferentur, consilium exposcant.

§ 8. Secundo loco, qui viribus suis, ac sapientiae ita confidunt, ut responsum ferre de iis quaestionibus non dubitent quae tamen haud exiguam sacrae theologiae, et canonum scientiam requirunt); ab extremis, quae semper vitiosa sunt, longe se abstineant. Etenim aliqui tanta severitate de iis rebus indicant, ut quamlibet utilitatem ex pecunia desumptam accusent, tanquam illicitam, et cum usura coniunctam; contra vero nonnulli indulgentes adeo, remissique sunt, ut quodeumque emolumentum ab usurae turpitudine liberum existiment. Suis privatis opinionibus ne nimis adhaereant; sed priusquam responsum reddant, plures scriptores examinent, qui magis inter caeteros praedicantur; deinde eas partes suscipiant, quas tum ratione, tum auctoritate plane confirmatas intelligent. Quod si disputatio insurgat, dum contractus aliquis in examen adducitur, nullae omnino contumeliae in eos confingantur, qui contrariam sententiam sequuntur, neque illam gravibus censuris notandam asserant, si praesertim ratione, et praestantium virorum testimoniis minime careat; siquidem convicia, atque iniuriae vinculum Christianae charitatis infringunt, et gravissimam populo offensionem, et scandalum praesefernnt.

§ 9. Tertio loco, qui ab omni usurae labe se immunes et integros praestare volunt, suamque pecuniam ita alteri dare, ut fructum legitimum

solummodo percipiant, admonendi sunt, ut contractum instituendum antea declarent, et conditiones inferendas explicent, et quem fructum ex eadem pecunia postulent: haec magnopere conferunt non modo ad animi sollicitudinem et scrupulos evitandos, sed ad ipsum contractum in foro externo comprobandum: haec etiam aditum intercludunt disputationibus, quae non semel concitandae sunt, ut clare pateat, utrum pecunia, quae rite data alteri esse videtur, revera tamen palliatam usuram contineat.

§ 10. Quarto loco vos hortamur, ne aditum relinquatis ineptis illorum sermonibus, qui dictitant, de usuris hoc tempore quaestionem institui, quae solo nomine contineatur; cum ex pecunia, quae qualibet ratione alteri conceditur, fructus ut plurimum comparetur.Etenim quam falsum id sit, et a veritate alienum, plane deprehendimus, si perpendamus, naturam unius contractus ab alterius natura prorsus diversam et seiunctam esse; et ea pariter discrepare magnopere inter se, quae a diversis inter se contractibus consequuntur. Revera discrimen, apertissimum intercedit fructum inter, (pii hire licite ex pecunia desumitur, ideoque potest in utroque foro retineri; ac fructum, qui ex pecunia illicite conciliatur, ideoque fori utriusque indicio restituendus decernitur. Constat igitur haud inanem de usuris questionem hoc tempore proponi ob eam causam, quod ut plurimum ex pecunia, quae alteri tribuitur, fructus aliquis excipiatur.

§ 11. Haec potissimum vobis indicanda censuimus sperantes fore ut mandetis execution) quaecumque per has Literas a Nobis praescribuntur. Opportunis quoque remediis consuletis, uti confidimus, si forte ob hanc novam de usuris controversiam in dioecesi vestra turbae concitentur, vel corruptelae ad labefactandum sanae doctrinae candorem et puritatem inducantur. Postremo vobis, et gregi curae vestrae concredito, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem die 1. Nov. MDCCXLV. Pontificatus Nostri anno Sexto».

III.

Pii VIII. in audientia assessoris S. Officii ad dubia episcopi Rhedonensis. — « Episcopus Rhedonensis in Gallia exponit Sacrae Congregationi Inquisitionis, non eamdera esse confessariorum suae dioecesis sententiam de lucro percepto ex pecunia negotiatoribus mutuo data, ut ea ditescant.

De sensu epistolae encyclicae *pervenit* acriter disputatur. Ex utraque parte momenta afferunt ad tuendam eam quam quisque amplexus est sententiam, tali lucro faventem, aut contrariam. Inde querelae, dissensiones, denegatio sacramentorum plerisque negotiatoribus isti ditescendi modo inhaerentibus, et innumera damna animarum.

Ut animarum damnis occurrant, nonnulli confessarii mediam inter ntramque sententiam viam se posse tenere arbitrantur. Si quis ipsos consulat de istiusmodi lucro, illum ab eo deterrere conantur. Si pocnitens perseveret in consilio pecuniam mutuo dandi negotiatoribus, et obiiciat sententiam tali mutuo faventem multos habere patronos, et insuper non fuisse damnatam a Sancta Sede non semel ea de re consulta; tunc isti confessarii exigunt, ut poenitens promittat se filiali obedientia obtemperaturum indicio Summi Pontificis, si intercedat, qualecumque sit:

nec, hac promissione obtenta, absolutionem denegant, quamvis probabiliorem credant opinionem contrariam tali mutuo. Si poenitens non confiteatur de lucro ex pecunia sic mntno data, et videatur in bona fide; isti confessarii, etiamsi aliunde noverint ab eo perceptum esso aut etiam nunc percipi istiusmodi lucrum, eum absolvunt, nulla ea de re interrogatione facta, qnando timent ne poenitens admonitus restituere aut a tali lucro abstinere recuset. Inquirit ergo dictus episcopus Bhedonensis. *I. Utrum possit horum posteriorum confessariorum agendi rationem probare.* ***II.*** *Utrum alios confessorios rigidiores ipsum adeuntes, consulendi rausa, possit hortari, ut istorum agendi rationem sequantur, donee Sancta Sedes expressum ea de quaestione indicium ferat.*

F. IV. d. 18. Aug. 1830. SS. DD. NX. Pius divina providentia Papa VIII. in solita audientia K. P. D. assessori S. Officii impertita, audita relatione superiorum dubiorum una cum voto EE. DD. cardinalium inquisitorum generalium, respondit: *Ad I. Non esse inquietandos. Ad* ***II.*** *Provisum in primo.* ›

IV.

S. Poenit. ad dubia D. Denavit professoris theologiae in seminario S. Irenaei Lugdunensi. — ‹ Qnando Sacrae Poenitentiariae dubia circa materiam usurae proponuntur, semper remittit ad doctrinam Summi Pontificis Benedicti XIV., quae revera sat clara et perspicua est pro iis qui bona fide eam perscrutari volunt.

Attamen snnt quidam presbyteri, qui contendunt licitum esse percipere auctarium quinque pro centum solius vi legis principis absque alio titulo vel damni emergentis vel lucri cessantis: quia, inquiunt, lex principis est titulus legitimus, cum· transferat dominium auctarii sicut transfert dominium in praescriptione: et sic prorsus annihilant legem divinam et legem ecclesiasticam, quae usuras prohibet.

Quare infrascriptus orator humiliter supplicat, ut sequentia dubia solvantur: *I. Utrum possit in conscientia denegare absolutionem presbyteris praefatis.* ***II.*** *Utrum debeat.*

S. Poenit. diligenter ac mature perpensis dubiis propositis, respondendum censuit: *Presbyteros, de quibus agitur, non esse inquietandos quousque Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subiiecere; adeoqup nihil obstare eorum absolutioni in sacramento poenitentiae.* » — S. Poenit. d. 16. Sept. 1830.

V.

S. Poenit. episcopo Veronensi communicat responsa alias data a S. C. S. O. — ‹ S. Poenit., perlectis expositis a Venerabili in Christo Patre episcopo Veronensi in supplici libello die 1. mensis nuper elapsi, abstinendum sibi duxit a resolutione quatuor dubiorum, quae in eo proponebantur, sed oratori communicat responsa data a S. C. S. O. ad alia quaedam eamdem materiam respicientia. Haec autem sunt huiusmodi.

T. Utrum confessorius possit in conscientia denegare absolutionem presbyteris, qui contendunt legem principis esse titulum sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem absque alio titulo rei lucri cessantis vel damni emergentis. ***II.*** *Utrum debeat.* — B. Ad *utrumque, non esse in-*

quietandos, quousque Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subiicere, udeoque nihil obstare, eorum absolutioni in sacramento poenitentiae.

Alia dubia. — *1. An confessarius ille possit absolvi, qui licet. Benedicti* ***XI*** Γ. *et aliorum Summorum Pontificum de usura definitiones noverit, docet, ex mutuo divitibus aut negotialioribus praestito percipi posse praeter sortem lucrum quinque pro centum etiam ab iis qui nullum omnino alium, praeter quant legem civilem, titulum habent mutuo extrinsecum.* ***II.*** *An peccet confessarius, qui dimittit in bona fide poenitentem qui ex mutuo exigit lucrum lege, civili statutum absque extrinseco lucri cessantis aut damni emergentis, aut periculi extraordinarii titulo. —* R. ΛiZ ***I.*** *Confessorium, de quo in dubio, non esse inquietandum quousque Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui paratus sit se subiicere; adeoque nihil obstare eius absolutioni in sacramento poenitentiae. Ad* ***II.*** *Provisum in praecedenti, dummodo poenitentes parati sint stare mandatis Sanctae Sedis.*

Alia dubia. — Vir quidam persuasus erat, Eneyclicam Benedicti XIV. non inhibere lucrum ex collatione pecuniae perceptum iuxta disposita a lege civili. Eius heredes quaerunt: ***I.*** *An eneyclicam recte acceperit.* ***II.*** *Etiam supposito quod male acceperit, persuasus tamen recte accepisse, an heredes ab omni reparatione se exemptos existimare valeant. —* R. *Ad 1. Acquiescant, dummodo ptarati sint stare mandatis Sanctae Sedis. Ad* ***II.*** *Provisum in primo.*

Alia dubia. — ***I.*** *An possit eorum confessariorum agendi ratio probari, qui dum tenent uti probabiliorem opinionem contrariam lucro ex pecunia negotiatoribus mutuo data, poenitentes eo modo lucrum percipientes ut ditescant absolvunt, quando nempe isti, oblidentes sententiam lucro faventem non fuisse damnatam a Sancta Sede, promittunt tamen obedire indicio Summi Pontificis, si intercedat; et similiter agunt quando poenitentes, lucrum percipientes in bona fide, de eo non confitentur, licet aliunde noverint ipsos percipere lucrum ut supra, nulla ea de re facta interrogatione quando timent ne poenitentes, admoniti restituere aut a tali lucro abstinere, recusent.* ***II.*** *Utrum episcopus possit hortari rigidiores confessorios consulendi causa ipsum adeuntes, ut priorum confessariorum agendi rationem sequantur, donec Sancta Sedes expressum ea de quaestione indicium ferat. —* R. *Ad* ***I.*** *Non esse inquietandos. Ad* ***II.*** *Provisum in primo. —* S. Poenit. d. 14. Aug. 1831 ».

VI.

Congregationis Generalis S. Officii a Gregorio XVI. approbatae circa quaesita Capituli collegiatae Locarni. — «Quesiti del Capitolo di Locarno. — Il Capitolo di questa collegiata di Locarno, diocesi di Como, territorio svizzero, ha la maggior parte delle proprie prehende in danaro, ricavato principalmente dall'estinzione delle decime avvenuta per decreto governativo: il quai danaro egli impiegar deve, per viverne dei frutti, ed adempire ai pesi annessi ai benefizi.

Per le circostanze de'tempi e dei luoghi, o non si trova affatto come investire il danaro suddetto in stabili fruttiferi, i quali scarseggiano assai in proporzione della popolazione; o per la carezza di detti stabili non

frutterebbe die il due e mezzo per cento annua linente, il die peggiorc-rebbe eecessivaniente le prehende già per sè stesse ineschine.

I censi si vogliono proibili da queste leggi municipali: e sono mal siciiri, non esistendo in queste parti l'uffieio del le ipoteche, die accerti la libertà esnfficienza de'fondi su'quali voglionsi stabilire. Inoltre quegli stessi die per tare i loro interessi ci ehiedono il danaro, ricusano ordi-nariamente di sottoporsi ai censi, e aniano nieglio di riceverlo a prestanza col contribnire il quattro o il cinque per cento annualinente.

Cio premesso si domanda: *I. Se la necessaria onesta sostentazione dti bénéficiai!, che dee provenire dal frutto dei capitali di tali prebende, è dessa in tali arcosianze an sufficiente titolo équivalente agii altri già ap-precati dalla Chiesa,per cui sia lecito un tale contralto di dare il danaro dotale di dette prebende a interesse del quattro o cinque per cento, dietro ipoieca di leni stabili, affine di assicurare la perpetuità delle prebende.* ***II.*** *Se questo titolo, supposto ammissibile, si passa estendere a favore anche delle cliiese, monasteri, e altri luoahi pii, come anche dei pupilli e di altre persone che si ritrorano nelle circostanze medesime di sopra descritte, ed hanno bisogno di far fruitare il proprio danaro per sostenersi onestamenie.* ***III.*** *Se le leggi e procedure civili, che onnai approvano generalmente tali contratti, e li fanno eseguire, non che di comune tacito consenso dei po-poli, che per l uso ir.valso de'secoli sembra li abbiano per maggior comodo e facilita sostituiti ad altri contratti più complicati c difficili, bastino a giustificarii.* ***IF.*** *Se sia aitendibile Vautorità dei nostro Ordinario e di molli savii e dabbene ecclesiastici, che, avute di mira le circostanze sud-detic, opinano favorevolmente, e simili contratti approvano. V. Qual con-sideratione nuritino in proposito le ragioni che addace Scipione Maffei nei suoi tre libri* dell'impiego dei danaro *dedicati a Benedetto* ***XI*** *V. ed approvati dalV inquisitor di Padova Vanno 1714.* ***VI.*** *Se la Bolla* de Usuris *emanata dalla felice memoria di Benedetto* ***XIV.*** *Vanno 1745. probdbilinente in sequela delVopera del Maffei, al η. 3. di essa e all'ar-ticolo* de contractu autem *e seg. si possa interpretare favorevolmente a tali contratti.* ***VII.*** *Supposti illeciti tali contratti, che si ha a risolvere in-torno a quelli già fatti, ed ai frutti già percepiti?* ***VIII.*** *Se tali con-tratti si possano retulere leciti almeno coli'assumere il pericolo fortuito del fundo assegnato in pegno a carico della prebende, colle dovute pro-position!, come nei censi.* I sottoscritti oratori umilmente da Vostra Santità desiderano ed implorano una chiara ed opportuna decisione di questi loro dubii, per regolamento delle proprie e delle altrni coscienzc gene-ralmcnte agitate in proposito. Locarno, 13 Maggio 1831.

L'agente aggiunge la generale e grandissima scarsezza di numerario o di fondi, questi ordinariamente in possesso di poehi. — Toita la pre-stanza di danari, i possidenti per la maggior parte inabili al commercio e aile arti, consumât! i poehi capitali, si ridurrebbero facilmente alla miseria. — Gli altri sprovvisti di danaro proprio e di fondi stabili da cambiare in contanti, non potrebbero avvantaggiare coll' industria. — Mancando Monti di pietà, sarebbero obbligati sovente a vendere la pic-cola credita paterna, e sovente a vilissimo prezzo, nelle loro nécessita. — L'agitazione delle coscienze c oltre modo grande. Onde diversi Ordi-narii, tutto considerato, si sono pronunciati in favore. Altrimenti nascerebbe un dissesto generale, e totale impedimento degli affari e dell*industria.

Γ. IV. 31. Aug. 1831. Propositis superioribus Capituli collegiatae Locanti precibus, quae iarn per manus una eum Dominorum consultorum suffragiis distributae fuerant, eminentissiini et reverendissimi Domini dixerunt: *Ad /. //. ///. /Γ. Non esse inquietandos, et acquiescant, dummodo parati sint stare mandatis Sanctae Sedis. Ad V. VI. VII. VIII. considant encyclicam lienedicti XIV.* Vix pervenit,/»/ *probatos auctores.* F. IV. 7. Sept. 1831. SS. DD. N. Gregorius XVI. approbavit ».

VII.

S. Poenit. ad nova quaesita I). Denavit professoris. — « Ad sacram Poenitentiariam iterum exponit orator infrascriptus: E responso sacrae Poenitentiariae ad oratorem infrascriptum directo die 16. Septembris 1830. absolvendi sunt presbyteri, qui contendunt legem principis esse titulum sufficientem et legitimum aliquid percipiendi ultra sortem in mutuo absque alio titulo a Theologis communiter admisso, donec Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subiicere: et huic responso humiliter et libenter acquiesco. Attamen, salvo Sacrae Poenitentiariae responso praefato, consultis auctoribus probatis, et attenta doctrina omnium fere Seminariorum Galliae, ac praesertim eorum quae a presbyteris Congregationis sancti Sulpitii diriguntur, sententia quae reiicit titulum legis civilis tanquam insufficientem videtur longe probabilior, securior, et sola in praxi tenenda, donec Sancta Sedes definierit. Quapropter fidelibus, qui a me consilium petunt utrum possint auctarium percipere ex mutuo, et qui nullum habent titulum a Theologis communiter admissum praeter titulum legis civilis, respondeo, eos non posse praefatum auctarium exigere et denego absolutionem sacramentalem, si exigant. Pariter denego absolutionem iis, qui, perceptis huiuscemodi usuris, idest vi solius tituli legis, nolunt restituere. Quaeritur: ***I.*** *Utrum durius et severius me habeam erga huiuscemodi fideles.* ***II.*** *Quae agendi ratio inpraxi tenenda erga fideles, donec Sancta Sedes definitivam sententiam emiserit.*

S. Poenit., perpensis dubiis, quae ab oratore proponuntur, respondit: *Ad I. Affirmative : quandoquidem ex dato a Sacra Poenitentiaria responso liquet, fideles huiusmodi, qui bona fide ita se gerunt, non esse inquietandos. Ad* ***II.*** *Provisum in primo: unde orator priori Sacrae Poenitentiariae responso sub die 16. Septembris 1830. sese in praxi conformare studeat.* Datum Romae, in S. Poenit., die 11. Nov. 1831. ›

VIII.

S. Poenit. ad quaestiones loannis Antonii Avvaro S. T. doctoris et regii professoris. — « Regia lex Pedemontana universim et sine ulla restrictione permittit, ut, quisquis alteri cuicumque pecuniam mutuat, stipulare et exigere possit annuum auctarium 5. pro 100. supra sortem. Hinc in Pinaroliensi aliisque finitimis dioecesibus gravissima inter Theologos fervet controversia, an, in casibus in quibus ex una parte nullus adest titulus lucri cessantis vel damni emergentis vel periculi extraordinarii sortis amittendae, ex altera vero praeceptum caritatis erga proximum non obligat ad mutuandum simplici ac nudo mutuo, liceat mutuanti illud auctarium recipere et retinere. Alii enim auctarium illud omnino usurarium et illi-

citum, alii vero ab omni usurae labe immune prorsus lieituniquo esse propugnant: et quod controversiam valde implicatiorem reddit omnes gloriantur se niti auctoritati Benedicti XIV. aut saltem eum sibi nulla' tenns adversari.

Nimirum Theologi, qui primam sententiam tuentur, dicunt auctarium, de quo agitur, a Benedicto XIV. reprobatum fuisse, implicite quidem in Encyclica diei 1. Xovembr. 1745. *Vix pervenit,* ut patet ex attenta eius lectione: explicite vero in opere *de Synodo dioecesana* lib. X. cap. IV. n.°2. et 3. his verbis: *(Iraecis ex parte consensit ('alvinus, qui ad cap. X VIII. Exechielis licere docuit aliquod moderatuni lucrum, non quidem a paupere, sed a divito. praecise ratione mutui, exigere.* Errorem *a Calvino obiter insinuatum, ex professo propugnavit Carolus Molinaeus in suo tractatu* de usuris, *ubi num. 10.* audacter *affirmat usuram non esse prohibitam nisi in quantum est contra caritatem. Eamdem* pravam *opinionem amplexatus, aha ratione defendit Claudius Salmasius in duplici tractatu, altero inscripto* de usuris, *altero* de trapezitico foenore, *quibus in locis usuram, nisi caritatem laedat, ab omni culpa absolvit, eo quod sit merces locatae pecuniae. Impiae Calvini et Jfolinaei opinioni non veriti sunt subscribere pauci quidam Doctores catholici: illi scilicet, qui, quum agitur de mutuo quo pecunia aliave res datur ad negotiationem, a foenoris labe excusant lucrum quod ex mutuo percipitur, dummodo sit moderatum, modumque servet a patriae legibus definitam.* Porro, etsi Benedictus XIV. in *Synodo dioecesana* solnm loquatur ut privatus doctor, ipse tamen sine dubio omnium optime sciebat quid in sua Encyclica reprobare voluisset: adeoque quidquid circa usuram postea scripsit in *Synodo,* et signanter citato cap. IV. ubi n/ 10 doctrinam in Encyclica definitam summatim refert, habendum est tanquam eiusdem Encyclicae explicatio, a qua recedere piaculum sit.

Theologi vero, qui tuentur secundam sententiam, dicunt auctarium illud non percipi ex mutuo *ipsius ratione mutui, vel solius causa mutui, vel vi mutui ipsius, vel praecise ratione mutui, hoc est lucri cessantis, damni emergentis, aliove extrinseco titulo remoto;* quod veluti usurarium atque omni iure illicitum meritissime reprobavit Benedictus XIV. tum in Encyclica § 3. num. 1.et 2., tum citato loco *de Synodo* num. 11., sed *ratione. causa, vi, ac titulo extrinseco legis civilis* dominium auctarii ex mutuatario in mutuantem transferentis, eo modo quo rerum dominium ex uno in alium transfertur per legitimam praescriptionem: vel *ratione publici* boni, quod, mutatis circumstantiis, in praesenti rerum statu, absque illo auctario, vix aut ne vix quidem obtineri posset: vel *ratione ultronei* taciti ac mutui consensus in auctarium a lege permissum ex parte totius generatim Societatis, cui inest ius disponendi de rebus suis prout ei libuerit, et speciatim ex parte eorum, qui modo pecunia abundant et modo indigent, ac modo pecuniam mutuo dant, modo vero accipiunt: vel *ratione consuetudinis* in orbe catholico fere ubique receptae, etiam apud homines timoratae conscientiae, auctarium moderatum et a patriae legibus definitum exigendi: vel ob alias huiusmodi causas, quas Benedict. XIV. nullibi expendit aut memoravit. Ad argumentum autem quod ex Encyclica et ex opere *de Synodo dioecesana* deducunt primae sententiae patroni, quadro pliciter respondent.

Respondent 1. Benedictum XIV. in Encyclica *Vix pervenit* hoc unum statuisse, tunc scilicet ex mutuo nullum auctarium, etiam moderatum,

ultra soriein recipi posse, cum quis vel tenetur airnplici ac mulo rnutuo absque ullo auctario alteri succurrere, quod ex praecepto caritatis, ex eoquo solo, locum habet in multis casibus, idque ex eo quod tunc nullus cum mutuo concurrere potest legitimus titulus aliquid supra sortem exigendi; vel mutuum dat in iis casibus, in quibus nullum alium iustnm contractum praeter unum mutuum celebrare potest; quod etiam accidit in multis circumstantiis, verbi gratia quum alteri credit vinum, oleum,etc., ut patet ex § 3. num. 5., ubi postquam definivit falso et temere affirmari, reperiri semper ac praesto ubique esse vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel secluso etiam mutuo, contractus alios iustos, quorum vel titulorum vel contractuum praesidio, quotiescumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuieumque creditur, toties semper liceat auctarium moderatum ultra sortem integram salvamque recipere; *cumque qui ita affirmaret* non modo divinis documentis et Catholicae Ecclesiae de usura indicio, sed ipsi etiam humano communi sensui ac naturali rationi procul dubio adversari; huius definitionis rationem reddit, et concludit his notabilibus verbis: *Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo simplici ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso praesertim Christo Domino edocente:* Volenti mutuari a te ne avertaris: *et quod simpliciter multis in circumstantiis, praeter unum mutuum, alteri nulli vero iustoque contractui locus esse possit:* ac proinde iuxta Benedictum XIV. quoties mutuo datur pecunia, et praeceptum caritatis non obligat ad eam mutuandam simplici ac nudo mutuo, semper una cum mutuo reperiri posse, quin imo praesto ubique esse legitimum aliquem titulum verbi gratia *legem civilem, publicum bonum,* etc., cuius praesidio liceat auctarium moderatum ultra sortem recipere, iuxta tritam illam regulam : ***In necessariis expressio unius est exclusio alterius,*** aut saltem Benedictum XIV. huic sententiae nullatenus adversari.

Respondent 2., huic quoque sententiae nullatenus adversari Benedictum XIV. in iis quae circa usuram scripsit citato cap. IV. *de Synodo* num. 2. et 3., quia ibi solum docet, perpetuae catholicae Ecclesiae de usura doctrinae post Graecos schismaticos contradixisse tum Calvinum, qui erronee docebat aliquod moderatum lucrum ex mutuo *praecise ratione mutui* (in quo sita est usurae essentia) licite a divitibus exigi posse; tum Carolum Moliuaceum, qui audacter affirmabat huiusmodi *usuram* a Calvino admissam, et suapte natura malam, non esse prohibitam, nisi in quantum est contra caritatem; tum Claudium Salmasium, qui eamdem *usuram* nisi caritatem laederet, ab omni culpa prave absolvebat, falso eo praetextu, quod sit merces locatae pecuniae; tum demum paucos quosdam doctores illos catholicos, qui impiae Calvini et Molinaei opinioni *subscribere* non verentes, una cum ipsis audacter affirmabant et erronee docebant, *usuram non esse prohibitam nisi in quantum est contra caritatem,* atque a foetioris labe excusari lucrum quod a negotiatoribus exigitur percipiturque ex mutuo *praecise ratione mutui,* dummodo sit moderatum, modumque servet a patriae legibus definitum. Haec omnia profecto ne latum quidem unguem differunt a doctrina, quae continetur in Encyclica. At vero aliud est usurarium et illicitum esse auctarium, etiam moderatum et a patriae legibus definitum, quod percipitur ex mutuo *praecise ratione mutui;* aliud est usurarium ac illicitum esse moderatum illud auctarium a patriae legibus definitum, quod percipitur ex

mutuo non *praecise ratione mutui,* sed *ratione lepis civilis,* vel ob extrinsecas alias causas panto supra commemoratas: primum affirmat Benedictus XIV., de altero ne verbum quidem facit.

Respondent 3.. in hypothesi quod Benedictus XIV. in *Synodo* huic sententiae reipsa adversaretur, nullo modo culpandum fore, qui solidis rationibus innixus, a privata eius opinione seu explicatione modeste recederet, quum ille ipse in tine praefationis ad *Synodum dioecesanani,* aperte profiteatur, *omnibus in rebus, quibus nullum e.v publica Ecclesiae auctoritate pondus accessit,* qualis procul dubio est explicatio de qua agitur, *nihil se in Synodo definire ac relidi decretorium exhibere relie,* allata etiam ad hoc comprobandum auctoritate Melehioris Cani, et exemplo Innocentii IV., qui, etsi commentaria sua in libros Decretalium scripserit quum summum pontificatum gereret, non tamen * hoc sibi unquam arrogavit, ut. quidquid in eo opere scripsisset, pro re definita haberetur, sed facile passus est opiniones suas, quas tanquam privatus doctor proposuerat, ab aliis doctoribus oppugnari, ut patet, etc. ».

Respondent 4., in hypothesi quoque quod Benedictus XIV. huic sententiae adversaretur in Encyclica. iam inde nullum amplius argumentum peti posse ad reprobandum moderatum illud auctarium a lege permissum, quod percipitur in praesenti rerum statu: quia circumstantiarum mutatio aliquam induere potuit, imo vero manifestam induxit variationem, non quidem quoad principia quibus nititur catholicae Ecclesiae de usura et mutuo doctrina, quaeque eadem semper ac omnino invariabilia sunt, sed quoad eorum applicationem.

Ego, diligenter considerata, prout tenues ingenii mei vires fuerunt, Benedicti doctrina, ut moderatius, sic probabilius illud existimo: dubitari merito posse, utrum ea doctrina, ex se sola, huic controversia dirimendae sufficiat necne. Verum cum, etiam posita hac mea opinione, cui parum fidere debeo, incertum adhuc remaneat, num auctarium illud tuta conscientia recipi possit: ut sublata omni incertitudine sit mihi parata facultas apte respondendi quibusdam confessariis, qui novissime circa eamdem controversiam me consuluerunt, tum et aliis qui ratione munerum, quibus perfungor, sive intra sive extra sacrum poenitentiae tribunal consulturi sint: vestram eminentiam suppliciter rogo obtestorque in Domino, ut mihi transmittat resolutionem trium quaestionum, quas hic subiicio:

I. *An auctarium, de quo agitur, licitum sit. Et quatenus haec quaestio ex doctrina Benedicti* ***XIV.*** *aliisque Sedis Apostolicae indiciis directe resolvi nequeat:* ***II.*** ?bi *poenitentes. qui auctarium illud sire dubia aut mala fide receperunt, sacramentaliter absolvi possint, nulla facta aut promissa hic et nunc restitutione, dummodo serio promittant se esse paratos ad exsequendum quidquid super hoc negotio Sedes Apostolica determinaverit.* ***Et*** *quatenus affirmative, prout asserunt nonnulli, ad hanc aliasque similes quaestiones iam pluries nomine Sancti Officii et Sedis Apostolicae prorisoric rescriptum fuisse, de quibus tamen rescriptis eorumque tenore mihi non constat:* ***III.*** zln *iis pariter, qui neque ullum habent titulum lucri cessantis rei damni emergentis vel periculi extraordinarii sortis amittendae, neque versantur in casibus, in quibus praeceptum caritatis erga proximum eos obligat ad mutuandum simplici ac nudo mutuo, liceat pecuniam mutuo dare, stipulato aut convento annuo auctario -5. pro 100*

supra sortem prout lex regia permittit, sub eadem conditione de parendo futuris Sedis Apostolicae super hoc negotio determinationibus.

S. Poenit., dilecto in Christo losepho Antonio Avvaro transmittendas censuit resolutiones alias datas ad quaedam dubia circa usuras, scilicet: *(sunt autem eae omnino, quas superius attulimus, num. V.).* S. Poenit. d. 11. Febr. 1832. ».

S. R. et U. I. ad dubium episcopi Nicaeensis. « Tn fasciculis quorum titulus *Annali delle science religiose,* vol. 1. num. 1. pag. 128. et *VAmi de la lleligion,* 2. Avril 1835. num. 2136., legitur responsum, quod Cardin. Poenitentiarius maior dedit d. 7. Mart. 1833. episcopo Vivariensi in quaestione ab ipso circa usuram proposita. Exposuerat enim Praesul, nonnullos verbi Dei praecones docere in publicis concionibus licitum esse lucrum ex mutuo percipere titulo legis civilis quin ullum verbum facerent *de illa conditione,* responsis a S. Poenit. nuper latis apposita, qua cautum est. ut poenitentes lucrum ex mutuo legis civilis titulo percipientes *parati* esse debeant stare mandatis Sanctae Sedis: ac postulaverat? an illi sacerdotes essent improbandi.

Cuius precibus benigne annuens eminentissimus Poenitentiarius maior respondit. Sacram Poenitentiariam handquaquam voluisse responsis illis quaestionem a theologis agitatam de titulo ex lege principis desumpto definire, sed solummodo normam proposuisse, quam confessarii tuto sequerentur erga poenitentes, qui moderatum lucrum lege principis statutum acciperent bona fide, paratique essent stare mandatis Sanctae Sedis: ac proinde minime probari posse illorum concionatorum agendi rationem, qui absolute docent in sacris concionibus licitum esse lucrum ex mutuo percipere titulo legis civilis, reficitis enunciatis conditionibus.

Quidam attendentes ad illa verba in responso apposita *bona fide,* contendunt iuxta normam a S. Poenit. confessariis pluries propositam, illos tantum sacramentaliter absolvi posse, nullo imposito restitutionis onere, qui lucrum enuntiatum bona fide percepissent. Alii e contra asserunt, etiam illos, qui dubia vel mala fide dictum lucrum percepissent, absolvi posse, nullo imposito restitutionis onere, dummodo parati sint standi mandatis Sanctae Sedis: et, ut aiunt, hanc clausulam *bona fide* non respicere onus restitutionis, sed potius honestatem agentis et absolutionem. quam confessarii impertiri nequeunt poenitentibus in mala fide constitutis, nisi prius de patrato in mala fide poeniteant: et hoc deducunt ex ipsa postulatione episcopi Vivariênsis. Non petierat episcopus, aiunt, utrum poenitentes dubia vel mala fide constituti obligandi essent ad restitutionem, sed tantum utrum improbandi essent concionatores illi, qui, nulla enunciata conditione, licitum usum mutui praedicti praedicabant: quamque Sancta Sedes nondum quaestionem definierit, et patratum in mala fide, licet per se non inducat onus restitutionis, semper tamen inducat culpae reatum; hinc cminentissimum improbasse aiunt istorum agendi rationem, qui, reficitis conditionibus *bona fide* et *standi mandatis Sanctae Sedis,* licitum usum dicti mutui absolute praedicabant, quin loqueretur eminentissimus de obligatione restitutionis, de qua non postulabat Praesul. Deducunt quoque ex conditione a Sacra Poenitentiaria requisita in poenitentibus standi mandatis Sanctae Sedis, quae dispo-

sitio dubium necessario aut supponit aut excitat de honestate mutui praedicti.

Quumque hinc et inde sint viri summae pietatis et non spernendae auctoritatis: hinc ut animarum quieti iu re tam frequenti et seria provideatur, perhnniiliime petitur: *An poenitentes, qui moderatum lucrum solo legis titulo ex mutuo* dubia *vel* mala fide *perceperunt, absolvi sacranumtaliter possint nullo imposito restitutionis onere, dummodo de patrato ob dubiam vel malam fidem peccato sincere doleant, et filiali obedientia parati sint standi mandatis Sanctae Sedis.*

F. IV. d. 17. lan. 1838. In Congr. Gener. S. E. et U. I. habita in Conventu Sanctae Mariae supra Minervam coram EE. et ER. DD. S. R. E. Cardinalibus contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, proposito snpradicto dubio, iidem EE. et ER. DD. dixerunt: *Affirmative, dummodo parati sint stare mandatis Sanctae Sedis ».*

S. C. S. 0. sub die 26. Man. 1840., proposito dubio, *an ad aliquid reddendum teneatur* X. X. cuius pater magnam pecuniae summam mutuo dederat cum lucro *decem pro centum,* legali taxae illius temporis respondente: et quatenus restitutioni esset obnoxius, *utrum saltem quinque pro centum retinere licite valeat,* rescriptum fuit: *Quoad usuras in genere, considat decreta iam lata. Quoad excessivitatem fructuum, consulat* ***II*** *P. I). episcopum, qui expendat facti circumstantias, et praxim illius temporis, quae vigebat apud viros timoratae conscientiae, et provideat.*

XL

Cum demum elapso anno 1871. ex quodam Italiae loco quaesitum fuerit: 1. *Se sia lecito oggi, exiandio agii ecclesiastici, di collocare il danaro coi frutto moderato, come permetteva la legge precedentemente sotto il legittimo governo, del cinque per cento ?* 2. *Se oggi siano da inquietarsi quci luoghi pii, monache e monasteri, che ricevono il frutto dei loro capitale del sei per cento, stanieckc oggi si dà e si riceve nell'andamento comune?*

S. C. S. 0. sub die 28. Febr. 1872. respondit ad utrumque: ***Iuxta*** *responsiones alias datas, dummodo sint parati stare mandatis S. Sedis, non inquietandos.*

CONCLUSIO

Haec autem, quae, sequendo ordinem temporis, bic retulimus, sunt responsa praecipua inter alia plura, quae ad haec ipsa revocantur. Ex quibus colligi potest:

1. Generatim loquendo de lucro ex mutuo, nihil omnino percipi inde posse *vi mutui,* seu immediate et praecise ratione ipsius.

2. Aliquid ultra sortem percipere licitum esse, si forte titulus aliquis extrinsecus, non mutui naturae universim coniunctus et innatus, mutuo accedat.

3. Deficientibus licet aliis quibuslibet titulis, cuiusmodi sunt *lucrum cessans, damnum emergens, atque periculum amittendae sortis, vel assu-*

mendi insolitos labores pro sortis recuperatione, unurn quoque legis civilis titulum ceu sufficientem in praxi haberi posse, tum a fidelibus, tum ab eorum confessariis, quibus proinde suos poenitentes hac super re inquietare non licet, donec quaestio haec sub indice pendeat, nec 8. Sedes ipsam explicite definierit.

4. Praxis huius tolerantiam minime extendi posse sive ad cohonestandam usuram quamvis modicam erga pauperes, sive usuram immodicam ac naturalis aequitatis limites excedentem.

4. Denique, quaenam usurae quantitas dicenda sit immodica et excessiva, quaenam insta ac moderata, universim determinari non posse, cum hoc dimetiri oporteat in singulis casibus, respectu habito ad omnes et singulas circumstantias locorum, personarum ac temporum ». — Instr. S. C. de P. F. 1873.

« Chineuses in statu usurario permanentes, baptizari non posse: si vero judicis auctoritate compellantur ad proprias pecunias mutuandas, posse aliquid accipere, etiam recepto pignore, ultra sortem principalem, tum ratione oneris quod subire coguntur, tum ratione curae in custodia pignorum, lucri quoque cessantis, et damni emergentis: tempore autem praestituto, si ex venditione pignorum aliquid supersit sorti principali, et lucro ex causis praedictis iuste acquisito, Domino pignoris esse restituendum ». — S. C. de P. F. 12. Sept. 1645.

« In vista del notabile aumento delle attuali imposizioni e dei maggior bisogno di rendita per sostenerle, non vi è in que-sta diocesi di Ariano chi voglia dare danaro a mutuo alia ragione del cinque per cento come da codesta S. Sede vien tolerato; da molti si dà alPotto, e da altri a norma di quanto rende il Gran Libro, e ciô perche anche la rendita che dal mutuo si percepisce è gravata da ricchezza mobile.

Ora per badare alla quiete della coscienza di tanti, e per non esporre la gente al pericolo di non più trovare chi le prestasse danaro, divenuto si scarso e ricercato nei tempi attuali, si brama conoscere se possa tollerarsi tal pratiea, e nel caso negativo, se almeno possano i confessori permettere ai loro penitenti di esigersi il cinque per cento netto e lasciare a carico di reddenti la tassa di cui il governo ha gravata qualsiasi rendita. — R. Dummodo sint parati stare mandatis S. Sed. non esse inquietandos». — S. 0.18. Dec. 1872.

«Il sottoscritto... sottopone... il caso pur troppd frequente di usura dei 10 o dell'8 per 100, che riscuotcsi anche dai buoni cristiani, in vista dei lucro quasi eguale, che sempre con maggiore puntualità si trarrebbe dagli stessi capitali, se fossero suile nuove Banche impiegati. Aggiungasi, che il citato per cento si vuol percepire il più delle volte anche netto di ricchezza mobile, stanre il timore di una gravosa multa, cui andar dovrebbe soggetto il creditore nella facile ipotesi di necessaria pubblicazione del titolo ereditario per rimborsare le mutuate somme... — S. Poenit. respondet: Cum fructus pecuniae taxare per modum regulae periculosum sit... Episcopus orator in singulis casibus rem decernat iuxta praxim communem servatam ab hominibus timoratae conscientiae respectivis in locis et temporibus ». — S. Poenit. 18. Apr. 1889.

1104. *Intéresse legale, conventionale*

Dubio proposito de lege distinguente inter *intéressé legale et conven· fionaleS.C.lS.* Aug. 18.»8. respondit: ‹ Quoad *fractas legales* provisum per décréta alias. Quoad *fructus conventionales,* eoruinque titulos provisum per Enr. F£r *pervenit.* Quoad quantitatem eorum fructuum conventionalium. et fructus de fructibus rationem habendam esse in singulis casibus, habito respectu ad omnes et singulas circumstantias locorum, personarum ct temporum, iuxta regulas a SS. Canonibus et a probatis auctoribus traditas. Et dentur decreta 13. Jan. 1870. et 26 Mart. 1840 », quae supra iam relata sunt. Cf. n. 1095., C. 2141.

1105. — *Fructus ex fructibus* — Cf. n. 1104.

1139. — *De alienatione bonorum ecclesiasticorum*

« 1. In venditione bonorum ecclesiasticorum, praemittatur eorundem aestimatio a probis peritis scripto facienda: audiantur omnes intéressé habentes: constet de evidenti Ecclesiae necessitate vel utilitate: vendantur favore maioris oblatoris et non minori pretio quam quod a praedictis peritis fuerit aestimatum: pretium ab emptore integre solvatur in actu stipulationis, et collocetur in frugifero, tuto ac licito investimento : quod si non erit in promptu, deponatur pretium in aliqua capsa publica, vel apud aliquam personam spectatae probitatis et idoneitatis recepta tamen cautione scripto exarata, penes ipsum patriarcham vel episcopum ecclesiae, ad quam pertinent bona vendita, accuratissime custodienda.

2. In permutationibus praemittatur aestimatio fundorum a probis peritis scripto facienda: audiantur omnes interesse habentes; constet de evidenti Ecclesiae utilitate: et in contractus stipulatione expresse reservetur hinc inde regressus ad primaeva inra in casu evictionis. Quod si valor fundi ecclesiastici superet valerem fundi qui ab ecclesia in permutationem recipitur, ea pecuniae vis, quae ad peraequationem contractus est necessaria. Ecclesiae persolvatur in actu stipulationis, et collocetur in honesto, tuto ac licito investimento; atque interim deponatur uti supra in capsa publica, vel apud personam spectatae probitatis atque idoneitatis.

3. In contractibus empbyteuticis ineundis praemittatur aestimatio peritorum: audiantur omnes interesse habentes; constet de evidenti Ecclesiae utilitate; canon ab enphyteuta persolvendus non sit minor, quam qui a peritis statutus fuerit : stipulatio scripto consignetur cui descriptio fundi ac topograpliica eiusdem tabula adiiciatur; praestet emphyteuta hypotecariam inscriptionem super alio idoneo suo fundo, aut saltem hoc deficiente cautionem idonearum personarum pro securitate canonum trium annorum: atque in ipsa stipulatione obligationem emittat pro se suisque heredibus ac successoribus valituram, numquam utendi qualibet praesenti vel futura lege seu privilegio affrancationis canonis, et melioramenta omnia solo cedendi.

4. Si agatur de Ecclesiae bonis oppignerandis, vel de aere alieno contrahendo, necesse est, ut prius audiantur omnes interesse habentes, et constet de vera et gravi Ecclesiae necessitate: quae si vere intercedat, cavendum est. ut debitum illud, cum primum fieri poterit, Ecclesia ipsa dimittat, eaque de causa imponatur eidem singulis in casibus obligatio

contractum debitum extingnendi annuis ratis ab ipso episcopo praefiniendis: ad quem effectum determinati aliqui Ecclesiae eiusdem redditus erunt assignandi, ac singulis vicibus deponendi in capsa publica, vel penes honestam atque idoneam personam, ut suo tempore investiri possint.

5. Cum vero Ecclesiae pecuniam investiri contingat, duo imprimis diligentissime curanda erunt; primum ut a contractibus ineundis longe procul sit quaevis usuraria labes, secundo ut Ecclesiae indemnitati cautum sit: ideoque non collocetur eiusdem pecunia nisi apud honestas et idoneas personas, quae praestent hypothecariam inscriptionem, vel saltem idoneam cautionem; omnesque huiusmodi contractus publicis tabulis pro recepto regionum more consignentur.

6. Denique in locationibus bonorum ecclesiasticorum cavendum est, ut locationes praedictae fiant insto pretio, atque ut annuae responsionis solutio non fiat anticipate in praeiudicium successorum. Non licebit autem ecclesiastica bona locare ultra triennium: poterit autem Ordinarius, si specialem ab Apostoliea Sede super alienatione bonorum ecclesiasticorum facultatem obtinuerit, permittere ut locationes praedictae fiant etiam ultra praedictum tempus, dummodo non excedat novennium ». — Instr. S. C. de P. F. 30. Iui. 1867.

«Utrum bona ad familiam religiosam, vel aliud pium Institutum pertinentia, quae tamen in foro civili tamquam proprietas privati hominis inscribuntur, alienari possint absque praevio S. Sed. permissu? — R. Negative ». — S. C. EE. ac RR. 17. Febr. 1866.

1154. 1155. — *De retrovenditione*

«... Pactum retrovendendi, seu conventionem ut emptor vel possit vel debeat rem emptam revendere venditori, vel in gratiam solius venditoris vel in gratiam solius emptoris vel utriusque, praescripto frequentissime etiam tempore, fieri posse, atque ex se esse licitum in confesso est apud omnes: nam, sicut venditor potestatem habet rem suam absolute vendendi, ita etiam vendendi cum certo modo et pacto: et similiter emptor, cum vel sine tali pacto liber est ad emendum, modo aequalitas utriusque servetur. Ad vitandam autem larvatae usurae iniquitatem, ponuntur communiter a theologis conditiones quaedam, nempe:

1. Ut nihil fiat in fraudem usurariam, et adsit intentio vere emendi et vendendi, alioquin iam esset mutuum implicitum seu larvatum, et lucrum inde proveniens esset usura. Hinc pretium vile ab emptore oblatum pro re diutius retinenda; item si emptor aliis usuris assuctus nolit mutuum dare, sed rem emere cum pacto retrovendendi, dubium fundatum ingereret et diligenter attentionem excitare deberet.

2. Ut onus impositum compensetur; nam onus omne contractui extrinsecum et pretio aestimabile compensari debet, alias non servaretur aequalitas et iustitia; ac proinde minui debet pretium, si emptor teneatur rem emptam revendere venditori, talis enim obligatio est onus pretio aestimabile, cum privet emptorem facultate eam retinendi aut aliter alienandi; augeri vero, si venditor obligetur rem venditam redimere uti emptor voluerit, cum hoc onus sit etiam pretio aestimabile ac extrinsecum venditioni. Hinc emptio rei frugiferae, facta ea lege ut venditor teneatur postea rem suam recipere et totum pretium pro ea acceptum reddere emptori retinenti sibi fructus, posset, saltem in praxi, usurae

relatae suspicionem ingerere; nam reipsa mutuum virtuale cum lucro respectu illius redolet qui, nolens mutuari alteri pecuinam quaerenti, emit ab illo vineam ant donum, ea lege ut post biennium vel triennium redimatur eodem pretio quo empta fuerit, retentis fructibus ex ea perceptis: talis namque non habet intentionem sinceram emendi, verum tantummodo intendit dare pecuniam praefatam, ut totam postea recipiat cum lucro, quod est usurarium.

3. ft res non redimatur maiori pretio quo prius vendita fuit, nisi melior industria vel opera emptoris facta sit, nam vis pacti retrovenditionis in eo est, ut emptor restituat rem, restituto pretio pro ea dato; perinde enim est cum eo pacto contrahere, ac cum paeto ut liceat post aliquod tempus contractum dissolvere.

4. Ut emptor fiat vere dominus rei emptae, eius periculum subeat, onera sustineat, fructus accommoda percipiat; hoc siquidem exigit natura contractus *. — S. C. de P. F. 5. Mart. 1860.

1158. — *De mohaira*

‹ 40. Contractus mohatra licitus est. etiam respectu eiusdem personae, ct cum contractu retrovenditionis praevie inito cum intentione lucri ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

1176. — *De cambiis*

‹ Primum damnamus ea omnia cambia, quae sicca nominantur et ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quae loca ii, qui pecuniam recipiunt, litteras quidem suas cambii tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur ut transacto tempore, unde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi litteris traditis, pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, ubi contractus fuerat celebratus: nam inter dantes et recipientes usque a principio ita convenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis, aut locis supra dictis, hujusmodi litteris receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniae sive depositi, sive alio nomine ficti cambii traduntur, ut postea eodem in loco vel alibi cum lucro restituantur ». — Decretum S. Pii V. de Cambiis in VIL 1.2. tit. 11.

1188.1192. — *De census liceitatc*

‹ Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet a tanto tempore, cuius contrarii memoria non existit, in diversis Alemanniae partibus, pro communi hominum utilitate, inter habitatores et incolas partium earumdem talis inoleverit hactenusque observata fuerit... consuetudo, quod ipsi habitatores et iucolae. sive illi ex eis, quibus id pro suis statu et indemnitatibus expedire visum fuerit, super eorum bonis, domibus, agris, praediis, possessionibus et haereditatibus annuos marcarnm, Horenorum, seu grossorum monetae, in partibus illis currentis, reditus seu census vendentes, pro singulis et marcis, florenis sive grossis huiusmodi ab eis, qui illas vel illos sive reditus sive census ipsos emerint, certum competens praetium innumerata pecunia secundum temporis qualitatem, prout ipsi vendentes et ementes in contractibus super his inter se firmaverint, et recipere soliti fuere, illa ex domibus et haereditatibus prae-

dictis, qui in huiusmodi contractibus expressi fuerunt, praedictorum solutione redituum et censuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium favorem. Hoc adieeto, quod ipsi pro rata, qua huiusmodi per eos receptam dictis ementibus restituerent in toto vel in parte peciuiiam, a solutione redituum seu censuum huiusmodi restitutam pecuniam contingentium liberi forent penitus et immunes. Sed iidern ementes, etiamsi bona, domus, terrae, agri, possessiones et hacreditates huiusmodi processu temporis ad omnimodae destructionis sive desolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen haesitationis versatur scrupulus, an huiusmodi contractus lieiti sint censendi. Unde nonnuli illos usurarios fore praetendentes, occasionem quaerunt reditus et census huiusmodi ab eis debitos non solvendi... Nos igitur... ad omne super his ambiguitatis tollendum dubium, praefatos contractos licitos iurique conformes et vendentes eosdem ad ipsorum solutionem censuum et redituum iuxta dictorum contractuum tenores, remoto contradictionis obstaculo, efficaciter teneri, auctoritate Apostolica praesentium serie declaramus ». — Calixtus HI. Extrav. Comm. 1. 3. t. 5. c. 2., et est confirmatio B. Martini V. de eadem re, ibid., c. 1.

1205. — *De locatione bonorum ecclesiasticorum* — Cf. n. 1139.

1273. — *De fructibus rei pignoratae*

Eructus rei pignoratae computandi sunt in sortem. Si, illis fructibus perceptis, iam sortem suam quis recepit, absolute pignus debitori restituendum est, sine ulla usurarum exactione — Alexander III. C. *Plures* 1. *de Usuris,* C. *Quoniam* 2. e. t., C. *Conquestus* 8. e. t.

1296.1313. — *De iïliceitate furti*

« 36. Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

1307. 1330. — *De restitutione ob pauca furta*

«38. Non tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

1331. 1357. — *De usurpatione bonorum ecclesiasticorum*

« E necessario tenere per base, che le chiese, monasteri, conventi, iionchè le proprietà ccclesiastiche non debbano custodirsi *more castrorum:* se non pub in conseguenza opporsi una materiale resistenza alia forza, puo nondimeno a questa opporsi Ia forza morale, e possono tutelarsi le suddette cose con analoghe proteste, secondo in simili congiunture prescrivono i SS. Canoni: contenersi in modo meramente passivo, e cedendo soltanto ali' imminente coazione... ». —S. Poenit. 20. Iui. 1855.

« An Ordinarii, parochi, beneficiarii, ceterique bonorum ecclesiasticorum administratoribus, si gravibus sub poenis expostulentur, reddituum respectivorum inventarium Gubernio tradere possint? — K. Permitti, emissa tamen in scriptis protestatione in singulis actis a respectivis administratoribus super necessitate traditionis ad evitanda maiora mala, et pro tuitione iurium ecclesiae. Mens autem est SSmi Dni, ut Ordinarii ante

vel jwst traditionem, si fieri possit, super praemissis collectivam faciant protestationem, reverenter quidem, sed eum cvaugelica libertate».— S. Poenit. 10. Deo. 1860.

« An parochi et ceteri ecclesiastici, quibus decimarum abolitione per Gubernium facta damnum illatum est. compensationes ab ipso Gubernio propositas accipere possint? — R. Posse iuxta oraculum SS. Dili, titulo merae compensationis pro damno sibi a Gubernio illato ‹»b impeditam decimarum exactionem, percipere pensiones a Gubernio assignatas, facta tamen prius sive ab Ordinario loci iu communi, sive a quolibet ex dictis, parochis seu ecclesiasticis in particulari protestatione per huiusmodi perceptionem nullo modo recognosci aut adprobari decimarum abolitionem a Gubernio factam, et caute monitis earundem decimarum debitoribus. eos non esse vi legis a Gubernio latae ab onere easdem solvendi liberatos ». — S. Poenit. 10. Dee. I860.

‹An ii qni absolutionem petunt debeant antequam absolvantur ea damna resarcire, quae Pontificium Gubernium praesentibus rerum vicissitudinibus est passum? — R. Sufficere, ut animo parati sint stare mandatis S. Sedis desuper ferendis ». — S. Poenit. 10. Dee. 1860.

1357. — *Damnificator*

‹ Utrum Christifidelis qui sciens et volens delubri muros, ianuas, implementa diruit et perdit, atque ab ethnicis ea de causa capitur, debeat vel possit damnum sarcire, saltem ex alio titulo? — R. Teneri ad restitutionem, titulo iustitiae ». — S. 0. 21 Sept. 1842.

1396.1401. 1411. — *De damnum iubente*

‹ 39. Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

1421. — *Destitutio ad pias causas*

« Implora V. S. una norma sui contegno a tenersi coi penitenti che hanno rubato ai turchi e non possono fare la restituzione senza pericolo della vita, volendo i turchi conoscere sempre il nome dei ladro. lutorno alla quai cosa la S. C. ha decretato che debbasi V. S. attenere al sentimento dei buoni autori, i quali insegnano che non potendosi etiettuare la restituzione delle cose rubate al loro padrone, nemmeno per mezzo dei confessori, e d'altra parte non potendo il colpevole ritenere il mal tolto, debbasi erogare il valore delle cose rubate *ad pias causas, rei inter pauperes* ». – S. C. de P. F. 26. Sept. 1840.

1473.— *De occulta famulorum compensatione*

‹ 37. Famuli et famulae domesticae possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam maiore indicant salario, quod recipiunt ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

DE OCTAVO DECAL0<ìI P ìtA ECEPT0

1486. 1487. /λ· *illiceitate detractionis et calumniae.*

*44. Quidni nonnisi veniale sit, detrahentis auctoritatem magnam, sibi noxiam, falso crimine elidere?—45. Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam et honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in theologia». — Ppr. dd. ab Innoc. XI.

1516. — *De vituperii illiceitate*

* 5. Quod vituperans quempiam ipso peccato vituperii laudat Deum, et quo plus vituperat et gravius peccat, amplius Deum laudat». — Pr. Ekkardi d. a loanne XXII.

1528. — *De restrictione mentali* — Cf. n. 554.

DE ECCLESIAE PRAECEPTIS

1548. — *De obligationes decimas solvendi*

« ... . Inter iura, Ecclesiae divinitus attributa, et illud profecto est, quaelibet bona aliosque civiles redditus, sine ulla dependentia a quavis externa auctoritate, acquirendi ac libere administrandi.

Id ius a Deo in Ecclesiam collatum est, quo et cultui Divinitati debito, et suorum ministrorum sustentationi et charitatis demum operibus tutius stabiliusque consulere possit. Immo etiam ad hunc finem assequendum potest auctoritate propria eas fidelibus, quas ipsa necessarias iudicarit, pecuniarias indictiones imponere. Lex ergo civilis, quae proprio nomine in bona redditusque Ecclesiae pro hibito disponendas sese ingerit, et a pecuniariis ecclesiastica lege sancitis indicationibus solvendis fideles eximit, divino iuri recta adversatur, potestatemque, qua caret, iniuria sibimet attribuit.

.... Quibus de causis eadem lex civilis in Italia edita nullius est valoris; ct fidelium conscientia ad decimas velut antea pensitandas obligata perstat.

Parem huic declarationem dedit S. Sedes ab anno usque 1853. cum Regnum subalpinum decimas in Sardinia insula abolevit (Acta Pii IX. vol. 2. pag. 335.) ; quemadmodum et Summus Pontifex Alexander III. ad episcopum Vercellensem scribens, imperatoris literas, quibus a solvendis decimis concedebatur exemptio, prorsus nullas declaravit (tit. *de Decimis,* etc. c. 25).

Quapropter etsi lex illa civilis parem ablatis decimis compensationem assignasset, atque idcirco nullum in re utili detrimentum attulisset Ecclesiae, eidem tamen fecisset iniuriarn, sese in eiusdem res iuraque ingerens sine ulla a suprema auctoritate, quam Ecclesia ipsa a Deo accepit, dependentia ...» — S. Poenit. 25. Aug. 1887.

« 1. Imprimis Ordinarii, quibus id modis opportunum duxerint, fideles edoceant, ius percipiendi decimas Ecclesiae a potestate civili auferri minime potuisse, ideoque fideles ad eas solvendas non secus atque antea

omnino teneri, nec qnemquani ab onere et obligatione huiusmodi liberari nisi per solam ecclesiasticam auctoritatem posse.

2. Igitur quo facilior pateat fidelibus via suae consulendi conscientiae, seseque ab onere decimarum solvendarum in perpetuum liberandi, iidem Ordinarii eos excitabunt, ut ad iiistam decimarum redemptionem, vel etiam, ubi casus ferat, ad aequam super illis compositionem admitti petant. Quem in finem Sacra Poenitentiaria de speciali et expressa Apostolic» auctoritate necessarias et opportunas facultates omnibus in Italia locorum Ordinariis harum tenore litterarum tribuit ad quinquennium dumtaxat valituras.

3. Facta autem decimarum redemptione vel compositione pretium earn mdem, prudenti Ordinariorum indicio, inxta peculiaria cuiusque casus adiuneta determinandum, eum stet loco sortis decimarum, collocetur in tuto, honesto et fructifero investimento : fructus vero applicentur beneficiis vel piis locis, quae damnum passa fuerint.

4. Qui decimas nec redemerint, nec super illis ullo modo se composuerint. *et cathedrdli aut quibuscumque aliis ecclesiis rei personis, quibus legitime debentur integre persolvere noluerint. non absolvantur nisi plena restitutione secuta* (Cone. Trid. S. 25. de R. C. 12.), salvis tamen regulis a probatis auctoribus traditis circa illos, qui inopia vel paupertate laborant.

4. Noverint insuper Ordinarii tolerari, ut vel ipsi vel parochi aliique, quorum interest, a gubernio petant compensationem pro damno sibi illato; ita tamen, ut in huiusmodi petitione nihil contineatur, quod ad ius de decimis disponendi in laica potestate probandum trahi possit, et expresse significetur compensationem peti titulo tantum legitimae indemnitatis ». — S. Poenit. 2. Sept. 1887. — Cf. n. 1331.

1550. — *De festorum dierum institutione et translatione*

« 73. Propositio enuntians novorum festorum institutionem ex neglectu in veteribus observandis, et ex falsis notionibus naturae et finis earumdem solemnitatum originem duxisse; falsa temeraria, scandalosa. Ecclesiae iniuriosa, favens haereticorum in dies festos per Ecclesiam celebratos conviciis. — 74. Deliberatio Synodi de transferendis in diem dominicum festis per annum institutis, idque pro iure quod persuasum sibi esse ait, episcopo competere super disciplinam ecclesiasticam in ordine ad res mere spirituales; ideoque et praeceptum missae audiendae abrogandi diebus, in quibus ex pristina Ecclesiae lege viget etiamnum id praeceptum ; tum etiam in eo quod superaddit de transferendis in Adventum episcopali auctoritate ieiuniis per annum ex Ecclesiae praecepto servandis; quatenus adstrnit episcopo fas esse iure proprio transferre dies ab Ecclesia praescriptos pro festis leiuniisve celebrandis, aut inductum missae audiendae praeceptum abrogare; propositio falsa, iuris Conciliorum generalium et Summorum Pontificum laesiva, scandalosa, schismati favens ». — Ppr. Syn. Pistor, dd. a Pio VI.

Utrum, praeter obligationem abstinendi ab operibus servilibus necnon missam audiendi, sublata fuerit etiam solemnitas litnrgica festorum suppressorum aut translatorum? — R. « Quoad chorum et ecclesiasticas functiones peragi solitas, nihil omnino innovandum relate ad festa, in quibus populus solutus est a praecepto audiendi sacrum, et cantus institutus est ad Deum honorandum, non ad populum alliciendum ». — S. R.

C. 18. Oct. 1818. *Aliphanu* ad 2. Excipe: nisi cum missa et officio translata censeatur etiam solemnitas litnrgica, ib.

1551. — /M *diebus festis in tmiversa Ecclesia ante festorum suppressionem*

‹ l'niversa per orbem novit Ecclesia Romani Pontificis supremae incumbere sollicitudini, dominicum gregem ad aeternam dirigere salutem, et apostolica sic explicare praecepta, ut fideles in viam mandatorum currere et ad beatitudinem feliciter valeant pervenire.

1. Plurimorum siquidem Venerabilium Fratrum nostrorum arehiepiscoporum et episcoporum, per varias regiones constitutorum, relatione ad nos pervenit festorum multitudinem per singulas eorum dioeceses et provincias adeo crevisse, devotione atque consuetudine novas in dies introducente, ut multi iam dubitare videantur quaenam ex praecepto, quaeve ex libera cuiusque voluntate sint servanda, pietatis fervore ob nimiam eorumdem numerositatem tepescente. Quin immo et clamor pauperum et frequens ascendit ad nos, eamdem multitudinem, ob quotidiani victus laboribus suis comparandi necessitatem, sibi valde damnosam conquerendum, et quod summopere dolendum est, magno cum animi nostri moerore didicimus, tanta saepe saepius machinatum inimicum in sanctos, ut ipsa multitudine, non ad aedificationem et ad laudandum in ecclesiis Deum populi utantur, sed ad otia, vanitates et vitia frequenter abuti non formident, ita ut quae ad glorificandum Divinum Numen sunt primitus instituta, temporis decursu inimicus homo corruperit, et in magnam illius offensionem gravemque iacturam converterit animarum. Quamobrem dicti Venerabiles Fratres, archiepiscopi et episcopi nobis fecerunt humiliter supplicari, ut in praedictis de apostolieae potestatis plenitudine congruam aliquam iniremus rationem.

2. Nos itaque volentes ex debito pastoralis officii, providere et sanctificationis festorum certum deinceps firmare praeceptum, antiquam Ecclesiae in hoc consuetudinem sectantes, habitis prius frequentibus per doctos piosque viros, quos ad hoc specialiter deputavimus, consultationibus, ut rei videtur gravitas postulare, motu proprio et ex certa scientia meraque deliberatione nostris, necnon de praedictae apostolieae plenitudine potestatis hac perpetuo valitura Constitutione, de voto etiam Ven. Fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium sacris ritibus praepositorum, apostolica auctoritate decernimus et declaramus, infrascriptos dumtaxat dies pro festis *expraecepto* colendos esse, quos nempe vel ab initio veneranda sacravit antiquitas, vel universalis Ecclesiae probavit consuetudo, vel omnium gentium unanimis pietas veneratur: Dominicos scilicet dies totius anni, Nativitatis D. N. I. C., Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis cum duabus pariter sequentibus feriis, SSmae Trinitatis, solemnitatis Corporis Christi, et Inventionis S. Crucis; necnon Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis Deiparae Virginis, Dedicationis S. Michaelis Arcangeli, Nativitatis S. loannis Baptistae, SS. Petri et Pauli, S. Andreae, S. lacobi, S. loannis, S. Thomae, SS. Philippi et lacobi, S. Bartholomei. S. Matthaei, SS. Simonis et ludae et S. Matthiae, Christi Domini Apostolorum, item S. Stcphani protomartyris, SS. Innocentium, S. Laurentii martyris, S. Silvestri papae et confessoris. S. losephi conf. et S. Annae, Deiparae respective sponsi ac

genitricis, soleninitafis Omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus patronis in quocumque regno sive provincia, et alterius pariter principalioris in quacumque civitate, oppido vel pago, ubi hos patronos haberi et venerari contigerit.

3. Ad reliquorum vero dierum observantiam, quod hactenus, sive in universa Ecclesia, sive in quavis natione aut regno, provincia, dioecesi ant loco quomodocumque, sive ex devotione, ehristifideles tanquam festivos celebrarent, nequaquam ex praecepto ipsos teneri, dicta auctoritate tenore praesentium perpetuo etiam decernimus et declaramus. Ne autem dies festos a locorum Ordinariis, nimia aliquorum facilitate, aut, populorum importunitate, deinceps iterum multiplicari contingat, eosdem Ordinarios in Domino monemus, ut. ad ecclesiasticam ubique servandam aequalitatem, de caetero. perpetuis futuris temporibus, ab indictione sub praecepto novorum festorum studeant abstinere. Ut vero ea quae superius expressa sunt, ferventiori qua decet veneratione ac devotione colantur, eisdem Ordinariis antiquorum canonum observantiam ad memoriam revocamus, in concedendis licentiis laborandi diebus festis: quae quidem licentiae, non aliter quam ad formam praedictorum canonum, ut praemittitur, concedendae, nonnisi gratis, libere et sine ullo prorsus pretio aut pacto, directe vel indirecte, concedantur, sub poenis etiam gravioribus nostro successorumque nostrorum arbitrio infligendis. Non intendimus tamen per hanc nostram Constitutionem dies feriatos circa iudicialia in aliquo immutare, quos ad hunc effectum relinquimus in iisdem statu et terminis, in quibus erant ante eiusdem promulgationem...».— Urbanus VIII. 15. Sept. 1641. D. n. 812. 844. Cf. C. *Conquestus b. de Fer,*

« Commissi nobis divinitus sacrosancti apostolatus officii exigit ratio, nt gloriosissimae Virginis Dei Genitricis Alariae, cuius conceptio gaudium annuntiavit universo mundo, venerationem et cultum, plurium Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum more, ampliare studentes in terris, illius quae, super choros angelorum exaltata, pro populo Christiano sedula exoratrix apud Eum quem genuit assidue intercedit in coelis, potentissimam opem in tot tantisque, quibus premimur, Christianae reipublicae et catholicae Ecclesiae necessitatibus, quantum nobis ex alto conceditur, promereri iugiter satagamus. Sincera itaque nostra erga eamdem augustissimam coeli reginam, patronam, advocatam nostram, devotione incitati, festum Conceptionis ipsius Beatae Mariae Virginis Immaculatae ubique terrarum in posterum ab omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, sicut alia festa de praecepto observationis festorum comprehendi auctoritate apostolica, tenore praesentium, decernimus, praecipimus et mandamus. Non obstantibus, etc. ». — Clemens XI. 6. Dec. 1708.

De diebus festis in Statibus Foederatis Anierícae, in Hispania, in Italia

* Patres in Concilio plenario Baltimorensi Tertio congregati, summopere in votis habentes ut uniformitas in servandis festis inducatur, matureque perpendentes difficultates, quibus fideles intra foederatas provincias laborant, supplicandum duxerunt:

l.° Ut, attentis peculiaribus circumstantiis catholicorum in hisce regionibus morantium, Apostolica auctoritate dignetur declarare, per omnes dioeceses Americae septentrionalis foederatae, de praecepto audiendi missam et abstinendi a servilibus, servandos esse dies festos omnes et

solos qui sequuntur: Immaculata Conceptio B. V, M., Nativitas D. N. J. C., Circumcisio D. X. J. C., Ascensio I). X. J. C., Assumptio B. M. V., Festum Omnium Sanctorum. Per rerum enim temporumque rationes istorum sex dierum festorum observatio felicius speratur. 2.° Quoad ceteros dies festos, qui praeter sex supradictos quibusdam in locis adhuc de praecepto sunt, ut ex Apostolica benignitate corumdem locorum fideles solvantur quidem ab obligatione missam audiendi et ab operibus abstinendi: quin tamen iidem dies festi quoad devotionem et solemnitatcm externam supprimantur. 3.° Ad festum SS. Corporis Christi quod spectat, ut benigne indulgere velit quod eiusdem festi solemnitas in diem dominicam proxime sequentem transferatur, ad normam indulti dioecesibus statuum foederatorum Aniericae septentrionalis concessi quoad festum SS. Apostolorum Petri et Pauli, ut habetur in litteris S. C. de P. F. ad Archiep. Baltimor. 19. Dec. 1840.

S. I. C. d. 25. Nov. 1885. respondit: Supplicandum SSmo. pro gratia iuxta preces... Sanctitas vero sua... Patrum Cone. Plenar. Baltimor. tertii precibus iuxta S. C. sententiam benigne annuere dignata est».

Festum S. Josephi d. 19. Mart. de praecepto iterum servandum est *in Hispania, et in regionibus ei subiectis.* — Leo XIII. Br. *Quod paucis* 28. lan. 1890.

In provinciis Neapolitanis: «Retineantur, praeter universos dies dominicos per annum, festa sequentia, videlicet Circumcisionis D. N. J. C., Epiphaniae Dni, Purificationis B. V. M., Annuntiationis eiusdem B. V., S. Josephi Patr., Ascensionis Dni in Coelum. Nativitatis eiusdem B. V. M., Nativitatis D. N. J. C. Pro urbe vero Neapolis tantum retineantur festa S. Januarii et S. Antonii de Padua, ac pro urbe Panormi festum S. Rosaliae Virg. Festa autem Patronorum principalium singularum civitatum, oppidorum et locorum, quibus adiunctum sit praeceptum abstinendi ab operibus servilibus, transferantur cum respectiva officiorum et missarum celebratione ad diem·dominicum proxime sequentem ». — Pius VII. Br. *Paternae caritati,* 10. Apr. 1818. — His vero addenda sunt: festum Visitationis, Greg. XVI. Br. *Cum nobis,* 30. Dec. 1835.; festum Apparitionis S. Michaelis Archang.,· festum Praesentationis B. V. M.; Patronorum principalium uniuscuiusque loci, propria die, si ita Ordinarii censuerint cum suis Capitulis, Pius VII. Br. *Per Apostolicas,* 15. Oct. 1818. — M. E. V. 9. P. 2. p. 41. seqq., D. n. 2589. 2590.

In provinciis superioris Italiae: « Apostolica Auctoritate Nostra, praecipimus, decernimus ut dies undevigesimus mensis Martii memoriae Beatissimi Patriarchae Josephi recolendae sacer, in omnibus et singulis Pedemontis, Liguriae, Sardiniae nec non Longobardiae regionibus in dierum festorum numero rite censeatur. Propterea Christiani omnes quum sancto missae sacrificio adesse, tum ab iis operibus, quae servilia dici solent, abstinere praecepto debent ». — Leo XIII. Br. *Quod erat,* 3. Mart. 1891. A. S. S. V. 24. p. 192.

1552. 1562. — *Annua confessio et paschalis communio*

« Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, et iniunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiae sacramen-

tum. nisi torte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum: alioquin et vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, et morions christiaua careat sepultura ». — Cone. Later. IV. Decreta, cap. 21.

« Si quis negaverit, omnes fideles teneri singulis annis, saltem in Pascbate. ad communicandum, iuxta praeceptum matris Ecclesiae, anathema sit ». — Cone. Trid. S. 18. can. 9.

1559. — De *confessione nulla, et de sacrilega communione*

« 13. Satisfacit praecepto annuae confessionis, qui confitetur regulari episcopo praesentato, sed ab eo ininste reprobato. — 14. Qui facit confessionem voluntarie nullam satisfacit praecepto Ecclesiae ». — Ppr. dd. ab Alex. VII.

« 35. Praecepto communionis annuae satisfit per sacrilegam Domini manducationem ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

1571.1578. — *Abstinentia et ieiunium quoad tempus*

‹ Cum syndicus neapolitanus praescripsisset, ut omnia neapolitana horologia, nonnullis privatis exceptis, in indicando meridie regulam sumerent tempus medium romanum. contingit, ut media nox a vera differat non solum ratione temporis medii, sed etiam ratione diversi meridiani utriusque urbis, adeo ut differentia interdum non leviter superet horae quadrantem. His rebus consideratis, possuntne fideles Xeapoli in servando naturali ieiunio aliisque Ecclesiae obligationibus, sequi horologia horas indicantia iuxta tempus medium romanum, an potius ea horologia sequi *debeant,* quae verum tempus neapolitanum signant? — R. Ad primam partem affirmative, negative ad secundam ». — S. Poenit. 18. Inn. 1873.

« Utrum, ubi horologia adhibentur tempori medio accomodata, ipsis sit standum, tum pro onere divini officii solvendo, tum pro ieiunio naturali servando; vel debeat quis, aut saltem possit uti tempore vero? — E. Fideles in ieiunio naturali servando et in officio divino recitando, sequi tempus medium posse, sed non teneri ». — S. Poenit. 29. Nov. 1882.

«Ad normam legis nuperrime latae, in toto Germanico imperio inde ab initio mensis Aprilis anni vertentis, unum idemque tempus absque respectu ad medium tempus aut meridianum diversarum imperii regionum in horis computandis observandum est, illudque referunt publica horologia. Inde fit ut intra fines huius dioecesis computus horarum legalis spatio semihorae tempus locorum medium superet. Possuntne clerici sequi tempus legale in persolvendo officio divino, tam anticipantes privatim matutinum, quam recitantes vesperas? — R. Affirmative ». — S. C. C. 22. lui. 1893.

1572. 1601. De *c‹yidimentis diebus abstinentiae et ieiunii*

«Utrum, quum, sive per B. *Cruciatae,* sive aliam ob causam, conceditur indultum pro usu laridi liquefacti (vulgo *struito)* solo titulo condimenti, ii, qui ad ieiunium tenentur, eo condimento licite uti possint in serotina etiam refectione. — B. Quod ii, qui ad ieiunium tenentur, licite uti possunt, in serotina etiam refectione, condimentis in induito permissis, quia illa, vi indulti, olei locum tenent: dummodo in induito non sit posita

restrictio, quod ea condimenta adhiberi possint in unica comestione».— S. Poenit. 16. lan. 1834.

‹ An, diebus Veneris ct Sabbati, quibus indulgcntur condimenta vulgo *di grasso,* possit iusculuni carnis adhiberi, — It. Sub terminis *condimenti di grasso,* non comprehendi iusculuni carnis coctae ». — S. Poenit. 30. lan. 1866.— Illud tamen toleratur, ubi sit usus. — S.O.

« An locutio *condimenta ex adipe,* adhibita in concessione indultorum pro quadragesima et condimento infra annum, intelligenda esset ex adipe *caiuscumque animalis?* — 11. *Affirmative* ». — S. O. 25. Mart. 1895.

‹ Utrum diebus ieiunio consecratis, in quibus apostolica venia usus condimentorum cx adipe indulgetur, butyro quoque per modum condimenti uti liceat? — R. Supplicandum SSmo pro gratia. SS. benigne annuere dignatus est pro gratia ». — S. 0.13. Maii 1896.

‹ l.° Nei di, in cui è permesso il condimento di strutto e lardo, cbi usa il lardo medesimo per condire minestra, polenta, frittata, ecc., pu‹› liberamento mangiare quei pezzetti di lardo che restano, dopo essere stati soffritti per estrarne lo strutto? — 2.° Nei di di stretto magro, ne'quali sono vietate le uova, si puo bagnare leggermente coli'novo sbattuto le erbe. v. g. carciofi? — 3." Nei giorni di stretto magro c lecito Puso dell'olio in cui siasi fritta la carne, o almeno δ cio lecito nei giorni di semplice astinenza? — R. Ad 1. Affirmative, dummodo pergant esse pars condimenti. —ı Ad 2. Condimentum ex ovis, quando haec prohibentur, *non licere,* — Ad 3. Qui ita agunt *non esse inquietandos* ». — S. Poenit. 17. Novemb. 1897.

1572. — *T)e fulicis ct cornu cervino diebus abstinentiae*

« Utrum avis aquatilis, cui nomen fulica (vulgo *folaga)* inter pisces computanda sit iliaque vesci liceat iis diebus, quibus vetitae sunt carnes? Religiosi Ordinis Minorum S. Francisci a Paula, quibus carnes omnino interdictae sunt, ad tollendam perplexitatem, qua eorum conscientiae hac super re angebantur, supplicationem porrexerunt Pio VII., ut sibi concederetur posse libere uti eo cibo. — Quibus per Congr. Regularis Disciplinae 22. Febr. 1804. SSmus, veris existentibus narratis, benigne annuit pro gratia iuxta petita, Constitutionibus Ordinis, aliisque omnibus non obstantibus ».

« Cornu cervinum aqua emollitum, saccharo conditum, et glutinum factum, potesne haberi cibus quadragesimalis?— R. Consulendum SSmo pro dispensatione, quatenus opus sit. SSmus annuit ». — S. C. de P. F. 21. Sept. 1843. C. 2071.

1573. 1578. — *De abstinentia sabbatis infra annum in Delgio et in Italia abrogata*

« Ulmi episcopi Belgii petierunt, anno 1853., a S. S., ut dignaretur auferre legem qua prohibetur esus carnium in die sabbati. S. S. non abrogavit legem illam; sed dignata est concedere illmis episcopis Belgii facultatem dispensandi circa illam, cum illis qui peterent dispensationem. Utrum, obtenta dispensatione, peregrinantibus extra Belgium liceat comedere carnes in locis, in quibus viget ista lex? — R. Negative ». — S. O. 10. lan. 1855.

In pluribus etiam Italiae Dioecesibus Indultum in praesenti habetur pro abstinentia in die sabbati.

De abstinentia et ieiimio quoad Graecos

‹ l.° An liceat graeeis Romae degentibus, (saltem ob evitandum scandalum) comedere carnes die sabbati? — 2.° An liceat graeeis habere latinos in suum servitium, et die sabbati dare eis carnes edendas? — 3.° An liceat graeeis. praefata die pueris ct iuveuibus latinis, qui eorum servitio non sunt addicti, exhibere carnes edendas? — R. Ad l."m Non licere, et servetur Instructio Clement. VIII. in qna sic habetur: *Tolerandus esi apud graecos usus carnium die sabbati,* ubi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum et inter eos tantum. — Ad 2.„m ct 3."°' Latinos famulos graecorum teneri latinum ritum servare, et ideo peccant graeci apponere famulis cibos vetitos, tempore, quo ab illis debent abstinere». — S. 0.13. Mart. 1727., C. 2050.

‹ An sacerdotes graeci (in archidioec. Rossan.) possint compellere personas ritn graeco viventes ad observantiam ieiuniorum et vigiliarum ecclesiae latinae? — R. Non licere privatis personis, quae parochiam graecam habent, contra proprium ritum, latinorum ieiunia et vigilias servare, omissis ieiuniis ritus graeci. Licere tamen, dummodo ad id non cogatur, toti communitati, vel potiori laieornm parti cum parochis et presbyteris coniunctae. ieiunia et vigilias latinorum more servare, nec inde sequi communitatem ad ritum latinum transisse ». — S. C. de P. F. 10. Mart. 1760., C. 2055.

1577.1626. — *Quinquennalis episcoporum facultas quoad abstinentiam*

‹ Gli Emi Padri portarono la loro attenzione suile parole die leggonsi nel num. 27. della formula I. e IL e nel num. 17. della III., vale a dire: *Dispensandi, quando expedire ridebitur, super esu carnium, ovorum et laticiniorum tempore ieiuniorum et quadragesimae,* e decrctarono che d'ora innanzi si modificassero aggiungendo dopo la parola *Dispensandi* le altre, *non tamen per generalem indultum, sed in casibus particidaribus* ». — S. 0.17. Mart. 1883.

De lege ieiunii et abstinentiae anticipanda vel dispensanda ab episcopis

‹ Supplicandum Sanctissimo ut episcopis aliisque locorum Ordinariis concedere dignetur facultatem anticipandi die sibi benevisa atque ob gravissimas causas etiam dispensandi sifper lege ieiunii et abstinentiae, quando festum sub utroque praecepto servandum Patroni principalis aut Titularis, vel solemne aliquod festum item magno populorum concursu celebrandum, inciderit in ferias sextas aut sabbata per annum, excepto tempore quadragesimae, diebus quatuor temporum et vigiliis per annum ieiunio consecratis: atque ut eadem anticipandi seu etiam gravissimis de causis dispensandi potestate uti possint pro diebus, quibus nundinae extraordinariae, magno item populorum concursu, habeantur. — SS. praesens decretum ratum habuit et confirmavit ac omnibus et singulis locorum Ordinariis facultatem, de qua agitur, perpetuis futuris temporibus concessit ac attribuit, facta tamen in singulis casibus mentione apostolicae dispensationis ». — S. 0. 5. Dec. 1894.

‹ I. Utrum ad Ime, ut episcopii» dispensare valeat, ad tramitem decreti, 5. Dec. 1894., nccesse sit ut festum celebretur magno populorum concursu? II. Utrum episcopus dispensare possit quando agitur tantum de festis duplicis praecepti, an etiam quando agitur de alio festo vel de alia catholica solemnitate, ex. gr. de centenariis, de peregrinationibus ct similibus? — III. Quomodo sit intelligendus *magnus populorum concursus,* an populorum extraneorum vel etiam eiusdem civitatis aut loci?— IV. Utrum inter causas gravissimas, ob quas episcopus non solum anticipare, sed etiam dispensare potest, assignari valeat grave periculum quod abstinentia anticipanda non observetur? — V. Utrum in diebus exceptis, ieiunio consecratis, vetitum sit episcopis tantum dispensare super abstinentia, vel etiam illam anticipare? — VI. Utrum ex rationabili causa possit episcopus committere parochis, ut ipsi assignent diem in quo anticipari debeat abstinentia? — B. Ad I. Affirmative. — Ad II. Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam: modo adsit magnus populorum concursus. — Ad III. Attentis omnibus, intelligi potest etiam de concursu civitatis aut loci, facto verbo cum Sanctissimo. — Ad IV. Affirmative, modo periculum sit generale. — Ad V. Affirmative, scilicet utrumque vetitum est episcopis. — Ad VI. Affirmative ». — S. O. 18. Mar. 1896.

« Utrum Ordinarii vi decr. 5. Dec. 1894. anticipare possint, vel etiam ob gravissimas causas dispensare a lege ieiunii et abstinentiae in feriis sextis et sabbatis Adventus? — B. Negative ». — S. 0.15. Dec. 1897.

1578. — *Ieiunii obligatio*

« Quod ieiunare non oportet hominem, nec orare postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus (nempe quod neque in gratia proticere possit); quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui et rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere quidquid placet ». — Damnatur uti error Clement. *Ad nostrum* 3. *de Haereticis.*

« 23. Frangens ieiunium Ecclesiae, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subiicere praecepto ». — Pr. d. ab Alex. VII.

1585. — *De frustulo matutino*

«Utrum permitti possit... ut mane, diebus ieiunii, in parva quantitate, sumatur *cafaeum* aut *chocolatuni* cum fustulo panis? — B. eos qui talem usum sequuntur non esse inquietandos ». — S. Poenit. 21. Nov. 1843.

1586. — *De parvis comestionibus die ieiunii*

« 29. In die ieiunii, qui saepius modicum quid comedit, non frangit ieiunium ». — Pr. d. ab Alex. VII.

1591.1611. — *De inversione prandii et coenulae*

« Potcstne (diebus ieiunii) ratione quacumque v. g. studiorum, hora prandii et collationis interverti ut, more gallico, collatio sumatur hora undecima, prandium vero hora quinta post meridiem? — B. Inverti posse rationabili de causa; et consulat probatos auctores». — S. O. 29. Iulii 1857.

‹ Π nim in diebus ieiunii possit inverti tempus comestionis sumendo serotinam retectiunculam infra horam X. et XI. matutinam, prandium vero differendo ad IV. vel V. horam vespertinam ?S. Poenit. d. lo. lan. 1834. respondendum censnit: Si inversionis snpradictae rationabilis aliqua oxtet causa, poenitentes qui hoc more utuntur non esse inquietandos».— S. 0.17. Sept. 1862.

1601. — *De abstinentia a laetieiniis*

*32. Xon est evidens, quod consuetudo non comedendi ova et lacticinia in quadragesima obliget ». — Pr. d. ab Alex. VII. 18. Mart. 1666.

1606. — *De esu carnium pluries in die, quando datur indultum*

«Fideles, qui ratione aetatis vel laboris ieiunare non tenentur, licite posse in quadragesima, cum indultum concessum est, omnibus diebus Induito comprehensis vesci carnibus aut laetieiniis, per idem Indultum permissis, quoties per diem edunt ». — S. Poenit. 16. lan. 1824. — Hoc autem non valet in dioecesi, cuius episcopus auctoritate apostolica concedit fidelibus, ut feria 2. 3/ 5/ temporis quadragesimae possint semel in die vesci carnibus et ovis; iis vero, qui ratione aetatis vel laboris ieiunare non tenentur, permittit *ut oris saepius in die utantur.* — S. Poenit. 27. Maii 1863.

‹ Fideles qui ratione affectae valetitudinis, a lege ieiunii seu unicae comestionis eximuntur, licite posse iis quadragesimae diebus, quibus esus carnium per Indultum permissus est, toties carnibus vesci quoties per diem edunt ». — S. Poenit. 16. Mart. 1882., A. S. S. V. 14. p. 568. V. 1. n. 197

‹ 1.° Utrum quae in antcdictis nostris Litt. in f. Br. de unica comestione, et de epulis non permiscendis praescribuntur, sub gravi etiam praecepto prohibentur? — It. Concedentes facultatem vescendi carnibus tempore vetito, sub gravi teneri easdem facultates non aliter dare, quam geminis bis adieetis conditionibus, videlicet unicae in die comestionis, et non permiscendarum epularum. Eos vero, qui huiusmodi facultatibus utuntur, sub gravi ad binas ipsas conditiones implendas obligari ».

«2.° An ii, quibus concessum est vesci carnibus, possint in vespertina refectiuncula ea quantitate carnis vesci, quae ieiunantibus permittitur? — R. Non licere, sed opus habere eo cibo, eaque uti portione, quibus utuntur homines ieiunantes rectae meticulosae conscientiae ».

«3.° An qui ieiunii tempore vesci carnibus permittuntur, et unica comestione uti debent, horam ieiunantibus praescriptam servare opus habeant? — B. Observandam esse ».

« 4.° Quaenam sunt epulae licitae, quae vetantur cum interdictis iis coniungi? — R. Epulas licitas pro iis, quibus permissum est carnes comedere, esse *carnes ipsas:* epulas interdictas esse pisces, ideoque utrumque simul adhiberi non posse. Piscibus tamen edendis non interdicuntur ii, quibus datur tantum facultas adhibendi ova et lacticinia ».

« 5/ An praeceptum de utroque epularum genere non miscendo, dies quoque Dominicos quadragesimales complectatur? — R. Complecti ».

<6.° Utrum haec lex ad eos quoque pertineat, qui ex C. *Cruciatae* edere possunt ova et lacticinia? — R. Nihil in praenuntiatis nostris Apostolicis Litteris statutum esse, quod respiciat gratiosum Cruciatae diploma. Quare, qui eo gaudent, illius tenorem stricte et considerate perpendant, ex eiusque sententia se gerant. Caveant autem ne inani quapiam excusatione sese solutos esse arbitrentur praescriptis ibi legibus ».

« 7.° Utrum memorata duo praecepta urgeant extra Quadragesimam ? — R. Urgere extra Quadragesimam utrumque praeceptum; illud scilicet unicae comestionis cum reliquis legibus in secundo et tertio ad haec postulata responso expressis; et alterum non permiscendi epulas licitas cum interdictis ut in quarto postulato definitum est».

« Utrum fideles dispensati a lege abstinentiae diebus Veneris et Sabbati, decurrente anno, quando non urget obligatio ieiunii, vesci possint piscibus simul et carnibus? — R. Permitti ». — S. Poenit. 15. Febr. 1834.

« Utrum diebus ieiunii tempore Adventus, a Pio VI. praescripti, permissis tamen laetieiniis, ei, cui propter infirmitatem licitus est esus carnium interdicta sit promiscuitas carnis ac piscium? — R. Affirmative, nempe non licere ciusmodi promiscuitatem ». — S. Poenit. 8. Ian. 1834.

« Utrum obligatio de non permiscendis piscibus cum carne diebus Quadragesimae attingat omnes, qui vi indulti carnibus vesci possunt, vel solummodo eos qui ieiunant? — R. Affirmative quoad 1.„n partem, negative quoad 2.'ltn partem ; et detur decretum 24. Mart. 1841., nempe ad dub.: *An lex de non permiscendis licitis et interdictis epulis eos etiam respiciat (pii ad unicam comestionem non tenentur, uti iuvenes antequam tertium compleverint septennium, aliique rationabiliter ab eadem excusati ob impotentiam vel laborem;* Emi. decreverunt: *Non licere.* — S. O. 23. lun. 1875.

« Utrum per indultum apostolicum ministerio S. R. U. I. d. 30. Ian. a. c. latum, quo Ordinariis facultas committitur solvendi fideles a lege

abstinentiae ct ieiunii, sublata sit etiam prohibitio do non miscendis cibis? — K. Negative: sed tempore quadragesimae et ieimiioriim infra annum prohibitam esse promiseuitatem ciborum vetitorum et permissorum in eadem comestione ». — S. 0.28. Febr. 1890.

‹ Utrum lege vetitae permixtionis cum carnibus, comprehendantur pisciculi sale siccati, seu encrasieholi (italice *actiuyhe, aliti),* harengi (Italice *aringhe*›. aliaque his similia: an misceri possint ail instar condimenti alterius ferculi? — R. Pisces sale siccatos vetari miscere cum carnibus, quoties carnis et piscium mixtio vetita est ». — S. Poenit. 10. lan. 1834.

‹ Utrum tempore ieiunii. ei, eni licitus est esus carnium, liceat miscere testacea marina, quae improprie *fructus maris* dicuntur, sed vulgo pisces censentur, id est ostreae (italice *ostriche),* cancros *(gamberi, grantin'* ? ». — K. Testacea marina, quae improprie *fructus maris* dicuntur, sed vulgo pisces, vetari miscere cum carnibus, quoties carnis et piscium mixtio est prohibita ». — S. Poenit. 16. lan. 1834.

‹ Utrum dispensati a lege abstinentiae a carnibus possint, diebus quibus urget ieiunii obligatio, valetudinis causa, vesci iure tantum carnibus condito, et de caetero cibos esuriales edere (sicut caeteri qui pisces edere queunt , ad legem abstinentiae, in quantum fieri potest, servandam ? — R. Affirmative, attente consideratis expositis ». — S. Poenit. 8. Febr. 1828.

‹ Se in forza della legge, che proibisce di rnangiare insieme carne e pesce, sia proibito ugualmente rnangiare carne e qualche vivanda condita con salsa di pesce? — S. Poenit. 14. lunii 1880. respondit: Negative ».

‹ Utrum tempore ieiunii liceat mixtio carnis cum leguminibus? — R. Carnes cum quibuscumque leguminum speciebus misceri posse, extra dubium est ». — S. Poenit. 8. Febr. 1828.

‹ An illi, qnibus licitus est esus carnium, diebus, quibus utuntur tantum lacticiniis, possint uti condimento laridi liquefacti? — Ii. Affirmative ». — S. Poenit. 8. Febr. 1828.

1G1G. 1624. — *De laborantibus et itinerantibus*

« 30. Omnes officiales, qui in republiea corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum ieiunio. — 31. Excusantur absolute a praecepto ieiunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, et etiamsi iter unius diei conficiant ». — Ppr. dd. ab Alex. VIL

De filiisfamilias quoad ieiuniuni

« Utrum patresfamilias, cum in familia adest aliquis a lege abstinentiae a carnibus dispensatus, dispensationem ad omnes familiae personas indiscriminatim extendere possint? — R. Infirmitatem et aliud quodeumque rationabile impedimentum, de utriusque medici consilio, non vero gulam, avaritiam, sive generarim expensarum compendium, eximere posse a præcepto abstinentiae in diebus esurialibus ». — S. Poenit. 19. lan. 1834.

‹ Utrum, cum paterfamilias a lege abstinentiae a carnibus tempore Quadragesimae dispensatus non potest aut non vult cibos utriusque generis, esuriales scilicet et carnes, parari, eius filii aut familiares, carnes

edere possint? — S. Poenit. 16. Ian. 1831, respondendum consuit: Posse personis, quae sunt in potestate patrisfamilias, cui facta est legitima facultas edendi carnes, permitti uti cibis patrifamilias induitis, adiecta conditione de non permiscendis licitis atque interdictis epulis, et de unica comestione in die pro iis, qui ieiunarc tenentur».

‹ PoBSiintne liliifamilias edere carnes tempore vetito, praesupposita eiusmodi facultate in ipsis parentibus, vel in horum uno: et in casu affirmativo, possuntne filii edero carnes sine offensione conscientiae, cum reperiantur in circumstantia duo prandia parandi? — li. Negative loquendo speculative, practice vero confcssarius diiudicare tenetur». — S. Poenit. 20. Apr. 1865.

‹ An vi responsionis S. Poenit. (16. Ian. 1834.) hisce verbis conceptae: *Personis, quae sunt in potestate patrisfamilias, cui facta est legitima facultas edendi carnes, permitti uti cibis patrifamilias indidtis,* etc. dispensato patrefamilias, intelligi debeant dispensati etiam ceteri eiusdem familiae? — li. S. Poenit. nunquam declaravit dispensationes concessas capiti familiae extendi ad totam familiam; sed tantum dedit *directiones* pro confessuris in actu practico circa eos, *qui sub potestate sunt,* et debent vesci cibis a parentibus datis ».

« Γ An eadem responsio S. Poenit. 16. Ian. 1834. valeat ubique terrarum? 2.° Dum (in ead. respons.) dicitur permitti posse, petitur a quo ista permissio danda sit, et an sufficiat permissio data a simplici confessario? — R. Quoad 1.um Affirmative. Quoad 2am sufficere permissionem factam a simplici confessario ». — S. Poenit. 27. Maii 1863.

« S. Poenit. nunquam declaravit, dispensato ob legitimam causam patrefamilias ab abstinentia carnium in diebus esurialibus, dispensatos hoc ipso esse filios sub eius potestate positos; sed declarationem tantummodo per instructionem dare intendit confessariis: posse iis permitti, iustis concurrentibus causis, a vera necessitate petitis, quando aliter se sustentare non possunt, uti cibis patrifamilias induitis, firma semper obligatione de non permiscendis licitis atque illicitis epulis; et de unica comestione in die pro iis, qui ieiunare tenentur ». — 6. Aug. 1860.

« Ratio permissionis, non est indultum patrisfamilias, sed impotentia, iu qua versantur filiifamilias observandi praeceptum ». — S. Poenit.

1626. — *T)e lege promiscuitatis quando datur indultum*

« Quibuscumque, quacumque occasione, sive *multitudini* indiscriminatim, sive ***singulis*** ob legitimam causam, et de utriusque medici consilio, ***dummodo nulla*** *certa ct periculosa affectae valetudinis ratio intercedat,* ct aliter fieri necessario exigat, in Quadragesimae, aliisque anni temporibus, et diebus, quibus carnium, ovorum et lacticiniorum esus est prohibitus, dispensari contigerit, ab omnibus omnino, nemine excepto, unicam comestionem servandam, et licitas atque interdictas epulas minime opponendos, tenore praesentium declaramus et edicimus ». — Bened. XIV. Litt. Ap. ***In*** *suprema* 22. Aug. 1741.

Indultum Hornae dari solitum pro tempore quadragesimae

« La Quaresima, in quest'anno 1898, avrà principio nel giorno 23 di Febbraio ed avrà termine il 9 Aprile: e seconde l'indulto, che la Santità

di X. S. IT. Leone XIII si è degnata di concedervi, o Romani, avcte obligo di diginnare nei giorni sopraddetti nei modo segucnte:

1. In tntti i giorni della Quaresima, salvo le domoniche, non si puo prender eibo che in un solo pasto: sono pero tolloratc le due piccole refezioni di uso.

2. Xon è permesso cibarsi di carne, nova e lattieini, ne di usare i condimenti di lardo, strntto c burro il di delle Ceneri, 23 Febbraio, le qnattro tempora, 2. 4, 5 Marzo, la vigilia di S. Giuseppe e della SS. Annunziata, 18 e 24 detto. non che gli ultimi tre giorni délia settimana santa. 7, 8, 9 Aprile.

3. Xei venerdi e (si ricorda a' fedeli, che ottennero il permesso di mangiar carne ne' sabati, che sono eecettuati i sabati della Quaresima, per essere consacrati al digiuno) sabati non compresi nei numero precedente, si possono usare le nova ed i lattieini nei desinarc, ed i condimenti di lardo, strntto e burro anche nella piccola refezione della sera.

4. E permesso Vnso delle cami nelPiinico pasto, i lunedi, martedi, mercoledi e giovedi non compresi nei numéro seconde, con facoltà di usare i condimenti di lardo, strntto e burro nella piccola refezione della sera.

5. E permesso luso delle carni, tntte le domeniche in ogni pasto.

6. È legge imposta dal pontificio induito che non si puo mangiare nello stesso pasto came e pesce, neppure le domeniche.

7. Chiunque per motivo di mal ferma salute dovesse cibarsi di carae nei giorni vietati di sopra, dovrà premunirsi delVattestato dei medico colla sottoscrizione dei rispettivo parroco, e di una delle infrascritte peisone, a cin da Noi deputate, e servirsi della facoltà, rimossa qualunque occasione di scandalo.

8. Quelli che sono costretti mangiare nolle osterie od in altri luoghi pubblici, vadano dove possono trovar modo di mantenere gli obblighi della loro coscienza. E obbligo di coscienza è pure per gli osti, locandieri ed albergatori, di avere in pronto nei giorni prescritti cibi di magro, perche non manchi Valimento richiesto da chi intende osservare le leggi quaresimali.

9. La Santità di N. Signore s'è degnata d'accordare 1'nso delle carni, nell'unica comestione, ne" giorni 19 Marzo, festa di S. Giuseppe, e 25 detto, festa della SS. Annunziata ».

Indultum Romae dari solitum pro anni tempore

« La Santità di Nostro Signore Papa Leone XIII, inerendo agli esempi dei suoi ultimi prodecessori, e seeondando ancora gl'impulsi dei paterno suo cuore verso la popolazione di Poma e suo Distretto, si è degnata di accogliere la domanda per la continuazione dei condimenti di grasso, non escluso il condimento di bnrro ne' giorni che n'è proibito l'uso, e benignamente ha concesso la rinnovazione di quella per tutto Vanno futuro 1898. Quindi ne' giorni delle *Tempora,* ed in tutti i venerdi e sabbati dell'imminente anno 1898, compresi pur quelli dei sacro Avvento, continua ad essere permesso l'uso delVunto, strntto e burro pe' condimenti. Nei venerdi e sabbati dell'Avvento resta ferma la legge del digiuno, si pero, che possano usarsi i lattieini nell'unico pasto. Non sono compresi in questo Induito i religiosi delVuno e delValtro sesso, che per

voto trovansi obbligati ad astcncrsi da qualunque cibo o condimento di grasso.

Si eccettua da questa concessione il tempo quaresimale, pel quale si riserva la Santità Sua di prescriverc ciô che crederà espediente al bisogno; resta anche eccettuata, atteso il voto speciale, cui siamo tenuti, la vigilia della Purificazione; e similmcnte si eccettuano le vigilic délia Pentecoste, della natività di S. Giovanni Battista, della festa dei Santi Apostoli Pietro e Paolo, della gloriosa Assunzione di Maria Santissinia, di tutti i Santi, e del Santo Natale di N. S. Gesii Cristo.

La stessa Santità di N. S. si è anche degnata dispensare dalla legge dellastincnza nei sabbato 1 Gennaio dei prossimo anno 1898; sarà quindi lecito in tal giorno di fare uso dei cibi di grasso ».

Instructio circa indultum concessum a Pio IX. provinciis neapolitanis

[. Relativamente al privilegio riguardante la commutazione de'voti, restano avvertiti i confessori: 1° che a differenza di ciô che veniva espresso nei Brevi anteriori, oggidi dopo il Breve dei 1856 *Iam inde,* non più possono i voti *dispensarsi commutando* (il che importerebbe una commutazione *in minus'),* ma semplicemente commutarsi, eppero al presente non si lia altra facoltà, che di sostituire alPopera votata un'altra uguale, o quasi uguale; 2° che possono tutt'i voti commutarsi, tranne i solenni, e due semplici tra i servati alla S. Sede, cioè il voto di perpetua castità, e quello di entrare in religione (s'intende già qualora questi due ultimi abbiano le condizioni per essere riservati).

II. Per ciô poi che concerne la facoltà di assolvere da casi riservati, fa mestieri notare ed avvertire i confessori: 1° che tutt'i casi riservati alla S. Sede (non già quelli riservati dai rispettivi Ordinarii) possono assolversi *in foro conscientiae,* meno che due soltanto, cioè Feresia esternata, benchc occulta, e la scomunica contratta dal confessore che abbia assoluto il complice; 2° che tal facoltà è ristretta a due volte sole nel-1'anno dei godimento delFIndulto; cioè ad una volta nei corso della vita, e ad un'altra in articolo di morte; il che è testuale nei summenzionato Breve; 3° che sotto nome di casi riservati alla S. Sede s'intendono compresi anche quelli, che la stessa S. Sede ha riservato agli Ordinarii dei luoghi, detti comunemente *Casi Nobis,* attesochè questi in origine sono Pontificii; 4° che la facoltà di assolvere da tutt'i detti casi viene concessa seropre colle clausole *Salutari poenitentia imposita, aliisque iniunctis de iure iniungendis;* ond'è che i confessori pria di assolvere debbono ben marcare tali clausole, e fare adempiere ai penitenti quelle obbligazioni, che in alcuni casi vengono richiesti o dal diritto generale, v. g. *satisfacta parte; praestito iuramento de non amplius committendo illo crimine* ecc.; ovvero dalla S. Penitenzieria, come per esempio trattandosi degi'invasori dei dominio temporale, e dei loro cooperatori o aderenti, è imposto Pobbligo di riparare lo scandalo nei miglior modo possibile, e di emettere il giuramento *obediendi S. Sedi eiusque mandatis desuper ferendis;* come pure a coloro che abbiano acquistati beni ecclesiastici è prescritto dalla S. Penitenzieria, doversi i medesimi presentare al proprio Ordinario, e sottostare a tutto quello, che verra loro imposto secondo la mente della S. Sede. Queste ed altre clausole debbono indispensabilmente ben ponderarsi dai confessori, altrimenti non potranno legittima-

monte avvalersi di tal facolth, ed in aleoni casi si esporranno a periculi di nullamente assolvere.

III. Quanto poi al privilegio di usar nova, latticinii, e strutto eho si usa a modo di condimento, è cosa notissima: Γ ohe di tal privilegio possono avvalersi i fedeli in **tutti** giorni deiCauno senza alcnna eccezione, purehè dimorino nel territorio delle provineie del Napolitano; di tal die se ne eseano da esso territorio, e vadano a dimorare altrove, anche per breve tempo, non potranno godere di questa concessione; nei giorni pero di Quaresima trannc le Domeniche) come pure in tutti gli altri giorni di diginno non è loro consentito l'uso di detti cibi, fuorchè una sola volta al giorno, cioè neU'umca comestione, qualora o per ragion di età o di altra causa scusante non vadano esenti dal digiuno in quanto all'iinica comestione: 2° ehe i sacerdoti ed i religiosi professi delΓπηο e laltro sesso potranno al presente anch'essi fruire di tal privilegio eccetto la Settimana Maggiore, per *quelli cite non hanno compiuto Vetà di anni sessanta,* a cominciare dalla Domenica delle Palme: quei religiosi pero die per proprio Istituto sicno obbligati alia perpetua Quaresima. in nessnn giorno dell'anno potranno avvalersi di tal concessione.

IV. Rignardo poi aile indnlgenze è da notare: 1° die potranno i fedeli esser partecipi di tutte le indnlgenze in qualunque forma concedute dalla S. Sede a tutte le Confraternité, Compagnie e Congregazioni esistenti in tutte le provineie del Napolitano, non altrimenti che se essi fossero associati alie medesime; e queste indnlgenze" possono anche applicarsi in suffragio dei fedeli defunti; 2° che in tutti i giorni destinati alie Sacre Stazioni di Roma, visitando cinque Chiese o cinque Altari, potranno i fedeli esser partecipi di tutte le indnlgenze concedute alie Chiese o dentro o fuori Roma, alie quali sono annesse le suddette Stazioni, pregando il Signore per la concordia tra principi cristiani, per l'abolizione delVeresie e per l'esaltazione della Chiesa cattolica; e queste indnlgenze possono anche applicarsi in suffragio dei fedeli trapassati; 3° che le suddette indnlgenze possono lucrarsi anche dalle religiose di qualunque Ordine o Istituto regolare e da tutte le donne e fanciulle che vivono in qualunque Monastero. Conservatorio o Ritiro, le quali se non hanno Chiese proprie, visiteranno le Cappelle destinate dai loro Superiori.

V. Quanto poi alla elemosina da erogarsi è da osservare: 1° che questa necessariamente deve pervenire nelle mani dellOrdinario, nè è lecito a veruno dei fedeli impiegarla ad altri nsi, comechè pii e santi; quindi sarà cura dellOrdinario rnedesimo destinare persone ecclesiastiche fedelissime, aile quali si affideranno dai fedeli le limosine anzidette, che insieme raccolte a lui si trasferiranno dopo la Quaresima per l'uso precettato dalla S. Scde. *In Napoli taie incarico è affidato ai rispettivi Parrochi, i quali. dopo la Domenira in Albis, le passano al! Arcivescovo per l'uso indicato;* 2° si avverta non bastare affatto la sola intenzionc di erogare la limosina o diffcrirla in altro tempo fra l'anno, ma essere all'intutto indispensabile che si eroglri con fatto e non in altro tempo, che nella Domenica di Settuagcsima, altrimenti non potrà godersi dei privilcgi se non da quel giorno in cui sarà realmcnte erogata; 3° la mentovata elemosina devra corrispondere alla cifra determinata dai Commissario apostolico, il qualc ne ha ricevuto dalla S. Sede l'opportuna facoltà, ond'è che non serbandosi siffatta cifra, di nessun privilegio potrà mai

godersi. Perlocbè si abbia prescrite lo speccbietto messo in fine della présente col titolo: *Dilucidazione sulllirticolo quinto.*

VI. Non sarà fuor di proposito far notare ai Confessori che nè l'Ordinario, nè il Parroco possono abilitare il fedclc al godimento dei privilegi suddetti, senzachè si eroghi la succennata limosina. Soltando occorrendo dubbio su lie classi delle persone, se sieno cioè obbligato a maggiore o minore elemosina, essi potranno emettere dichiarazionc opportuna in favore dei loro dipendenti, seeondo la cristiana prudenza e carità, e nulla più. — Che se avvcrrà che taluno per mera impotenza di erogare la limosina venisse dispensato o dall'Ordinario o dal Parroco, non potrà questi giamniai avvalersi dei privilegi suindicati, ma soltanto usare nova e latticini in giorni proibiti, e cio non in forza del privilegio delfindulto, ma sibbeue per la facoltà chc loro è conceduta dal diritto c dalla consuetudine, e colle analogbe e necessarie limitazioni.

Dilucidazione sulVarticolo quinto delle istruzioni

1. I nobili cd i prelati anche minori daranno la limosina di grana quarantuno.

2. Le famiglie nobili e ricclie daranno la limosina di grana quarantuno pel capo di casa, altra di grana quarantuno per la moglie, ed una terza limosina anche di grana quarantuno per tutto il resto dell'intera famiglia purehè vivano *de communi mensa.*

3. Le famiglie nobili che si trovano in anguste circostanze di povertà, daranno una sola limosina di grana quarantuno per l'intiera famiglia. Se perô i figli o alcuno di essi abbia ricevuto assegnamento particolare, dovrà ciascuno dare la limosina di grana quarantuno per sè particolarmente.

4. Le religiose che hanno livello particolare, ancorchè abbiano la sola mensa comune a peso della Comunità, darà ciascuna di esse la limosina di grana ventuno. Per quelle poi che non hanno livello alcuno la Comunità darà per ciascuna religiosa la limosina di grana undici. Le rinchiuse nei Conservatori e Ritiri, sieno oblate, sieno converse cosi dette, se ricevono qualehe assegnamento mensile non minore di ducati sette, ciascuna di loro darà la limosina di grana ventuno; se poi il mensile è minore di detta cifra, darà ciascuna la limosina di grana undici. Qualora poi i detti Conservatori o liitiri fossero all'intutto poveri e vivessero della carità dei fedeli, basterà che ciascuno di detti stabilimenti poveri dia Γelemosina di grana undici per tutte quelle che fanno parte di essi stabilimenti.

5. Pei religiosi mendicanti viventi in comunità, la Comunità stessa darà la limosina di grana ventuno per tutti i religiosi sacerdoti e chierici di quella Casa, ed altra limosina di grana undici pei religiosi laici. Quei religiosi anche mendicanti, i quali non vivono in comunità, daranno i sacerdoti ciascuno la limosina di grana undici. I religiosi poi non mendicanti ciascun sacerdote fra essi darà la limosina di grana ventuno, i laici ciascuno la limosina di grana undici.

6. I benestanti *seu possidenti ricchi* daranno per ciascuna famiglia tre limosine di grana ventuno, una pel capo di casa, Paîtra per la moglie, Paîtra per tutto il resto della famiglia, purehè vivano *de communi mensa.* Che se poi i figli o alcuno di essi abbia ricevuto assegnamento

particol&re, o essendo chierico goda i fnitti dei Sacro patrimonio dovrà dare ciascuno la stessa limosina di grana ventnno per se partieolarmente. Dai possidenti non ricchi si darà Ia limosina di grana ventnno per tutti della famiglia colla stessa eondizione, eîoè che se i tigli o aleuno di essi abbia ricevuto assegnamento particolare, dovrà dare ciascuno la stessa limosina di grana ventnno per sè parricolarniente.

7. I professori, i negozianti e gl impiegati ricchi daranno Felemosina come i benestanti. *seu possidenti ricchi;* che se poi non siano ricchi, ma che non vivano alla giornata, daranno nna limosina di grana ventnno, ila valere anche per la moglie e i tigli che vivono *de communi mensa,* e qiiantunqnc per accidente aleuno dei tigli fosse tuori di casa non dovrà dare altra elemosina.

8. I sacerdoti e gli altri ecclesiastici del clero secolare daranno la limosina di grana ventnno per ciascuno. Che se il sacerdote fosse alla testa di una tamiglia alimentandola a peso suo, allora oltre la detta limosina di grana ventnno che il detto sacerdote deve dare per sc. ne darà altra di grana nndici per Tintera tamiglia.

9. Per le persone di servizio che convivono col padrone, ricevendo da esso il vitto ed il tetto. potrà dare il padrone Felemosina di grana nndici per ogni due di esse; che se fossero più di due, darà la limosina di grana ventnno, se più di quattro Felemosina di grana quarantuno. Si noti che la detta limosina per le persone di servizio valerà anche per quelle che entreranno in loro luogo ove alcnna ne uscisse.

, 10. Cbiunqne vive d'indnstria giornaliera, come Fuomo di campagna, di marina, il venditore di piazza, il garzone artista. il servitore di livrea, il facchino e simili, darà la limosina di grana nndici. Se aleuno pero di essi abhia tamiglia, darà per tutti la limosina di grana ventnno, sebbene i tigli lucrassero in comune col padre, purchè aleuno di essi non vivesse con economia separata, poichè in tai caso dovrebbe regolarsi come si è detto di sopra. Nel caso poi che solo il capo di famiglia lucrasse, ed il lucro appena fosse sufficiente pel sostentamento della famiglia, basterà dare per tntti la limosina di grana nndici.

11. I direttori d'istituti di educazione, tanto maschili quanto femminili, se pensionati daranno la limosina di grana ventnno per ogni quattro alunni da valere per tutto l'anno, ancorchè il numero degli alunni si aumentasse; se gratuiti daranno per tutti grana undici.

12. Occorrendo dubbio nei casi particolari per determinare in quale delle esposte classificazioni venga compreso un individuo o una famiglia. gli Ordinari dei luoghi potranno decidere in favore dei loro diocesani seconde le regole di cristiana prudenza per la tranquillità delle coscienze dei fedeli, c lo potranno anche i Parrochi in favore dei loro filiani, nei casi particolari. — M. E. V. 8. P. 1. p. 275. seqq.

Bulla Cruciatae quoad Hispanos extra Hispaniam

« Utrum christifideles Bulla Cruciatae ct Induito quadragesimali gaudentes, et iter extra limites Hispanicae ditionis agentes, carnibus vesci possint diebus vetitis eodem modo ac si in Hispania degerent, etiamsi cibi esuriales non desint? — R. Negative ». — S. 0. 22. Inu. 1897.

llegulares quoad privilegium Bullae Cruciatae el quadragesimalia Indultu

‹ 1. Utrum vi Bullae praefatae liceat regularibus intra claustra degentibus utriusque sexus tempore Quadragesimae, praeter carnes etiam ova et laeticinia edere? – 2. Utrum liceat eisdem, sicut ceteris fidelibus, quibusdam diebus exceptis, ova et laeticinia piscibus commiscere? — R. Regulares utriusque sexus, exceptis qui voto speciali sunt adstricti, in ieiuniis etiam Quadragesimae possunt vi Bullae Cruciatae edere carnes, ova ct laeticinia, necnon ova et laeticinia cum piscibus in eadem comestiune miscere. Presbyteri vero extra claustra commorantes tenentur summarium lacticiniorum suscipere, ut presbyteri saeculares. — Hoc decretum Eminentissimi Patres cum Eminentia Tua communicandum mandarunt, ut ipsum publici iuris facere satagas ». — S. O. 22. Nov. 1890. Domino cardinali patriarchae archiepiscopo Toletano, commissario generali Bullae Cruciatae ».

« Eme et Eme Domine mihi Obsme. In Congregatione habita feria IV. die 4. curr. mensis ad examen vocatis dubiis ab Eminentia Tua propositis litteris datis die 28. Februarii anni elapsi, circa interpretationem novissimi decreti huius supremae Congregationis super Bullae Cruciatae, Eminentissimi Domini Cardinales una mecum inquisitores generales decretum ipsum in hunc modum evulgandum mandarunt:

Regulares utriusque sexus, exceptis iis qui voto speciali sunt adstricti, in ieiuniis etiam Quadragesimae possunt vi Bullae Cruciatae edere carnes, ova et laeticinia, necnon ova et laeticinia cum piscibus in eadem comestione miscere. Presbyteri vero regulares extra claustra commorantes (vulgo *exclaustrados),* praeter Bullam Cruciatae et summarium carnis tenentur Summarium quoque lacticiniorum suscipere ut presbyteri saeculares. At regularibus intra claustra degentibus, sive sacerdotes sint sive laici, sive moniales sufficiunt Bulla Cruciatae et Summarium carnis, nisi sint ex Ordine Minorum S. Francisci, qui nulla bona possident, quibus sufficit Bulla Cruciatae.

Precor E. T. summopere curare, ut hoc decretum apostolici Summi Pontificis auctoritate firmatum quo primum poterit publici iuris fiat, eiusque iam publicati exemplar ad me transmittatur in tabulario supremae Congregationis asservandum. — Romae die 7. Martii 1891. R. card. Monaco. Domino cardinali archiep. Toletan., commissario generali Bullae Cruciatae ». — A. S. S. V. 24. p. 504 seqq.

« Regulares, speciali voto abstinentiae a carnibus non adstrictos, gaudere induito circa observantiam ciborum tempore Quadragesimae, et per annum, pro fidelibus promulgato ab Ordinariis locorum, nomine S. Sedis Apostolicae ». — S. 0. 20. Dec. 1871., 20. Ian. 1892.

DE STATIBUS PARTICULAR IB (TS

8. — *Instructio S. FF. et ItIt. 11. Inn. 1880.*

Pro ecclesiasticis curiis quoad modum procedendi oeconomice in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum.

<8. haec EE. et HR. C., mature praesenti Ecclesiae conditione perpensa. quae pene ubique impeditur, quominus externam explicet suam actionem super materias et personas ecclesiasticas, et considerato quoque defectu mediorum aptorum pro regulari Curiarum ordinatione, constituit facultatem Ordinariis locorum expresse concedere, ut formas magis oeconomicas adhibere valeant in exercitio suae disciplinaris iurisdictionis super clericis. Ut autem tota iustitiae ratio sarta tectaque maneat, servetnrque processum canonica regularitas et uniformitas, opportunum censuit sequentes emanare normas, a Curiis servandas.

I. Ordinario pastorale onus incumbit disciplinam correctionemque clericorum a se dependentium curandi, super eorumdem vitae rationem vigilando, remediisque utendo canonicis ad praecavendas apud eosdem et eliminandas ordinis perturbationes.

II. Ex bis remediis alia praeveniunt, alia reprimunt et medelam afferunt Priora ad hoc diriguntur ut impediant quominus malum adveniat, ut scandali stimuli, occasiones voluntariae, causaeque ad delinquendum proximae removeantur. Altera finem habent revocandi delinquentes nt sapiant reparentque admissi criminis consequentias.

»11

III. Conscientiae et pnidentiae Ordinarii horum remediorum incumbit applicatio, iuxta canonum praescriptiones, et casuum adiu netorum que gravitatem.

IV. Mediis quae praeservant praecipue accenscntur spiritualia exercitia, monitiones et praecepta.

V. Has provisiones praecedere debet summaria facti cognitio, quae ab Ordinario notanda est, ut *ad ulteriora* procedere, quatenus opus sit, et certiorem reddere queat superiorem auctoritatem, in casu legitimi recursus.

VI. Canonicae monitiones fiunt sive in forma paterna et secreta (etiam per epistolam aut per interpositam personam) sive in forma legali, ita tamen ut de earumdem exeeutione constet ex aliquo actu.

VII. Quatenus infructuosae monitiones evadant, Ordinarius praecipit Curiae, ut delinquenti analogum iniungatur praeceptum, in quo declaretur quid eidem agendum aut omittendum sit, cum respondentis poenae ecclesiasticae comminatione, quam incurret in casu transgressionis.

VIII. Praeceptum intimatur praevento a Cancellario coram Vicario Generali; sive coram duobus testibus ecclesiasticis aut laicis probatae integritatis.

§ 1. Actus subsignatur a partibus praesentibus et a praevento quoque, si velit.

§2. Vicarius Generalis adiicere valet iuramentnm servandi secretum, quatenus id prudenter expetat tituli indoles, de quo agitur.

IX. Quoad *poenalia* media, animadvertant reverendissimi Ordimirii, praesenti instructione haud derogatum esse indiciorum solemnitatibns.

per sacros canones, per apostoliea» Constitutiones et alias ecclesiasticas dispositiones imperatis, quatenus eaedem libere etficaeiterque applicari queant; sed oeconomicae formae consulere intendunt illis casibus Curiisque, in quibus solemncs processus, aut adhiberi nequeant, aut non expedire videantur. Plenam quoque vim servat suam extraindiciale remedium *c.' informata conscientia* pro criminibus occultis, quod decrevit s. Tridentina Synodus in *Sess. 14. cap. 1. de Reform,* adhibendum, cum illis regulis et reservation! bus, quas constanter servavit pro dicti capitis interpretatione s. C. Congregatio in pluribus resolutionibus, et praecipue in *Bosnien.* et *Sirmien.* 20. Decembris 1873.

X. Quum procedi oporteat criminaliter, sive infractionis praecepti, aut criminum communium vel legum Ecclesiae violationis causa, processus confici potest formis summariis et absque indicii strepitu, servatis semper regulis iustitiae* substantialibus.

XI. Processus instruitur ex *officio* aut in sequelam supplicis libelli et querelae, aut notitiae, alio modo, a Curia habitae, et ad finem perducitur eo consilio, ut omni studio atque prudentia veritas detegatur, et cognitio tum criminis, cum reitatis aut innocentiae accusati exurgat.

XII. Processus confectio committi potest alicui probo atque idoneo ecclesiastico, adstante Actuario.

XIII. Unicuique Curiae opus est procuratore fiscali pro iustitiae et legis tutela.

XIV. Quatenus pro intimationibus aut notificationibus, haud praesto sit opera apparitorum Curiae, suppletur exhibitione earumdem explenda per qualificatam personam, quae de facto certioret: sive eas transmittendo, ope commendationis penes tabellariorum officium, illis in locis in quibus hoc invaluit systema, exposcendo fidem exhibitionis, receptionis aut repudii.

XV. Basis facti criminosi constitui potest per expositionem in processu habitam, authenticis roboratam informationibus aut cenfessionibus extraiudicialibus, vel testium depositionibus, et quoad titulum transgressionis praecepti constat per novam exhibitionem decreti et actus indictionis, perfectorum modis enuntiatis art. VII. et VIII.

XVI. Ad retinendam in specie culpabiiitatem accusati opus est probatione legali, quae talia continere debet elementa, ut veritatem evincat, aut saltem inducat moralem certitudinem, remoto in contrarium quovis rationabili dubio.

XVII. Personae, quas examinare expediat, semper audiuntur separatini.

XVIII. Testes ad probationem, aut ad defensionem, quoties legalia obstacula haud obsistant, sub iuramento audiri debent, quod extendi potest, si opus sit, ad obligationem secreti.

XIX. Testium absentium, aut in aliena Dioecesi morantium exposcitur examen in subsidium ab Ecclesiastica loci auctoritate, eidem transmittendo prospectum facti; et auctoritas requisita petitioni respondet, servando praesentis instructionis normas.

XX. Quoties indicentur testes oh facta aut adiuncta essentialiter utilia merito causae, qui examini subiici nequeant, eoquod censeatur haud convenire ut vocentur, aut quia vocati abnuant, mentio eorumdem fit in

actibus, et curatur supplere eorum defectui per dispositiones aliorum testium, qui de relato aut alia ratione, noverint id quod exquiritur.

XXL Quum collectum fuerit quidquid opus sit ad factum et accusati responsabilitatem constituendam, vocatur iste ad examen.

XXII. in indictione, nisi prudentia id vetet. exponuntur ei per extensum accusationes adversus eum collatae, ut parari valeat ad respondendum.

XXIII. Quando autem ob accusationum qualitates, aut ob alia adiuncta prudens non sit in actu intimationis eas patefacere, in hac solum innuitur eumdem ad examen vocari ut sese excuset in causa, quae ipsum respicit uti accusatum.

XXIV. Si indicio sistere abnuat iteratur indictio, in quo eidem praefigitur congruum peremptorium terminum, eique significatur quod si adhuc obedire renuat, habebitur ceu contumax: et pro tali in facto aestimabitur, quatenus absque probato legitimo impedimento, istam quoque posthaberet intimationem.

XXV. Si comparent, auditur in examine; et quatenus inductiones faciat alicuius momenti, debent istae, quantum fieri potest, exhauriri.

XXVI. Proceditur inde ad contestationem facti criminosi, et conclusionum habitarum, ad retinendum accusatum criminosum lapsumque in relativis poenis canonicis.

XXVII. Quum accusatus, tali modo, habeat plenam cognitionem eius quod in actis extat contra se. ultra quod respondere possit, iure se defendendi a semetipso etiam uti valet.

XXVIII. Potest quoque, si id expetat, obtinere praefixionem termini ad exhibendam defensionem cum memoria in scriptis, praecipue quando ob dispositionem *Art. XXIII.* nequiverit paratus esse ad responsa pro sua excusatione.

XXIX. Expleto processu, actorum instructor, restrictum conficit essentialium conclusionum eiusdem.

XXX. In die qua causa proponitur, est in facultate accusati faciendi se repraesentare et defendere ab alio sacerdote aut laico patrocinatore, antea approbatis ab Ordinario.

XXXI. Quatenus praeventus constituere defensorem renuat, Ordinarius consulit constituendo aliquem ex officio.

XXXII. Defensor caute notitiam haurit processus et restricti in cancellaria, ut paratus sit ad defensionem peragendam, quae ante propositionem causae exhiberi potest in scriptis. Ipse quoque subiicitur oneri secreti iurati, quatenus Ordinario videatur indolem causae id expostulare.

XXXIII. Transmittitur dein procuratori fiscali processus et restrictus, ut munere suo e.r *officio* fungantur: uterque Ordinario traditur qui plena causae cognitione adepta, diem constituit in qua disceptanda et resolvenda sit, curans ut accusatus certior de hoc fiat.

XXXIV. Die constituta proponitur causa coram vicario generali, interessentibus procuratore fiscali, defensore et cancellario.

XXXV. Post votum procuratoris fisci ct deductiones defensionis profertur sententia, dictando dispositivam cancellario, cum explicita mentione, in casu damnationis, canonicae sanctionis, accusato applicatae.

XXXVI. Sententia indicitur praevento, qui appellationem interponere potest ad auctoritatem ecclesiasticam superiorem.

XXXVII. Pro appellatione servantur nonnae statutae a constitutione *Ad militantes* s. in. Boned. XIV. 30. Martii 1742., aliaeque emanatae ab hac S. Congregatione Decreto 18. Decembris 1835. et Littera circulari diei 1. Angusti 1851.

XXXVIII. Comparitio pro appellatione facienda est infra terminum decem dierum a notilicatione sententiae; quo termino inutiliter elapso, sententia ipsa in exeeutionis statu reperitur.

XXXIX. Interposita appellatione infra decem dies, Curia absque mora remittit ad Auctoritatem ecclesiasticam superiorem, apud quam appellatio facta est, omnes actus causae originales, idest processum, restrictum, defensiones et sententiam.

XL. Auctoritas ecclesiastica superior, capta cognitione actus appellationis, intimare facit appellanti, ut infra terminum viginti dierum defensorem constituat, qui approbari debet ab eadem superiori auctoritate.

XL1. Decurso dicto termino peremptorio absque effectu, censetur appellantem nuncium misisse appellationis beneficio, et haec consequenter perempta declaratur a superiori actoritate.

XLII. Quum appellatio producitur a sententia alicuius Curiae episcopalis ad Metropolitanam, archiepiscopus pro cognitione et decisione causae sequitur normam procedendi in hac instructione traditam.

XLIII. Si contingat quod clericus, non obstante fori privilegio, ob crimina communia subiiciatur processui et indicio laicae potestatis, Ordinarius, hoc in casu, summariam sumit criminosi facti cognitionem, atque perpendit an ipsum, ad tradita per sacros canones, locum faciat infamiae, irregularitati, aut alii ecclesiasticae sanctioni.

§ 1. Donec indicium pendeat, aut accusatus detentus sit, prudens est, quod Ordinarius sese limitet ad media provisoria.

§ 2. Expleto tamen indicio, et libero reddito accusato, Curia iuxta exitum informationum ceu superius assumptarum, procedit ad tramites dispositionum praesentis instructionis.

XLIV. In casibus dubiis, et in variis practices difficultatibus, quae contingere possint, Ordinarii consulant hanc S. Congregat., ad vitandas contentiones et nullitates. »

Dispositio provisoria eiusil. S. C. 26. Mart. 18S6. pro actis appellationis in causis criminalibus

« S. haec C. EE. et RR. pro certo habens quod modi procedendi oeconomice, ordinati per Instructionem, diei 11. lunii 1880. pro curiis ecclesiasticis in causis criminalibus, quae clericos respiciunt, observari quoque debeant in actis appellationis, quae interponitur a sententiis ipsarum curiarum, opportuna consuit publicatio sequentis dispositionis:

I. Defensor rei vel reorum, eligendus inter advocatos a sacris congregationibus approbatos, praevio deposito de more, prudenter notitiam sumit de restrictu et processu coram Indice relatore.

II. Quatenus vero, ratione causae, expedire censeat emus dominus cardinalis praefectus, iubetur, defensorem servare secretum cum iurisiurandi vinculo.

III. Exhibitis defensionibus in scriptis, eaedem, quatenus emincntissimtis cardinalis praefectus aeque opportunum censeat, communicari queunt procuratori fiscali curiae a qua, ut ille, si necesso esse crediderit, in scriptis respondeat.

IV. De responso procuratoris fiscalis, defensor, debita cautela, cognitionem sumere potest coram Indice relatore, ut replicare ultimo valeat, pariter in scriptis.

V. Omnino autem excluditur defensoris et procuratoris fisci praesentia in comitiis cardinalium, quando causa resolvenda proponitur.

VI. Excepta dispositione praecedentium articulorum, in sua plena vi, quoad omnes partes, ea omnia permanent quae S. Congregatio constituit per decretum die 18. Decembris 1835., per litteras circulares diei 1. Augusti 1851., et per ordinationem diei 6. lunii 1847 ».

Decretum 18. Dec. 1835. cit. praeced. Instr., art. 37. et praeced. Dispositione provisoria art. 6.

‹ *Decretum pro causis criminalibus.* Non ita pridem a S. C. EE. et RR. nonnullae regulae praesciptae fuerunt pro recta, et expedita definitione causarum criminalium, quae a curiis Episcoporum, vel Ordinariorum ad eamdem S. Congregationem in gradu appellationis deferuntur. Quas quidem praescriptiones, quoniam impedimenta sublata sunt, quae aliqua ex parte earum execution! interposita fuerant, visum est EE. PP. in conventu habito XV. Calend. lanuar. MDCCCXXXV. uberius explicare, et cum assensu, et approbatione S. D. N. Gregorii XVI. iterum promulgare, ut ab omnibus, ad quos pertinent, accuratissimae serventur. Sunt autem quae sequuntur.

I. Reis a Curiis episcopalibus criminali iudicio damnatis spatium dierum decem conceditur, quo ad S. Congregationem episcoporum, et regularium appellare possint.

II. Decem dies numerari incipient non a die, quo sententia lata est, sed a die. quo reo vel eius defensori per cursorem denuntiata fuit.

III. Eo tempore elapso, quin reus vel eius defensor appellaverit, latam a se sententiam episcopus exsequetur.

IV. Interposita intra decem dies appellatione, Curia episcopalis acta autographa totius causae ad S. Congregationem continuo transmittat, nempe :

1. *Processum* ipsum in Curia confectum. — 2. Eius *restrictum,* seu compendiariam expositionem eorum, quae ex eodem processu emergunt. — 3. Defensiones pro reo exhibitas. — 4. Denique sententiam latam.

V. Ipsa Curia reo, eiusque defensori denunciabit, appellationem coram eadem S. Congregatione prosequendam esse.

VI. Si nemo comparent, aut si appellationis acta negligenter vel malitiose protrahantur, congruens tempus a S. Congregatione praefinietur, quo inutiliter elapso, causa deserta censeatur, et sententia Curiae episcopalis exsecutioni mandetur.

VII. Reo, aut illi, qui eius defensionem suscepit, tradendus est *restrictus* processus, qui a indice relatore conficitur.

VIII. Allegationes, seu defensiones Emincntissimis Patribus distribuendas typis non committantur, nisi index relator imprimendi veniam dederit.

IX. ('ausu definietur stata die al» Eminentissimis Patribus in pleno auditorio congregatis.

X. Eidem Congregationis procurator generalis fisci, et index relator intererunt.

XI. Index relator de toto statu causae ad Emincntissimos Patres refert, et procurator generalis fisci stabit pro Curia episcopali, suasque conclusiones explanabit.

XII. Post haec Eminentissinii Patres indicium proferent, sententiam Curiae episcopalis aut confirmando, aut infirmando aut etiam reformando.

XIII. Prolata sententia una cum omnibus actis causae ad eandem Curiani episcopalem remittitur, ut eam exsequatur.

XIV. *Revisio,* seu recognitio rei indicatae non conceditur, nisi eius tribuendae potestas a Sanctitate Sua facta fuerit, et subsint gravissimae causae, super quibus cognitio, et indicium ad plenam Congregationem pertinet.

XV. Sciant denique Curiae episcopales per novissimas leges, quae ad investiganda, et coercenda crimina pro tribunalis laicis promulgatae sunt, nihil detractum esse de formis, et regulis canonicis, quas proinde sequi omnino debent, non modo in conficiendo processu, ad quem spectant haec verba edicti die 5. Nov. 1831.: *Nihil innovetur, quantum aci indicia ecclesiastica pertinet;* verum etiam in poenis decernendis, quemadmodum in appendice eiusdem edicti ita cautum est: *Tribtmalia iurisdictionis mixtae clericos, et personas ecclesiasticas iis poenis mulctabunt, quas secundum Canones, et Constitutiones Apostolicas Tribunal ecclesiasticum iisdem irrogaret.* »

Ordinatio G. lun. 1817. cit in praecedenti Dispositione provisoria

De interventu defensoris ad Comitia S. Congregationi Ep. et Reg., quae pro causis criminalibus habentur:

« Sanctitas D. N. certior facta est de iteratis supplicibus libellis huic S. C. Ep. et Reg. exhibitis, eo consilio, ut sinatur defensorem rei, tum publicum tum privatum, praeter indicem relatorem, et procuratorem generalem Fisci, adesse Comitiis eiusdem S. C., quando proponuntur causae criminales.

Sanctitas Sua in audientia diei 6. lunii 1847. benigne excipiens supplices libellos disposuit:

1. In praedictis Comitiis S. C. Ep. et Reg. quando causae criminales agentur, adstare poterit, praeter indicem relatorem et procuratorem generalem Fisci, etiam defensor, sive publicus sive privatus rei, dummodo ad legitime approbatos pertineat.

2. Procurator generalis Fisci exhibebit proprias animadversiones tum facti, tum iuris, suasque conficiet conclusiones.

3. Defensor rei patefaciet defensionis media, quibus replicare Fiscus valebit; sed defensor ultimo loqnetur.

4. Deinde tum procurator generalis Fisci, tum defensor discedent, sed index relator permanebit ad exhibendas declarationes, quae exposcantur, et Domini Cardinales suum proment votum et ad causae resolutionem procedent.

5. In sua plena manet vi, quoad omnes alias partes, decretum eiusdem S. C. Ep. et Reg. datum die 18. Decembris 1835. »

Litteras circulares 1. Aug. 1851. cit. in praeced. Instr. n.° 37. et in proceed. Dispos. provisor, n.' 6. habes apud A. S. S. V. 15. p. 547. (jf. etiam Declarationem 8. C. EE. et RB. 21. Dee. 188'3. apud M. E. V. 5. P. I p. 127.

Praescriptio in rausis ‹ riminalilnis clericorum

.. Omnibus sedulo perpensis Emi Patres in comitiis liabitis die 4. Martii 1898. haec retinenda censuerunt: tralatitii scilicet iuris esse, in causis criminalibus ecclesiasticis locum habere praescriptionem et quidem, nedum quando index procedit ad instantiam privati accusatoris, sed et quando ad vindictam publicam seu ex officio inquirit; huius vero praescriptionis eum proprium effectum esse, ut *solani perimat actionem poenalem,* siquidem per accusatum seu inquisitum aut per eius procuratorem expresse de praescriptione in indicio oppositum fuerit.

Exinde facile est deprehendere, integrum tum accusandi tum inquirendi ius manere usquedum expresse non opponitur praescriptio, et omnino tenere indicium si eadem opposita minime fuerit.

Quod si in indicium praescriptio deducta fuerit et legitima recognoscatur, tunc perimit quidem actionem criminalem, at non civilem, quae forte ex eodem delicto promanet: et hinc non obstante praescriptione,, reum manere obnoxium omnibus effectibus canonicis non *criminalibus* ex patrato delicto provenientibus manifesti iuris est. Imo licet praescriptione actio poenalis extinguatur, non tamen tollitur exceptio, quae perpetuo manet iuxta iuris effatum: *Temporalia ad ayendum, perpetua sunt ad eripiendum:* ideoque delictum illud, etsi praescriptum, potest reo semper opponi per modum exceptionis, eique obest, si ad ecclesiasticas provisiones concurrere vellet.

Quod autem spectat ad tempus necessarium ad dictam praescriptionem inducendam, regula generalis est, actionem iniuriarum spatio unius anni, crimen peculatus et delicta carnis spatio quinque annorum a die commissi delicti continuorum praescribi. Verumtamen si agatur de delictis quae successiva sunt et permanentia, in his nulla praescriptio locum habet, nisi a die cessantis delicti, quemadmodum si delictum fuerit *totaliter* occultum, praescriptionem non a die commissi criminis, sed a die scientiae accusatoris vel inquisitoris currere placet.

Illud demum haud praetereundum est, quod criminibus raptus, stupri per vim illati, et adulterii cum incestu coniuncti, nonnisi lapsu viginti annorum praescribatur: criminibus vero suppositi partus, parricidii, assassinii, laesae maiestatis, duelli, falsae monetae, apostatatus, haeresis, simoniac, concussionis, abortus et sodomiae nullo unquam tempore praescribatur, sed perpetuo horum criminum rei, dum vivant, accusari et inquiri possunt ». — S. C. EE. et RB. 21. Mart. 1898.

13.— *T)e prirata indicis scientia in causa matrimoniali*

‹ 1.° An matrimonia possint in foro externo declarari nulla atque invalida, quando eorum nullitas in foro conscientiae cognoscitur, sed non potest in foro externo probari? — 2." An praefati coniuges ad aliud possint admitti matrimonium, quamdiu impedimentum sui prioris matrimonii manet occultum, atque nullitas praedicti sui matrimonii non est probata in foro externo? — 3.° Quomodo agendum sit cum iis, qui ad alias nup-

tins transiere, quamvis impediment mu prioris sui matrimonii occultum maneat, neque probari possit iu foro externo? — 4.“ An liceat huinsmodi coniugibns, si nullum adsit, neque timeatur scandalum, in posteriori suo matrimonio remanere, quamvis nullitas prioris in foro externo probata non fuerit? — R. Ad 1.„„n Negative. Ad 2.″′n Negative. Ad 3,nra In foro externo, secundum matrimonium nullum esse habendum. Ad 4”“ In foro externo non licere; monendi tamen coniuges, ut impedimentum notum faciant, et Vic. Ap. utatur facultate dispensandi».— S. C’. de P. F. 11. Februarii 1804.

18.— *De sententia indicis pro opinione minus rei aeque probabili*— Cf. supra η. 114.

19. — *De sententia divortii a laico indice pronuntianda*

« Non sine magno animi dolore, seu potius horrore, didicerunt Patres Imius provincialis Synodi, quosdam huiusce regionis legislatores nuperrime proposuisse, ut constitueretur *Curia divortii, cuius munus esset divortium a vinculo pronuntiare propter causam adulterii.* Praeterquam enim quod talis lex, quam Deus avertat, Dei omnipotentis et sapientissimi institutionis foret subversio, et Ecclesiae Christi iurium usurpatio, nemo ignorat aut ignorare potest, quot et quanta mala ex tali divortio dimanent, quae illud societati civili infensissimum reddunt. Sub spe enim divortii futuri matrimonia imprudenter contrahuntur, iurgia, et, quod horret animus dicere, ipsa adulteria provocantur, vinculum caritatis inter familias irreconciliabili odio locum cedit; fortunae in discrimen ponuntur; tota societas scandalizatur. Quid tandem de filiis fiet, quorum parentes divortium obtinuerunt? — Nos vero, quos Deus speculatores posuit in hac parte Ecclesiae suae, dioecesanos nostros *semper meminisse volumus, nullum posse, salva conscientia,* 1° pro tali lege suffragium ferre; 2° *in tali ('uria divortii,* actoris partes agere, vel indicis, vel notarii seu cancellarii, formaliter vel alio quocumque modo concurrere: non tamen intendimus damnare eos, qui coacti testimonium ferent de ipso facto adulterii ». — Cone. Prov. Quebecens. IV. a. 1868. Coli. Lacensis Torn. 3. col. 718.

« Lex Confoederationis Helveticae de statu et matrimonio civili lata sancivit; causas matrimoniales omnes et singulas, suppressa ex nunc ct deinceps ecclesiastica jurisdictione, in tribunalibus laicorum ad normam tractandas esse, quae in causis civilibus statuitur, sententiasque in iis proferendas esse secundum praescriptiones iuris communis et novissimae latae legis, qua matrimonia etiam catholicorum sub certis rationibus valde levibus perpetuo dirimi atque quoad vinculum dissolvi possunt, ita ut ciusmodi coniuges litigantes, post latam indicum saecularium sententiam divortii, ad alia matrimonia contrahenda, si voluerint, possint transire. Quaeritur igitur:

Dùbûlm quintum: Utrum indices catholici et advocati in eiusmodi tribunalibus laicis causas matrimoniales tuta conscientia suscipere ac defendere, sive cognoscere et indicare possint?

Dubium sextum: Utrum iidem indices catholici et advocati, secundum recentem Helvetiae legem, matrimonii vinculum *ut dissolvendum proponere seu ut dissolutum declarare tuta conscientia possint,* necnon

declarare eiusmodi coinages ad aliud matrimonium contrahendum posse transire, sicut lex civilis hoc in casu indicare et declarare indices expresse iubet et urget?

In disserenda haere quaestione obliviscendum non est quod tribunalia saecularia, quorum est indicare de causis civilibus, *eadem* sunt quibus nova lege incumbit causas matrimoniales cognoscere et indicare, Quod si ergo indicibus catholicis vetitum fuerit eiusmodi tribunalibus intéresse. in magnum damnum civium ea tribunalia iis indicibus privari experiemur, qui timore Dei repleti pie et inste indicant.

R. *Ad quintum et sextum.* Quoad indices, recurrat in casibus particularibus. Quoad advocatos, dentur responsa iam data episcopo Suthwariensi, nempe: F. III. loco IV. d. 22. Maii 1860. ad dubium: Utrum advocatus catholicus possit defendere causas partis conventae contra actorem vinculi solutionem exquirentem? Responsura fuit: Dummodo episcopo constet de probitate advocati, et dummodo advocatus nihil agat, quod a principiis iuris naturalis et ecclesiastici deflectat, posse tolerari. — Et ad aliud dubium: Utrum liceat advocati, et actoris partes agere quando tinis litis est simplex separatio absque ulla sententia matrimonii nullitatem secum ipsa trahente? Responsum fuit: Provisum in praecedentibus, et feria IV. 19. Decembris eiusdem anni: Dummodo pars catholica nullum aliud tribunal adire possit, a quo sententiam obtineat separationis quoad thorum et mensam, et dummodo sententia huius tribunalis nullum alium habeat effectum quam separationem praedictam, posse tolerari ut catholici in eo foro actoris et advocati partes agant, et dummodo adsint iustae separationis causae indicio episcopi: et si quid habeat praeterea dubii, recurrat exponens omnes circumstantias et legis dispositiones ». — S. O.3. Apr. 1877.

« Post nuper restitutas penes Gallos an. 1884. divortii leges, plura a nonnullis episcopis GaIliarum dubia hnic S. R. et U. Inquisitioni proposita sunt, utrum nempe fas esset indicibus laieis in causis de separatione coniugnm sive circa vinculum sive circa habitationem tantum ius dicere; utrum advocatis et procuratoribus huiusmodi causas agere penes indices laicos; utrum his, ad quos de iure pertinet, defensores officiosos, quos vocant, deputare: utrum denique syndicis vulgo *maires)* divortium pronuntiare.

EE. PP. una mecura Inquisitores generales, re mature perpensa, in f. V. loco IV. die 25. lun. 1885. ita decernendum esse censuerunt:

Attentis gravissimis rerum, temporum ac locorum adiunctis tolerari posse, ut qui magistratus obtinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant, quin officio cedere teneantur, dummodo catholicam doctrinam de matrimonio deque causis matrimonialibus ad solos indices ecclesiasticos pertinentibus palam profiteantur, et dummodo ita animo comparati sint tum circa valorem et nullitatem coniugii,tum circa separationem corporum, de quibus causis indicare coguntur, ut nunquam proferant sententiam, neque ad proferendam defendant, vel ad eam provocent, vel excitent divino aut ecclesiastico iuri repugnantem, et in casibus dubiis vel difficilioribus suum quisque Ordinarium adeat, eius indicio se dirigat, et quatenus opus sit, per eius medium ad Apostolicam Poenitentiariam recurrat.

Hoc decretum Sanctissimus Pater ratum habuit ideoque omnibus in Gallia archicpiscopis et episcopis notum fit pro eorum norma per has litteras ceteroquin non evulgandas».

‹zV nonnullis Galliarum episcopis sequentia dubia S. R. et U. Inquisitioni proposita sunt. In Epistola S. K. et U. Iquisitionis 25. lun. 1885. ad omnes in Gallica ditione Ordinarios circa civilis divortii legem ita decernitur: Attentis gravissimis rerum, temporum ac locorum adiunctis, tolerari posse, ut qui magistratus obtinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant, (juin officio cedere teneantur. Conditiones adiecit, quarum secunda haec est: Dummodo ita animo comparati sint tum circa valorem et nullitatem coniugii, tum circa separationem corporum, do quibus causis indicare coguntur, ut nunquam proferant sententiam neque ad proferendam defendant vel ad eam provocent vel excitent, divino aut ecclesiastico inri repugnantem. Quaeritur: l.° An recta sit interpretatio perGallias diffusa ac etiam typis data, iuxta quam satisfacit conditioni praecitatae index qui, licet matrimonium aliquod validum sit coram Ecclesia, ab illo matrimonio vero et constanti animo abstrahit, et applicans legem civilem pronuntiat locum esse divortio, modo solos effectus civiles sohimque contractum civilem abrumpere mente intendat, eaque sola respiciunt termini prolatae sententiae? Aliis terminis, an sententia sic lata diei possit divino aut ecclesiastico iurc non repugnans? 2.° Postquam index pronuntiavit locum esse divortio, an possit syndicus, (gallice, *le maire),* et ipse solos effectus civiles contractus intendens, ut supra exponitur, divortium pronuntiare, quamvis matrimonium validum sit coram Ecclesia? 3.° Pronuntiato divortS), an possit idem syndicus coniugem ad alias nuptias transire attentantem civiliter cum alio iungere, quamvis matrimonium prius validum sit coram Ecclesia, vivatque altera pars? — R. Ad l."m 2.""", et 3.""' dubium negative ». — S. I. C. 27. Maii 1886.

«Le 14. Septembre 1886. *Prince... A* suite de ma demande, Son Eminence (le Card. Secret. d'Etat) vient de me faire savoir, d'après les ordres de Sa Sainteté, que la Congrégation du Saint-Office a déclaré, que le décret du 27 Mai ne concerne pas la Belgique, et que. par conséquent, rien n'est modifié en ce pays en ce qui touche la matière du divorce. f *Dominique, archevêque de Thessalonique, Nonce Apostolique ».* — *Ad Alinistrum Negotior. Exter. Bruxellis.*

« *Alons. Vmo.* Ho riferito a lΓEminentissimo Penitcnzierc Maggiore il easo del Sindaco di eodesta Diocesi, che in forza dei suo officio dovrebbé assistere a] matrimonio civile di un tale die è già legato in faccia alla Chicsa, e per comando del lodato Enio devo significarle, che non puo il nominato Sindaco in verun modo prestarsi ad un atto cosi contrario alla sautità del matrimonio. Quindi qualunquc sieno le circostanzc del caso deve assolutamente astenersi da tale assistenza, ancorchè poi ne seguisse che dovesse dimettersi. Dalia 8. Penitenzieria li 28 Nov. 1883. *Luigi Martini, sostit. della S. P. »* — Ad Epise. Ferent, in Italia.

‹ Index quidam Gallus, oliin theologiae cultor, confessarium adit, variisque peccatis mortalibus declaratis, subiiingit: De sententiis a me latis in materia divortii civilis nihil est quod dicam, Pater. Soleo enim divortium civile declarare quotiescumque adsuntmotiva gravissima sive ex parte mea, sive ex parte eorum, qui ad me causam deduxerunt.— Prave actum, reponit sacerdos, neque decisionem legisti, qua nuper (27.

Maii 1886. Oongr. gen. S. R. et U. I. indices ita agere vetuit Imo hanc plane novi. Pater, neque tamen me peccasse existimo propter sequentes rationes.· 1.' .Vovisti et tu. Pater, responsum nomine SS. Pontificis Gubernio Belgii datum a Nuntio Apostolica. Porro actus in Belgio toleratus, et in Gallia tolerari potest, recurrentibus iisdem circumstantiis, nisi certo afferatur prohibitio positiva S. Pontificis, quae per simplicem approbationem Decreti S. 0. minime constituitor. 2.° Non concordant theologi circa huiusmodi decisionis valorem. 3.° Denique, et hic est rei praecipuus cardo, in propositione ex vario capite instissime damnata (27. Maii 1886. ne unum quidem verbum legitur de gravissimis rationibus, quae sive ex parte indicis, sive ex parte postulantium occurrere poterunt. Quum igitur opinionibus vere probabilibus liceat uti, et rite dispositus. ut confido, peccata mortalia tibi declaraverim, humilis te rogo. Pater, absolutionem mihi impertire velis, ad quam ex omnium doctrina ius habeo. — Confessarius adlaborat. ut poenitentem inducat ad deponendum talem sententiam, sed frustra. Aliunde rationibus, quas protulit index, motus, non audet sententiam suam illi imponere, et poenitentem absolutum in pace dimittit. — Quaeritur: Utrum confessarius recte egerit? - R. Confessarios teneri circa quaestionem propositam indices dirigere iuxta recentes declarationes a S. Sede editas >. — S. Poenit. 4. Apr. 1887.

« N.... Lucionensis, cuius matrimonium validum fuit coram Ecclesia, divortium postulavit, iuxta nefandam legem, quae nunc viget in Gallia, iamque indices civiles pronuntiarunt locum esse divortio. Coniux N....ut fert art. 264. legis praedictae, mox se sistet cum alio coniuge coram Syndico. ut ille pronuntiet divortium. Si autem syndicus pronuntiare recusaverit, absque dubio, magistratu spoliabitur, quod valde periculosum erit rei catholicae, cuius strenuum defensorem Syndicus ille se semper probat. — Quaeritur an. propter gravissimas circumstantias rerum, temporum ac

ut praemissis debitis declarationibus divortium in casu simili pronuntiet. Et aliunde ex quo idem responsum publici iuris factum est, magis magisque invaluit opinio actum indicis divortii sententiam ferentis, atque syndici illud pronuntiantis, dummodo praemittantur praescriptae declarationes, non esse iuri divino contrarium, nec, proinde malum intrinsecum. Quapropter orator, utpote quia hucusque oppositam sententiam ex decretis a S. R. U. I. bac de re latis, tanquam unice veram tenebat et docebat, supplex, ut propriae in obeundo episcopali suo munere conscientiae consulat, responsum super duplici sequenti dubio expostulat: 1.° Utrum ex memorato S. Poenit. ad episcopum. Ord. Lucionen. rescripto deducere liceat universim syndicos in Gallia, qui secus officio suo cedere cogerentur, praemissis debitis declarationibus, divortium inter coniuges, in facie Ecclesiae ligatos, tuta conscientia pronuntiare posse? 2.° Utrum idem dici valeat de indice civili, inter similes coniuges, et sub iisdem declarationibus, divortii sententiam ferente? —R. Ad primum S. Poenitentiariani in rescripto, de quo agitur, edendo, id unum in mente habuisse, ut casui particulari pro eius circumstantiis et exigentiis provideret. Ad secundum negative ». — S. Poefiit. 4. lun. 1890.

95. — *De clericorum sanctitate*

«Sic decet omnino clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum prae se ferant ». — Trid. S. 22. C. 1. de R.

« 8. Sacerdotes quomodolibet criminose viventes, sacerdotii polluunt potestatem, et, sicut filii infideles, sentiunt infideliter de septem Sacramentis Ecclesiae, de clavibus, officiis, censuris, moribus, caeremoniis et sacris rebus Ecclesiae, veneratione reliquiarum, indulgentiis et ordinibus ». — Art. Io. Huss d. a Cone. Const.

97. — *De clericorum caelibatu*

«Nullum subdiaconum facere praesumant episcopi, nisi qui victurum caste promiserit, quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi huius castitas ante susceptum ministerium fuerit probata. » — C. 1. D. 28.

« Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto, anathema sit ». — Trid. S. 24. c. 9.

Damnavit Pius IX. duos errores de clericorum caelibatu abolendo, et de statu matrimonii statui virginitatis anteferendo. Confodiuntur prior in Epist. encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1849., posterior in Litt. Apost. *Multiplices inter* 10. lun. 1851.

De continentia clericorum quoad Graecos

«... Qui germanam traditionem de caelibatu ac continentia cleri sedulo expenderit, inveniet profecto, vel a primis Ecclesiae catholicae saeculis, si non generali et explicita lege, moribus saltem ac consuetudine fuisse firmatum, ut nedum episcopi ct presbyteri, sed et clerici in sacris constituti virginitatem vel perpetuam continentiam inviolate servarent-

Eadem qnîppe sacri ministerii dignitas, cui otlicia prope divina tribuuntur, id exigere videbatur, ut qui immolare ae etiam producere deberent immaculatam victimam, quae ipsa est sanctitas ac puritas, aut virginitatis candore aut perpetua continentia niterent. Amplissima insuper Sanctorum Patrum traditio vel virgines vel post nuptias perpetuo continentes demonstrat Apostolos. unde et ipsi non alios sibi successores adscivere, quam qui virginitatem coluissent, aut inviolatam continentiam profiterentur. Hic non immorandum quid Apostolorum exemplo ac institutis edocta egerit Romana Ecclesia ceterarum Mater ac Magistra, quippe quae nunquam illam servandae castitatis obligationem intermisit, per totam occidentalem Ecclesiam salubriter propagavit, ac tandem inviolabili lege saneivit. Sed et apud orientales caelibatus aut continentia clericorum, praeterquam quod maximo fuit semper in honore, antiquissimo ab usque tempore, in ecclesiis praesertim, ubi disciplina episcoporum sedulitate florebat religiose servabatur. Epiphanias siquidem, vir sanctitate ac doctrina insignis quique orientalis Ecclesiae disciplinam optime norat, in expositione catholicae fidei n. 21.? conceptis verbis affirmat, « sacerdotium ex virginum ordine praecipue constare, aut si minus... ex his, qui a suis uxoribus continent, aut secundum has nuptias in viduitate versantur ». Principio etenim, prout loquitur Hieronymus L. adv ers. lovinian.), « quia rudis ex gentibus constituebatur Ecclesia », ad sacerdotium aliqui etiam assumebantur, qui iam matrimonio iuncti fuerant, sed vel in viduitate continentes, vel vitam ita degebant, quasi uxores non haberent. Unde idem Epiphanius haeresi 59. diserte fatetur, quemadmodum « sancta Dei praedicatio in diaconum, presbyterum, episcopum et hypodiaconum non suscipit unius uxoris virum liberos adhuc gignentem, sed eum qui se ab unica continuit aut in viduitate vixit, maxime ubi sinceri sunt canones ecclesiastici ». Neque contraria alicuius Ecclesiae particularis consuetudo seu inobservantia quidqnam obstat, dum sermo instituitur de disciplina Ecclesiae orientalis: etenim apposite idem Epiphanius prosequitur: « At dices mihi: omnino in quibusdam locis liberos adhuc gignere presbyteros, diaconos et hypodiaconos: at hoc non est iuxta canonem, sed iuxta mentem hominum ». Quapropter ambigi nequit, quin Epiphanii tempore clerici (ab hypodiacono ad episcopum· caelibatum vel continentiam colerent. Quod aptissime firmari etiam potest testimonio Hieronymi, qui ob diuturnam in Oriente commorationem, illius Ecclesiae mores ac disciplinam perfectissime noverat: porro S. Doctor Vigilantio, clericali continentiae infensissimo, praeter alia argumenta, factum opponit universalis Ecclesiae: « Quid facient Orientis Ecclesiae, quid Aegypti et Sedis Apostolicae, quae aut virgines clericos accipiunt aut continentes; aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt? Haec denique universalis Ecclesiae traditio, hi mores erant, ubi prior disciplina vigebat ».

Putant quidam Graecorum et nimis confidenter asserunt, episcopos in Oriente sponte sua, non aliqua lege adstrictos servasse continentiam, quam dicunt primo in Trullana Synodo fuisse sancitam: ast praeter clarissima Patrum testimonia vel ipse lustinianus, qui longe ante Trullanos canones leges disposuit, quique profitetur, se esse priorum canonum exsecutorem, non semel inculcat, ut episcopi vel ex ordine eligantur monachorum, vel ex clero quidem, sed ii. qui neque uxorem habeant, aut illi saltem non cohaereant (Lib. 1. Cod. de Episc. et Cler. L. 4., Novell. 123.

c. 14.29.). Eadem insuper viget disciplina apud sectas orientales, quae vel ante Justiniani tempora ab unitate defecerant; omnes quippe in eo conveniunt, ut. episcopi eligantur caelibes. (Cous, itinerar, hierosolymit. loannis Catovici, qui conceptis verbis id testatur de Chaldaeis Nestorianis, de Maronitis).

Longe aliter accidit quoad presbyteros aliosque clericos; etenim qnae erat tempore Epiphanii inobservantia seu laxa alicuius Ecclesiae particularis consuetudo, ita tractu temporis radices agere ac propagari coepit, ut tandem totam pene orientalem Ecclesiam pervaserit; et invalescente consuetudine, quod tantum cantoribus lectoribusque permissum erat, etiam presbyteris tributum fuit, aliisque clericis in sacris constitutis, ut nimirum ciun uxoribus, (pias ante sacram ordinationem duxerant, consuescerent. Qniuimo eo usque in aliqua provincia orientali se]>rotulit laxioris disciplinae aestus, ut nonnulli etiam post sacrorum ordinum susceptionem matrimonium attentare praesumpserint; quod tamen utroque iure, ecclesiastico videlicet ac caesareo, et quidem ante Trullanos canones, severe ac sub gravissimis poenis improbatum prohibitu nique fuit, ut vel ipsae lustiniani leges luculenter ostendunt. Etenim praefatus imperator graviter conqueritur de quibusdam clericis, qui, *despicientes sacros canones,* post ordinationem nuptias attentare praesumpserant (Cod. Lib. 1. Tit. 3. de Episc. et Cler. § Sacris canonibus). Sacri siquidem canones severe vetabant sub poena privationis sacri ministerii, ne qui ex presbyteris, diaconis ac subdiaconis post huiusmodi ordinationem coniugari possent; « unde, prosequitur idem Justinianus, quemadmodum sacris canonibus prohibita snnt talia, sic et secundum nostras leges rem ipsam prohiberi »; et canonicas poenas civilibus cumulans, tilios ex tali nefaria coniunctione susceptos illegitimos decernit ac si ex incestuoso coniugio prognati essent: «ita ut neque naturales aut nothi seu spurii intelligantur, sed prorsus et undique prohibiti, et successionis genitorum indigui». Hactenus Justinianus. Et quamvis in iuribus ecclesiasticis, ut rectissime loquitur Benedictus XIV., potestati laicae sola relicta sit gloria obsequendi, non auctoritas imperandi; tamen in re, de qua agitur, imperator loquitur relative ad sacros canones. (Instruet. *Eo quamvis tempore,* d. 1. Maii 1745.).

Neque obstat quod provinciale Concilium Ancyranum canone X. diaconis, si in ordinatione contestati fuerint, se non posse continere, permisit, ut vel post ordines susceptos matrimonium contrahere possent: esto enim quod canon ille concessionis vim habuerit pro Ancyrana provincia: non poterat certe orientalis Ecclesiae disciplinam immutare, et revera non immutavit, prout perspicuis verbis una testantur Epiphanius, Hieronymus aliique patres, et ipse imperator apertissime tuetur (Auth. Coll. IX. Tit. IV. Nov. 123. Cap. XIV. — Non valente eo qui ordinat in tempore ordinationis permittere, diaconum aut subdiaconum post ordinationem uxorem accipere, etc.). Quapropter vel ipsa Trullana Synodus canone VI. sub depositionis poena generarim decernit, ut nulli penitus subdiacono vel diacono aut presbytero post ordinationem nuptias contrahere liceat (Can. VI. Cone. Trull. — Quoniam in Apost. Canonibus, Can. 27., dictum est, eorum, qui non ducta uxore in clerum promoventur, solos lectores et cantores uxorem posse ducere; et nos hoc servantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono, vel diacono, vel presbytero post sui ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus, deponatur, etc.); unde etiam

Graecorum canonistae nitro fatentur, canonem Concilii Ancyrani a Quinisesto fuisse penitus abrogatum (Balsam., Zonaras, Aristcnins aliique.— Const. Arend. Lib. 7. Cap. 87. et Bened. XIV. Instruct. *Ko qnamris tempore).*

Quae cum ita sint. facile quisque videt quantum a germana orientalis Ecclesiae disciplina sit alienus mos ille, ut hypodiaconi, contrahentes post huiusmodi ordinationem matrimonium, ad superiores ordines promoveantur, com hoc vel ab ipsa Trullana Synodo penitus abhorreat.

Quapropter Sanctitas Sua, cui summopere est cordi, ut mores istius provinciae, quacumque corruptela detersa, ad normam purioris disciplinae orientalis componantur, haud potest quin meritis laudibus prosequatur amplitudinis tuae propositum iterato firmatum, neminem scilicet deinceps admittendi ad sacros ordines, nisi aut penitus coelibem, aut cum, qui ante hypodiaconatum. iuxta morem orientalem, legitimam uxorem duxerit. Hic igitur amplitudo tna ceterique istius provinciae antistites in proposito permanentes firmiter state, hic haerete... » — Instr. S. C. de P. F. 24. Mart. 18-58. ad Archiep. Fogarien. et Albae lulien. ritus Graeco-Rumen.

101.102. — *De restibus missionariorum*

‹ Cum in nonnulli missionibus mos utendi talari veste, praesertiu cum sacerdotes in publicum procedunt non ab omnibus diligenter ser vatus huc usque sit: immo vero alicubi graviores etiam abusus hac ii re induci coeperint; mandat haec S. 0. ut omnes ecclesiastici viri, me mores decere omnino clericos etiam habitu gravitatem moderationemqu exhibere, talares vestes sive albi sive nigri coloris, iuxta regionis cor suetudinem et S. C. Indnlta, saltem in publico deferant, atque in lio obtinendum omnis tergiversatio aut praetextus removeatur. Quod si ne cessitate cogente, aut causa itineris per aspera loca, praedictum habitui exuere cogantur, eam saltem vestem adhibeant quae sacerdotalem me destiam nullo prorsus modo dedeceat ›. — S. C. de P. F. 8. Sept. 1861 C. 326.

104.113.117. — *De obligatione (lirini officii*

« Ex Deer. Cone. Lateran. sub Leone X. ancto a S. Pio V. a. 157 beneficiarii tenentur restitnere fructus beneficii pro rata omissionis offici elapsis sex mensibus a die possessionis beneficii. In praefato enim Con Sect 9. § *Statuimus,* sic dicitur: *Statuimus quoque, ut quilibet habei beneficium, si post sex menses, obtento beneficio,officium die inion non clixeri legitimo impedimento cessante, fructus non faciat suos pro rata omission recitationis officii et temporis.* Deinde S. Pins V. in sua C. 18G. quae incip *Ex proximo Lateranensi* edita a. 1571. sic sancivit: *Statuimus, ut q horas omnes canonicas uno rei pluribus diebus intermiserit, omnes ben ficii fructus, qui illi rd illis diebus responderent: qui rero matutinu tantum dimidiam: qui ceteras alias horas aliam dimidiam ; tametsi a\ quis choro addictus non recitans, omnibus horis canonicis cum aliis pre sens adsit, fructusque ct distributiones forte aliter assignatas sola pre sentia iuxta statuta, consuetudinem rei alias sibi lucrari fecisse praetende is etiam praeter fructuum et distributionum amissionem, grare peccati intelligat se admisisse. Item ille, qui primis sex mensibus Officium n dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccati intelligat admisisse,* etc. Huiusmodi autem restitutio certe debetur ai

indicis sententiam, nt patet ex damn. Alex. VII. prop. 20., quae dicebat: *Ilestitidio a Pio Γ. imposita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit poena e.*— S. Alph. I. 3. n. 663. 666. 672., I. 4. n. 151.

<35. Unico officio potest quia satisfacere duplici praecepto pro die praesenti et crastino ». — Pr. d. ab Alex. VII.

<21. Habens cappellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suae obligationi, si officium per alium recitet ». — Pr. 21. d. ab Alex. VII.

107.112.116. — *De officio divino quoad religiosos simplicibus votis professos et moniales*

« An professi votorum simplicium, quae professioni votorum solemnium iuxta Litt. Enc. d. 19. Mart. 1857. praemitti debent, teneantur ad officium divinum? — R. Non teneri ad privatam recitationem divini officii; debere tamen choro interesse, ut solemniter professi ». — S. C. super Stat. Kegnl. 6. Aug. 1858., S. C. EE. et RR. 24.Mart. 1882., A. S. S. V. 15. p. 250. seqq., V. 16. p. 292.

«An moniales, in genere, stricte obligentur sub gravi, vi suae professionis, ad recitationem divini officii suo instituto proprii. — R. Affirmative quoad moniales vota solemnia professas iuxta regulam ab Apostolica Sede approbatam, in qua huiusmodi onus imponitur. Si tamen tale onus in regulis non imponatur, orator consulat probatos auctores relate ad obligationem, quae ex consuetudine oriri potest. Ubi vero vota simplicia sint, non teneri ». — S. C. EE. et RR. 19. Apr. 1844.

Quoad sorores, quae, temporum iniquitate, simplicia vota emittunt in monasteriis votorum solemnium, « II vescovo di Conversano chiese alla predetta S. C., se sono obbligate all'ufficio divino *sub gravi* come quelle di voti solenni, e la S. C. il di 8 Febb. 1887 rispose: Affirmative, juxta constitutiones respective monasterii ».

«Se le monache di vita claustrale, le quali hanno emesso solaraente i voti semplici, in eonformità dell'istruzione emanata in proposito dalla S. 0. dei VV. e RR., sieno tenute in coscienza alia recita dei divino ufficio *extra chorum.* — La medesima Cougr. il tutto maturatamente considerato, ha ordinato si reserivesse: Negative». — S. C. EE. etRR. 2. Maii 1883., M. E. V. 7. P. 2. n. 93.

118. — *Destitutio ob neglectas horas*

« 33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit ». — Pr. d. ab Alex. VII.

124. — *De forma horarum canonicarum*

« l.° Utrum licita fuerit annis 1748. et 1749. innovatio breviarii missalisque cenomanensium a ritu romano prorsus alienorum, amotis prius veteribus ad formam romanam correctis breviario et missali, sola episcopi et capituli Ecclesiae cenomanensis auctoritate, et inconsulta Sede Apostolica, facta aut probata? — 2.° Quatenus negative, utrum saltem huiusmodi liturgia, vi *praescriptionis,* seu consuetudinis saecularis, facta sit legitima, ita ut hodie quilibet sacerdos cenomanensis possit eam tuta

conscientia servare?-— Quatenus iterum negative, an quilibet sacerdos ceuomanensis, etiam canonicus et parochus, statim teneatur in conscientia horas canonicas persolvere missamque celebrare iuxta ritum romanum, quando scilicet privarim recitat et celebrat? R. Ad 1.“·« Negative. — Ad 2. 1 Negative. — Ad 3?" Consulat coniunctiin utramque Constitutionem S. Pii V.. videlicet illam quae incipit: *Quod a nobis,* 7. idus lulii 1568. et aliam qnae incipit: *Ex proximo,* 12. calendas Octobris 1571. ». — S. R. C.

Inn.l8ô'2. ('enomane)i, — In Bull. *Quod a nobis* Pontifex tollit et abolet omnia breviaria, quae ex institutione vel consuetudine legitima non superant dncento annos. — In alia Const. *Ex proximo,* declarat, omnes ad horas obligatos non satisfacturos muneri suo, si alio breviario utantur, atqne adeo beneticiatos non facere fructus suos.

129. — *De officio parro B. M. Virginis*

‹ Hymnus *Te Deum* in officio parvo B. Mariae V. recitari sive dici debere a Nativitate Dili usque ad Septuagesimam, et a Dominica Resurrectionis usque ad Adventum: in Adventu autem et a Septuagesima usque ad Pascha, nonnisi in festis B. Mariae V. — Si officium recitetur integrum, i. e., eum tribus Nocturnis duplicandae sunt antiphonae ad Matutinum, Laudes et Vesperas; secus vero, si unum Nocturnum tantum recitetur ». — S. R. C. 27. Febr. 1883. *Rhedonen.* ad 1. 2.

131. — *De officio defunctorum, litaniis, et salutatione angelica*

Proposito dubio de privata recitatione officii defunctorum d. 2. Nov. et litaniarum d. S. Marci ac triduo rogationum quoad religiosos praemonstr. degentes extra monasterium, de quibus tacent statuta ordinis: « An ipsi aliunde teneantur sub aliquo peccato ad privatam huiusmodi recitationem, S. R. C. rescribere rata est: Affirmative, id est teneri, prout tenentur quotquot horas canonicas recitandi onus habent ». 4. Aug. 1877. *Ord. Praemonstr.*

« Voluit Sanctitas Sua praecepitque, ut ceteris litaniarum lauretanarum Beatae Mariae praeconiis, et hoc in Ecclesia universa in posterum, addatur postremo loco, scilicet, *Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis ».* — S.R.C. 10. Dec. 1883. *Urb. et Orb.*

« An liceat, titulo specialis devotionis, litaniis Sanctorum, vel lauretanis, aliquem versiculum addere, vel novas litanias, de quarum adprobatione Ordinario nullatenus constet, in ecclesiis canere vel recitare? — R. Negative, et senentur omnino Decreta S. C., curentque ordinarii colligere et vetare formulas quascumque, tam impressas quam manuscriptas litaniarum, de quarum adprobationc non constat. Et quoniam de litaniis sermo est, quum Sacrae Congregationi innotuerit aliquibus in ecclesiis, praesertim occasione orationis quadraginta horarum, libellos adhiberi, in quibus vel peculiarium Sanctorum nomina addita conspiciuntur, vel unus, aut alter versiculus in precibus desideratur, idcirco, S. C., inhaerendo Instructioni Clementis P. IX. § 24. praecipit, ne alii adhibeantur libelli, nisi typis Reverendae Camerae Apostolicae impressi vel eisdem plane conformes ». — S. R. C.31. Mart. 1821. *Decretum generale.*

« Observanda decreta, quae omnem vetant in litaniis additionem ».— S. B. C. 14. Aug. 1858. D. 576.

« Iuxta decret uni generale eiusdem S. C. (Rituum) 31. Mart. 1821. non licet, titulo specialis devotionis, litaniis Sanctorum addere aliquem versiculum; attamen, si non versiculum aliquem, licetne addere nomen alicuius sancti, ac etiam nonnullorum Sanctorum, praecipue si illi Patroni diocceseos habeantur?... R. Negative in omnibus, iuxta decreta alias editas. » — S. R. C. 27. Sept. 1873. *Lauüen.*

Litaniae omnes, praeter antiquissimas et communes, quae in breviariis, missalibus, pontificalibus et ritualibus continentur, et praeter litanias Beatae Virginis, quae in sacra Aede Laurctana decantari solent, non edentur sine revisione et adprobatione Ordinarii, nec publice in ecclesiis, publicis oratoriis et processionibus recitentur, absque licentia et adprobatione S. R. Congregationis ». — S. C. Indic. 23. Apr. 1860. Adde laudatis litaniis litanias SS. Nominis lesu et SS. Cordis lesu. S. R. C. 2. Apr. 1899. *Urb. et Orb.*

« Eam consuetudinem interponendi inter primam et secundam partem salutationis angelicae illa verba: *Benedictus lesus Salvator mundi, rogo Deum ut nobis det lesuin cognoscere, in deston credere, in desum sperare, amare desum, desum imitari,* abrogandam omnino a te esse, atque ex mandato huius S. C. prohibendam. Nihil quidem in ea precatione continetur quod non sit sanctum et pium, sed salutationem angelicam, quae tantam in Ecclesia obtinet auctoritatem, disiungi, atque inter eius primam ac secundam partem intermisceri aliam precandi formulam quae ab Ecclesia recepta non est. haud tolerandum esse ducit S. C. ». — S. C. de P. F. 19. Apr. 1784. — D. 957. 678. 689. 995.

132. — *d)e ordine officiorum*

« Episcopum debere officium recitare et divina officia celebrare iuxta ritum suae dioecesis ». — S. R. C. 11. lun. 1605. *Pro Regulari* ad 1.

‹ Beneficiarii tenentur semper ad officium propriae ecclesiae; simplices vero sacerdotes conformari possunt cum officio loci, ubi morantur ». — S. R. C. 12. Nov. 1831. *Marsorum* ad 46.

« An sacerdotes saeculares, qui censentur alicui ecclesiae adscript!, (plia missam ibidem celebrant, confessiones excipiunt, aut aliud quodcumque sacrum ministerium exercent, possint officium recitare de Patrono, vel Titulari eiusdem ecclesiae, qui non est Patronus civitatis vel loci, ut habeatur uniformitas inter sacerdotes illos et pastorem ac vicepastores ecclesiae, qui celebrant festum Titularis eiusdem ritus duplicis 1. class, cum oct. etiamsi nulla adsit obligatio ad chorum? — R. Iuxta alias decreta negative; non enim censeri, sed revera esse debent adscript! stricto servitio ecclesiae, uti parochus et viceparochus ». — S. R. C. 7. Dec. 1844. *Mechlinien.* ad dub. 1.

« Magistri et alumni in seminario degentes, tenentur ad officium ecclesiae seminario adicctae, quamvis alibi missam celebrent, sacris functionibus assistant, et confessiones excipiant. — S. R. C. 7. Sept. 1850. *Adrien,* ad 1.

‹ In itinere (regularis ad chorum obligatus) sequetur divini officii calendarium coenobii, cx quo discessit: dum pervenit et manet in altero coenobio, etsi ad tempus, huius calendarium sequatur. Tempore quadragesimae divini verbi praecones commorantes extra coenobium se conformare debent ad provinciae calendarium, sine ulla diversitate, pro

omnibus quolibet anno extensum ». — S. R. C. 31. Aug. 1839. *Ord. min. S. Franc. capuccinor.* ad 1. 2., 25. Sept. 1852. *Ord. min.*

‹ Decretam, quo S. **It** C. die 31. Aug. 1839. praescripsit aliquibus regularibus debere se conformari officio communitatis, in qua, licet ut mere transeuntes, habitant, intelligendum est de illis solis regularibus recitantibus officium divinum in choro, non vero de omnibus indiscriminatim, licet ad chorum non teneantur ». — S. R. C. 18 Sept. 1877. *in tina Soc. Jesu ad* 3.

‹An religiosi utriusque sexus proprium calendarium non habentes uti debeant calendario dioecesano?— R. Affirmative, additis officiis peculiariter concessis regularibus in illa dioecesi commorantibus ». — S.R.C. 22. lui. 1848. Dubior. ad 1.

«Afonialium capellani et confessarii non possunt earum officium recitare ».— S. R. C. 21. Mart. 1795. *Conimbricen* ad 3.

Officia rôtira per annum loco ferialium

Datum est ‹ Indultum generale, tam capitulis et ecclesiasticorum communitatibus qnibuscumque, quam singulis de utroque clero, persolvendi officia votiva per annum loco officiorum ferialium, praeterquam in feriis 4. Cin., totius temporis Passionis ac sacri Advent, a d. 17. ad 24. Dee.; quoad choralem quidem recitationem, de consensu capituli seu communitatis ab Ordinario semel pro semper adprobando; quoad privatam vero recitationem ad libitum singulorum de clero ». — S. R. C. 5. Iulii 1883. *Urb. et Orb.*

« 1. An verba indulti. *quoad privatam vero recitationem ad libitum singulorum de clero* intelligenda sint de eis tantum, qui nullo canonico titulo ad chorum tenentur? — 2. An statuta, de consensu capituli, seu communitatis ab Ordinario approbato, recitatione officii votivi, liceat quandocumque ab ea acceptatione recedere? — 3. An indultum ipsum ita acceptari possit, nt quibusdam anni diebus de feria aliis vero de votivis officiis in chorali recitatione agi valeat? — Ii. Ad 1.'"” Affirmative. Ad2.nra et 3.°· Negative. Atque ita rescripserunt, declaraverunt, ac servari mandarunt. » — S. Ii. C. 10. Nov. 1883. *Dubior.*

133. — *Recitatio unius officii pro alio*

« 34. In die palmarum recitans officium paschale satisfacit praecepto ». — Pr. d. ab Alex. VII.

‹ An satisfacit obligationi suae clericus in ordinibus sacris constitutus, qui sponte vel invitatus se adiungit clero, officium ab officio ipsius clerici diversum canenti vel recitanti? » —R.Negative, secluso privilegio ». — S. R. C. 27. lan. 1899. — Cf. S. R. C. 11. lun. 1605. *Pro regulari* ad 3.

‹ Utrum, si in choro, vel privatim, omissum est per oblivionem, aut inadvertentiam fieri officium duplex, vel semiduplex alicuius Sancti eodem die quo debebat secundum rubricas, *debeat* illud fieri in aliquo alio die, vel eiusdem mensis, vel alterius sequentis, non impedito officio novem lectionum? — 11. Negative ». — S. R. C. 17. lun. 1673. *Dub.*

137. — *Commemorationes in vesperis*

« Post orationem diei, ante ceteras, commemorationem semper agendam esse de alio cuiuscumque ritus festo, quod concurrat, si locum habeat,

deinde reliquas iuxta ordinem, quem seu Rubrica Gen. Breviarii Titul. IX. n. 11. seu Tabella occurrentiae in eodem Breviario inscripta praecipiunt. Qui ordo sequentis tenoris est: 1. de Dominica privilégiât», 2. de die octava, 3. de duplici maiori, 4. de duplici minori, ad instar simplicium redactis, 5. de Dominica communi, 6. de die infra octavam Corporis Christi, 7. de semiduplici, 8. de die infra octavam communem, ad simplicem ritum pariter redactis, 9. de feria maiori vel vigilia, 10. de simplici. Atque ita servari mandavit ». — Decr. Gener. S. R. C. 5. Febr. 1895.

Commemorationes in suffragiis ante completorium

Commemoratio de Patrono vel Titulari ecclesiae facienda, commemoratio est de Patrono vel Titulari ecclesiae propriae, nempe cuius servitio quis quocumque canonico titulo addictus sit. Praeter commemorationem de Titulo seu Patrono ecclesiae, et quoad regulares de proprio Fundatore, nulla de Patrono *loci* vel *dioeccseos, provinciae,* aut *regni* vi rubricae facienda est commemoratio, nisi contraria vigeat consuetudo. Ita ex Decr. Gener. S. R. C.

Notandum hic, quod « *Titularis,* sive *Patronus ecclesiae* is dicitur, sub cuius nomine seu titulo ecclesia fundata est, et a quo appellatur. *Patronus* autem *loci* proprie is est, quem certa civitas, dioecesis, provincia, regnum, etc. sibi delegit velut singularem ad Deum patronum, servatis in eiusdem electione regulis in Decr. s. m. Urbani VIII. 23. Mart. 1630. statutis ». S. R. C. 9. Maii 1857. *Briocen.*

141. — *De oratione addenda post matutinum*

An finito matutino, cum in privata recitatione, a laudibus separatur, dicenda sit oratio de officio diei? — R. Orationem officii addendam esse. — S. R. C. 18. Maii 1883. *Alarianopolit.* — Post respectivam orationem addenda sunt: v. *Dominus vobiscum,* etc., v. *Fidelium animae,* etc., necnon *Pater noster,* etc. — S. R. 0. 1. Febr. 1886. *Dub.*

145. — *Additiones ex devotione* — Cf. n. 131.

148. — *De tempore recitationis* — Cf. supra n. 1571.

153. — *De matutino et laudibus pridie recitandis*

«Quanam hora liceat incipere privatam recitationem matutini cum laudibus vespere diei praecedentis? — R. Privatam recitationem matutini cum laudibus diei subsequentis incipi posse quando sol medium cursum tenet inter meridiem et occasum ». — S. R. C. 16. Mart. 1876. *De Zacatecas.*

170. — *Impossibilitas integrae recitationis*

« 54. Qui non potest recitare matutinum et laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia maior pars trahit ad se minorem ». — Pr. d. ab. Innoc. XI·

174. — *De clericis militiae adseribendis*

« Suprema, cui a S. Officio nomen est, Congregatio, de mandato sibi a SSnio Patre funestae legis de militari delectu ab italico dominatu nuper promulgatae examine quatenus ea clericos attingit, sacris ordinibus

initiandos, postquam ad hanc rem sedulo animum intenderet in comitiis F. V. Ioe. IV. 9. Sept, hoc anno 1875. habitis, eo consilio percita ut. quoad eius Heri possit contra innumeras, quae aggeruntur, difficultates, eorum clericorum promotionem, qui omnibus per sacros canones praescriptis conditionibus rite praediti sunt, facilem reddat, et ii arceantur. qui, postquam stipendia fecerint, certam cantionem haud exibcnt se in bonos utilcsque presbyteros evasuros: opportunum indicavit Kiiiis dioecesium italiearum episcopis regulas quasdam, praeceptiones et documenta praebere, quae variis possibilibus eventis applicari possunt; quaeque omnes consequentibus articulis comprehenduntur.

1. Quoad illos ecclesiasticos alumnos, qui ad primani eathegoriam, per summum infortunium, pertinent, nec sperare possunt fore, ut a militia subeunda quandoque eximantur, nec, deficiente pecunia, per annum voluntariae militiae nomen dare, eornmdem ad sacros ordines promotio omnino differatur oportet, quousque tribus aut quinque annis stipendia milites conscripti fecerint, praeviis qnidem divinae vocationis indubiis argumentis.

2. Xeutiquam expedire videtur peculiaribus in casibus invocare, gratiae loco, anni 26, dilationem ab subeundam sive voluntariam unius anni, sive coactam trium annorum militiam eorum exemplo, quos legis articuli VII. VIII. IX. memorant: eo quidem consilio ut studia compleantur, et sacri recipiantnr ordines: quia, etsi huiusmodi petitiones fortasse exciperentur, funesta tamen atqne irreparabilia exinde incommoda cum Ecclesiae, tum vero etiam alumnis ipsis consequi possent, si forte contingeret, eos, quo tempore stipendia faciunt, divinam, ut aiunt, vocationem amittere atqne in nequitiam erroremve abduci.

3. Utilius videtur militiam uno anno sponte subeundam assentiri. Ad quem scopum Rnii episcopi piam sive inter clericos, sive inter laicos catholicos societatem, cui iidem episcopi praeerunt, suis in dioecesibus instituendam promovendamque curabunt; cuius largitionibus statutum a Principe pretium vel ex integro, vel ex parte pro varia alumnorum conditione solvi possit, atque iisdem voluntariae militiae tempore opitulari.

4. Hoc beneficium nihilominus in illos tantummodo alumnos conferri deberet, qui cum ob bonam ipsorum indolem, tum vero etiam ob morigeras anteactae vitae rationes spem firmissimam praebent, toto voluntariae militiae tempore in sancto proposito perstituros. atque ideo ecclesiasticae vitae curriculum deinceps proseqnnturos; ne cuius forte desidia foveatur, ac frustra pro quopiam prodigetur piorum liberalitas, qui a triennali militia abhorrens, elapso voluntariae militia anno, ab ecclesiasticae vitae proposito, divinae vocationis defectum praetexens, abscederet.

5. Alumni, qui ob quaslibet corporis pravitates a militia subeunda excluduntur, ad sacros ordines promoveri poterunt, etiam intra biennium, quo alteri militaris delectus consilio obnoxii sunt; dummodo eiusmodi sit ea pravitas, ut dubitari nullo modo possit, praecedens exclusionis indicium fore revocandum.

6. Firma tamen atque immota manent, quae per sacros canones sancita sunt, quoad illos qui corporis pravitatibus laborant, irregularitatem, quam vocant, inducentibus: pro quibus Romani Pontificis singulis in casibus dispensatio imploranda est.

7. Ampliores profecto cantiones quoad eos iuvenes clericos adhibendae sunt, qui stipendia tribus aut quinque annis coacti milites fecerunt, ac dein ecclesiasticum habitum vitamque iterum suscepturi se sistunt. Criteria in iisdem admittendis haec esse poterunt. — *a)* Divina ad ecclesiasticum statum vocatio, iam satis ante comprobata. — *b)* Commendabilis vitae ratio toto militiae tempore constanter servata. — *c)* Firmum animi propositum, statim ac domum reversi fuerint, ecclesiasticum habitum vitamque iterum suscipiendi.

8. At vero ut moralis certitudo habeatur de bonis animi dispositionibus, quas iuniores clerici inter arma, et conturberniorum pericula servarint, Rmi episcopi sollertissimam navabunt operam, iis omnibus adminiculis utentes, quae haud paucas occurrentes difficultates, sin minus superare, minuere saltem valeant: quorum aliqua heic subiecta suggeruntur.

n) Iis iuvenibus, qui cum firmo animi proposito discedunt in sancta vocatione constanter persistendi, praeter salutaria monita, ut spiritum, religionis officia quoad fieri poterit, frequentando, librosque ecclesiasticos, praesertim vero Kempisianum De imitatione Christi perlegendo, excolant atque conservent, obligatio imponenda esset, si opus sit, etiam scripto tradita, proprium episcopum certiorem continenter faciendi de locis ubi identidem cum militiae sociis diutius constituti sint, ut eosdem localis episcopi vigilantiae, charitati ac prudentiae commendare, atque ab ipso opportunas de illis cognitiones accipere possit, adseito adiutore ibi aliquo probo viro ecclesiastico, vel etiam laico, ex iis praesertim, qui societati a contribuenda pecunia pro solutione vectigalis voluntariis militibus impositi, de quo supra in art. 3., nomen dederint. Haec tutelae species necessaria, nedum valde utilis, reputatur; nec Rmis episcopis adeo grave videatur huiusmodi officium sibi mutuo exhibere.

b) Si de quorum moribus satis aequae relationes habitae fuerint, domum reversi in clericorum numerum denuo admitti poterunt, at vero non ita facile ad sacros ordines: prius enim haud dubia divinae vocationis argumenta exigenda forent imposita iisdem clericis mora unius alteriusve anni in aliquo ecclesiastico collegio, aut in ipso seminario, disiunctim tamen ab alumnis; et ubi huiusmodi loca desint, eos regimini ac sollerti vigilantiae alicuius probi, docti et prudentis presbyteri subiicere praestat; ut in ipsis iuvenibus spiritus ecclesiasticus reviviscat, vitiaque corrigantur, quae quantumlibet cauti fuerint, summopere difficile est, eos in militiae exercitio nequaquam contraxisse.

c) Denique maior aut minor sacrorum ministrorum in unaquaque dioecesi necessitas critérium esse deberet in eorumdem ad sacros ordines promotione facilius vel difficilius perficienda, ne quando uncti Domini, ingruente bello, ad militiam plus minusve diutinam, pro variis cathegoriis in quibus conscripti sunt, cum iis, quae exinde consequi solent, affatim funestis incommodis, denuo subeundam cogantur.

9. Easdem ob causas haud leviores exiguntur cautiones in beneficiis, seu canonicatibus cathedralium, conferendis, theologali praesertim, poenitentiario et parochiali: quorum postremi in eos tantummodo conferri deberent, extremae casu necessitatis excepto, qui militari delectui iam amplius obnoxii non sunt, utpote qui tricesimum nonum aetatis suae

annum sunt transgressi: quod qnidem tauquam axioma tirinisshniim profecto esset in praxi adoptandum.

10. Ad hoe consilium actu facilius reddendum, laude dignum esset atque utile, per Rows episcopos ecclesiasticas, ut aiunt, vocationes in adultis incenibus ab omni prorsus militiae iterum quandoque subeundae periculo exemptis, sedulo promoveri, sive illos in seminariis, seiunctim quidem ab alumnis, ad sacrum ministerium educando, sive alios quovis modo, quem ad felicem exitum obtinendum opportunum indicabunt.

11. Si quando vero parochias ceteraque ecclesiastica beneficia iis sacerdotibus, qui etsi iuxta cathegorias ad quas pertinent, militiae cursum iam expleverint, civili tamen lege ad arma iterum capessenda, urgente bello, obligentur, conferenda, forte necessitas cogeret, prudenti Rmorum episcoporum consilio committitur specialibus, in iisdem conferendis, cautionibus uti, virum in beneficii possessionem immissum hisce in casibus amovibilem declarando; aut saltem illum prudenter adigendo ut conditioni adstipuletur. portionem reddituum atque proventuum beneficii parochialis, iuxta prudens proprii episcopi arbitrium, ei qui ipsius absentis vices interim gesturus sit, sponte relinquendi.

12. Eadem conditio in poenitentiarii et theologalis canonicatus collatione exigenda foret.

13. Cum pro varia mensium ratione, aut aliis de causis ad S. Sedem collatio spectat opportunum itidem erit, per Rihos episcopos in commendatitiis literis, quae dantur, conditionis, in qua versantur ii, qui ad beneficium assequendum concurrunt, expressis verbis mentionem fieri; videlicet utrum legi militiae quandoque subeundae sint, nec ne adhuc obnoxii.

14. Eaedem vigilantiae rationes, in art. 8. sub lit. *a* adnotatae, quoad illos ecclesiasticos viros adhibendae essent, de quibus in art. 11. sermo est, quoties hi imminente bello militarent: utque fuerint a rnilitia domum reversi per statos dies piis religionis officiis, quibus ecclesiasticus spiritus iterum excitetur, antequam sacrum ministerium denuo exercendum suscipiant. operam daturi secedant oportet.

15. Iis in casibus, qui hactenus commemorati sunt, limi episcopi parochos, ceterosque beneficia ecclesiastica habentes ab assiduae, ad quam officii sui ratione cogerentur, praesentiae lege eximere poterunt: itemque clericos et sacerdotes ab irregularitate, in quam toto militiae tempore fortasse incidere potuerint absolvere.

16. Si qui vero casus cum extraordinariis nec opinatis adiunctis contigerint, prudentiae erit Rniorum episcoporum ad S. Sedem pro opportunis praeceptionibus accipiendis confugere ». — Romae, 16 Sept. 1875.

180.— *De agitatione taurorum*

«Supposita consuetudine, quae in Hispania viget, tauros scilicet in circo agitandi, sciens orator aliquibus in locis sacerdotem in circum mitti, secum habentem s. oleum, ut. si necessitas exposcat, extremam unctionem indigenti ministret, infrascriptus humiliter quaerit: 1. Potest praelatus consentire quod sacerdos spectaculo assistat secum habens s. oleum? — 2.° Posito quod indecens appareat, in loco adeo profano rem tam sanctam haberi, posset in alio loco proximo s. oleum ad cautelam asservari? — 3.° Potest tolerari quod sacerdos, vi etiam consuetudinis, circo adsit? —

‹|^*7;*|4I--MI-MK-1M

R. Ad I.""' Negative. — Ad 2,"'" Tolerari posse, ut loco propinquo sacro, vel saltem honesto et decenti s. oleum asservetur; cauto ne ex s. olei praesentia ipse lusus approbari vel promoveri videatur, neque ex condicti) fiat. — Ad 3."“ — S. Poenit. 19. Sept. 1893.

181. *De. habitatione clericorum cum mulieribus*

* Presbyteris, diaconi bus, vel subdiaconibus concubinarum et uxorum conturhenium penitus interdicimus ct aliarum mulierum cohabitationem. praeter quas Synodus Nicaena propter solas necessitudinum causas habitare permisit, videlicet matrem, sororem, amitam, vel materteram, aut alias huiusmodi, de quibus nulla valeat iuste suspicio oriri ». — Cone. Oecumen. Lateral). I. can. 3.

182. — *An liceat clericis* actiones *acquirere*

« An liceat clericis, promotis ad sacros Ordines, vel beneficia possidentibus, acquirere *actiones* societatis *accomandatariae* Civitatis Castelli », quae pecuniae commercium exercebat. — R. Non licere ». — S. C. EE. et RR. 30. lan. 1840., Bizzarri Collect. Ed. 1885. p. 530.

Dubio proposito de *actionibus* « in diversis societatibus commercialibus industrialibus vel cambiariis, etc. »: a duobus sacerdotibus haereditate acceptis et retinendis, SSmus « preces benigne remisit episcopo cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, ut, veris existentibus narratis, ad quinquennium tantum super ipsis precibus gratis gerat, statuat, atque decernat quidquid pro suo arbitrio et conscientia magis in Domino expedire indicaverit ». — S. C. C. 6. Iui. 1855.

« Utrum sit licitum ecclesiasticis personis titulos super vias ferreas emere, Incrumque ex ipsis proveniens accipere. — R. SSmus concedit facultates episcopis communicandas per S. C. EE. permittendi ecclesiasticis, ut accipiant actiones viarum ferrearum de propria pecuuia tantum » — S. O. 1. Apr. 1857.

« Non sunt inquietandi, qui nomina seu actiones viarum ferrearum, similiumque societatum aut arcarum publicae utilitati inservientium de sna pecunia acquirunt, dummodo parati sint stare mandatis Sedis Apostolicae, ct certo sciant eas societates nullum habere propositum finem illicitum, vel quomodolibet suspectum, et dummodo nullam in eis societatibus administrutionis partes suscipiant, neque actionum earundem societatum negotiationem exerceant. S. 0.17. Nov. 1875. ». —Synod. Dioec. Albanens. an. 1886. P. 4. art. 1. n. 13., M. E. V. 5. P. 2. p. 128.

185. — *De officio advocati a clericis exercendo*

* 1.° An liceat ecclesiasticis Castrimaris prôprias causas, ecclesiarum, pauperum, ac miserabilium personarum tueri in tribunalibus laicorum absque licentia episcopi? — 2.° An possint agere, vel comparere per se vel per procuratores in dictis tribunalibus pro eorum causis civilibus activis contra laicos absque licentia episcopi in casu? — R. ad 1.m Affirmative. Ad 2."m Provisum in primo ». — S. C. EE. et RR. 8. Maii 1716.

De rebus politicis non tractandis quoad Jlissionarios

«... Tam longe semper abeste a rebus politicis, negotiisque Status, ut civilium rerum administrationem, nequidem rogati ct enixis precibus

fatigati, suscipiatis; quam semper S. haec C. et serio *et districte* prohibuit et porro prohibet... Verbum enim Dei non his artibus, sed caritate, rerum humanarum contemptu, modestia, frugalitate victus, patientia et (•ratione *aliisqne* virorum apostolicornm virtutibus disseminandum est... Si tamen principes consilia quandoque vestra exquisierint. non nisi mul*toties rogati, et* prohibitionem hanc nostram causati, dabitis ea quae fidelia sunt et insta, aeternitatemque sapientia; mox vero curiam aulamque relinquite et iu dioeceses vestras discedite, functionibus sacris vacaturi... Populis vero praedicate obedientiam erga principes, etiam dyscolos, pro quorum prosperitate et salute tam privarim quam palam Deum ex animo orate, illorumque actiones, etiam persequentium, nolite carpere, nec severitatem arguite, nec quidquam in eis reprehendite; sed in patientia et in silentio tempus consolationis a Domino praestolamini. Factiones ullas in eorum regionibus, sive Hispanorum, sive Gallorum, sive Turearum, sive Persarum, similiumve, nolite ullo paeto seminare; imo vero omnes huiusmodi contentiones, quantum in vobis est radicitus, tollite... In praedicatione verbi Dei et in administratione Sacramentorum, nolite ullam tumultus et rebellionis suspicionem creare ex concionis et coetuum frequentia..., et omnino prohibete, ne de rebus ad publicam rem spectantibus illa occasione agatur. Nec vos, nec vestri, ullius lateri continenter adhaereatis, aut ita obnoxii sitis cuiquam, maxime ex potentioribus, ut illi uni. non toti provinciae, subservire videamini; quare, nolite vos sinere nimiis, sed insidiosis, beneficiis devinciri, quae non modo communi bono officiant, sed etiam libertatem loquendi, et vitia ipsius benefactoris reprehendendi impediant ». — Instr. S. C. de P. F. ad primos Vic. Ap. 1659., 23. Nov. 1845., S. C. S. 0. 1674.. Clemens XI. C. ***In*** *excelsa^* 13. Sept. 1669.. Alexander VIII. C. *Sacrosancti Apostolatus Officiis.*

Instructio S. C. EE. et RR. 21. Iui. 1896. quoad clericos saeculares ac regulares qui universitates Gubernii studiorum causa frequentant

‹ Perspectum est Romanos Pontifices, quavis aetate et ubique locorum, cogitationes curasqne suas contulisse in rectam institutionem eorum, qui in sortem Domini vocati sunt. Scholas enimvero, Seminaria, Universitates ipsas studiorum vel erexerunt vel favore prosecuti sunt, in quibus utriusque electi alumni tum humanioribus litteris, cum scientiis omnibus sacris et profanis imbui, et academicis etiam quibuscumque gradibus honestari possent. Ita tamen ut ad veram germanamque scientiam cum fide et pietate coniunctam informarentur: quandoquidem doctrinae ac disciplinae, fidei ac morum moderatio et vigilantia a Sede Apostolica et ab episcopis exercebantur.

Contingit autem hisce diebus, ob mutatas rerum vices in Italia, nonnullos a clero sive saeculari sive regulari adstrictos censeri ad certos studiorum cursus perficiendos apud civilis Gubernii Universitates; a quibus sapiens ac salutifera Ecclesiae vis sacrorumque pastorum vigilantia omnino excluduntur. Cum res ita se habeant, quae quantaque discrimina et damna ecclesiasticae iuventuti obvenire possint, nemo est qui non videat. Caute itaque providendum est, ut et assertae necessitatis limites non excedantur et instantia pericula diligenter vitentur. Quamobrem Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium negotiis praeposita

praesentem instructionem, ad incntem Sanctissimi Domini Nostri Leonis PP. XIII. episcopis ac superioribus Ordinum et Congregationum in Italia impertire constituit.

I. Quatenus in I niversitates admittantur etiam alumni, qui sibi idoneitatem comparaverint extra lycea Gubernii, episcopis ac superiores Ordinum et Congregationum religiosarum subditos suos praeparandos non mittant ad dicta lycea, sed potius ad instituta ecclesiastica, ad scholas, ad collegia, quarum omnino explorata sit optirna ac vere catholica instruendi ratio. Si vero ob talium institutorum, scholarum, collegiorum defectum, vel ob alias graves causas, aliquos mittere ad lycea Gubernii omnino necesse sit, accurate serventur hoc in casu quae infra de accessu ad Universitates constituuntur.

II. Nemo e saeculari clero Universitates Gubernii frequentet absque expressa licentia episcopi sui; qui in ea concedenda prae oculis tantum habeat quid dioecesis necessitas exigat, ut in institutis ad introductionem erectis, sive erigendis, idonei et diplomate muniti professores comparentur.

III. Ordines et Congregationes quae munus docendi non profitentur, non mittant alumnos suos ad Universitates Gubernii. Ordinum autem et Congregationum ex instituto docentium novitii nunquam ad dictas Universitates mittantur: professi vero eas non frequentent nisi praehabita expressa licentia Superioris generalis, qui eam concedit iis tantum qui requiruntur et sufficiunt pro suis collegiis et scholis.

IV. Utriusque cleri alumni ea tantum ementiantur in dictis Universitatibus studiorum curricula, quae referuntur ad lauream vel ad gradus academicos, quibus indigent, obtinendos.

λ . Maximi ponderis est mittendorum ad Universitates accuratus delectus. Venia non detur alumnis antequam laudabiliter absolverint integrum cursum tum philosophiae tum theologiae, a statutis dioecesanis pro clero saeculari, a constitutionibus Ordinis seu Congregationis pro religiosis praescriptum.

VI. Attendendae equidem sunt in mittendis intellectus vis et perspicacia, assiduitas in studiis, ingenii indoles, quam bene educatam esse decet, fortem etiam et boni propositi tenacem. Sed summopere inspiciendum est quaenam sit in deligendis animi honestas ac morum integritas. Sint oportet iuvenes qui donum fidei et vocationem qua in sortem Domini vocati sunt maximi faciant; catholicam Ecclesiam ardenter diligant; venerationem et obedientiam erga sanctam Sedem Apostolicam mente, verbo et opere profiteantur; iuvenes qui sanctissimae Religionis nostrae documentis imbuti et piis exercitationibus addicti, morum integritate et vitae vere ecclesiasticae laude praefulgeant. Tales denique deligantur, qui fundatam ingerant spem fore ut sua quisque agendi ratione ecclesiastico coetui honorem addant per supereminentiam in scientiis, ac venerationem vindicent per suarum laudem virtutum.

VII. Ad pericula tutius praecavenda curent episcopi ut sui ecclesiastici alumni, quandiu universitatem celebrant, morentur in seminario: hoc non extante, in aliqua domo religiosa, vel saltem apud aliquem probatum sacerdotem saecularem; nisi forte habeant ibi parentes,in quorum domo habitare possint. Laude etiam ac favore digni viderentur sollertes sacerdotes, vel saeculares viri spectatae pietatis qui instituerent, ubi fieri

potest, aliquam hospitalem domum pro studentibus ecclesiasticis; iu qua isti invenirent, modico impendio, habitationem tutam, studiorum quieti et piae vitae exercitationibus accommodatam.

VIII. Si universitas sita est extra dioeeesim, Ordinarii alumnorum hos commendent episcopo loci, cui alumni se sistere cum advenerint, et identidem obsequium praestare teneantur dum ibi permanserint. Ordinarios et episcopos loci mutuo conveniant ut alumni committantur curae et vigilantiae alicuius sacerdotis virtute, scientia ac inventuris experientia praestantis, qui eos dirigat et de eorum agendi ratione identidem Ordinarium instructum reddat. Exigat praeterea episcopus a suis alumnis frequentes epistolas : et ipse hoc epistolari commercio libenter utatur, ut consiliis et monitis eos instruat, excitet ac sancto proposito continuet.

IX. Superiores ordinum et congregationum praeferant semper universitates locorum in quibus habent sui ordinis vel congregationis domnm: et in hac studentes habitare praecipiant. Si domum propriam non habeant in ulla universitatis sede, curent omnino ut alumni recipiantur in aliam domum religiosam, vel in seminarium episcopale, vel in aliud institutum ecclesiasticum. Deficiente conventu aut domo propria, nunquam mittant ad universitatem frequentandam unum tantum e suis subditis, sed duos simul aut plnres, ut se invicem custodiant, adiuvent et ad officiorum suae vocationis implementum excitent. lubeant superiorem domus vicinioris, vel alium religiosum virum virtute, scientia ac sollertia praeditum, alumnos ipsos identidem visitare: qui eorum vitae genus, studiorum assiduitatem exploret, ac referat; ut opportunis consiliis superior generalis, prout opus fuerit, providere possit. Curet praeterea superior generalis ut alumni sibi litteras dent; et frequenter ipsis rescribat, ut eorum unionem cum ordinis seu congregationis capite foveant, eosque paternis instructionibus ac monitis in obedientiae atque observantiae spiritu conservet.

X. Zelo ac prudentiae episcoporum et superiorum committitur cura eam universitatem inter plures eligendi, in qua minora praevideantur pericula, faciliorque ex adiunctis appareat usus consiliorum, quibus quieti, moribus et progressibus alumnorum prospectum sit. Si forte contingat aliquem professorem habere aliquando lectiones ex professo contra religionem vel contra mores, curent episcopus et superior generalis, ut alumni vel transeant ad aliam universitatem, vel huiusmodi lectionibus non adsint; freti nimirum dispositione legis, quae inscriptionem quidem ad cursum universitatis requirit, sed ad omnes et singulas lectiones assistendam non exigit. Ceterum, hoc semoto casu, alumni ecclesiastici lectionibus diligenter adsint, ut proprio in scientiis progressui consulant, condiscipulis exemplum assiduitatis, professoribus vero obsequii testimonium exhibeant.

XI. Quod ad libros attinet et ad lectionum compendia, in quibus nonnulla fortasse occurrant contra religionem, aut mores, aut veritatem ecclesiasticae historiae, aut iura catholicae ecclesiae vel romani pontificis, quatenus talium librorum vel compendiorum usus vitari nequeat, episcopi et superiores prout oportet provideant in casu; ac praeterea curent veneno antidotum praebere per optimos libros suis alumnis comparandos, perque auxilium sacerdotum doctrina, pietate ac experientia praestantium, qui alumnis opem ferant ad dignoscendos sophismatum

insidias, et ad refutandos errores, quibus forte libri scholares vel lectionum summaria inficerentur.

Enixe autem alumnos suos deterreant a lectione ephemeridum vel periodicorum libellorum, qui falsis vel periculosis doctrinis, narrationibus, atque illiciis decipiunt, ac recte sentiendi agendique rationem sensim sine sensu turbant atque pervertunt.

XII. Episcopi et superiores religiosi hortentur subditos suos ut moderatoribus et professoribus universitatis observantes se ostendant cum dignitate; condiscipulos vero urbane quidem, omnes, at neminem valde familiariter tractent. Prohibeant, omnino ne nomen dent circulis aut aliis quomodocumque vocatis consortiis politicae vel contentiosae indolis; nec unquam adsint convocatis fortasse studentium coetibus, quorum finis aut propositum sit adversus moderatores vel professores conqueri, sive quomodocumque protestari.

XIII. Episcopi sedem habentes in civitatibus universitatum curent circulos sive societates studentium ecclesiasticorum peramanter fovere ubi existant, sollicite fundare ubi desiderantur. Adhibeant ad hoc operam sacerdotum sive saccularium, sive regularium, quos magis idoneos indicaverint; quorum unus saltem assistentis ecclesiastici munere fungatur. Huius assistentis erit studentium conventus indicere, eisque praesidere. Iu his conventibus, studentes ecclesiastici semotis politicis contentionibus et partium studiis, de humanioribus litteris, de historicis disciplinis, de philosophicis vel theologicis thesibus, disserant, decertent vel legant. Nec omittant pias quasdam preces simul omnes fundere, aliosque opportunos religionis ac pietatis actus, statis diebus implendos, constituere: ita ut in his consociationibus laudabilis aemulatio, fraterna charitas, et Christiana pietas regnent. In hos ecclesiasticorum circulos admitti etiam poterunt, caute tamen et approbante assistente ecclesiastico, studentes saeculares: at ii tantum qui sentiendi aeque atque agendi ratione bene audiant, religione, pietate et optimis moribus commendentur.

XIV. Episcopi et superiores religiosi suos quisque studentes enixe hortentur ut in sanctae vocationis spiritu firmiter perseverent. Ad quem finem mediis omnibus efficacioribus alacriter utantur, oratione scilicet, sacramentorum frequentia, piorum actuum exercitio, vanitatum despectu, malorum et etiam desidiosorum hominum fuga. Keligiosis praesertim studentibus commendanda est fidelitas in actibus observantiae, qui eorum statui consentanei sunt, videlicet: singulis diebus mentalis oratio, examen conscientiae, lectio spiritualis, silentium et recessus.

Annualium vacationum tempore studentes religiosi redeant omnino ad suum conventum vel ad domum religiosam sui instituti; ibique regularis observantiae actus cum communitate resumant. Omnes studentes, e clero sive sacculari, sive regulari, dictarum vacationum tempore vacent sanctis spiritualibus exercitiis.

XV. Si vero, non obstantibus cautelis et diligentiis hucusque indicatis, aliisqnc quas pastoralis ac paterna sollicitudo suggesserit, episcopi aut superiores religiosi noverint aliquem ex snis subditis a recto tramite veritatis aut virtutis declinare, aberrantem absque mora ab universitate revocent: praestat enim eius cursum studiorum abrumpere, potiusquam ita permittere ut animae ille suae detrimentum patiatur ».

ISS. — Λ' *episcoporum electione, praesentatione et depositione*

‹ Omnis electio a principibus tacta episcopi aut presbyteri aut diaconi irrita maneat secundum regulam (can. apost. 30.), quae dicit: Si quis episcopus saecularibus potestatibus usus, ecclesiam per ipsos obtineat deponatur et segregentur omnes, qui illi communicant. Oportet enim, ut qui provehendus est in episcopum, ab episcopis eligatur, quemadmodum a sanctis Patribus qui apud Nicaenam convenerunt, in regula (can. 4. definitum est. quae dicit: Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus, qui snnt in provincia, episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus, tunc consecratio fiat. Firmiter autem eorum, quae geruntur per unamquamque provinciam, métropolitain) tribuatur antistiti ». —Syn. VII. Oecumen., Nicaena II. a. 787. can. 3. de Sacris electionibus.

‹ Apostolicis et synodicis canonibus promotiones et consecrationes episcoporum, et potentia et praeceptione principum factas, penitus interdicentibus, concordantes definimus et sententiam nos quoque proferimus, ut, si quis episcopus per versutiam vel tyrannidem principum huinsmodi dignitatis consecrationem susceperit, deponatur omnimodis, utpote qui non ex voluntate Dei et ritu ac decreto ecclesiastico, sed ex voluntate carnalis sensus ex hominibus et per homines Dei domum possidere voluit vel consensit ». — Synod. VIII. Oecnmen. actione 1. can. 12.

« Promotiones atque consecrationes episcoporum, concordans prioribus Conciliis, electione ac decreto episcoporum collegii fieri, sancta haec et universalis Synodus definiit et statuit, atque iure promulgat, neminem laicorum Principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarchae vel metropolitan aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel contentio, praesertim cura nullam in talibus potestatem quemquara potestativorum, vel caeterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere, ac attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri pontificis: si vero quis laicorum ad concertandum et cooperandum ab ecclesia invitatur, licet huinsmodi cum reverentia, si forte vohlerit, obtemperare se asciscentibus; taliter enim sibi dignum pastorem regulariter ad ecclesiae suae salutem promoveat. Quisquis autem saecularium principum et potentum vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit anathema sit, donec obediat et consentiat in hoc, quod Ecclesia de electione ab ordinatione proprii praesulis se velle monstraverit». — Syn. VIII. Oecumen., Constantinopolitana IV., can. 22.

« Nullus in episcopum, nisi canonice electum ad consecrandum manus mittat. Quod si praesumpserit, et consecratus et consecrator absque reparationis spe deponatur ». — Cone. Oecumen. Lateran. I. a. 1123. can. 10.

‹ Eos quoque, qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tamdiu a communione nostra habemus alienos, quamdiu ad eas civitates redierint, in quibus primum sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante in locum viventis est ordinatus, tamdiu vacet sacerdotis dignitate, qui suam deseruit civitatem, quamdiu successor eius quiescat in pace ». — Anathematismi Damasi Pl'. in Synodo Romana IV. a. 380. num. 9.

‹ 50.Laiea auctoritas habet per se ius praesentandi episcopos,et potest ab illis exigere, ut ineant dioecesium procurationem antequam ipsi canonicam a S. Sede institutionem et Apostoli cas Litteras accipiant. — 51. Imo laicum Gubernium habet ius deponendi ab exercitio pastoralis ministerii episcopos, neque tenetur obedire Romano Pontifici in iis quae episcopatum ct episcoporum respiciunt institutionem ». — Ppr. dd. a Pio IX. in Syll.

190. — *Instructio S. C. de P. F. 10. Oct. 1884. de concursibus ad paroecias*

« Tridentinum Concilium decrevit (sess. 24. cap. 18. de Ref.): ‹ Episcopum statim habita notitia vacationis parochialis ecclesiae (si opus fuerit) idoneum in ea vicarium eum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesiae sustineat, donec ei de rectore provideatur ».

Pertinet deinde ad episcopum indicere per publica edicta concursum. Terminus in edictis constituendus ex eodem Concilio Tridentino est dierum decem, sed concedit S. Pii V. Constitutio *In conferendis,* § 6., ut hic terminus ad alios decem dies prorogari queat et non ultra. Exacto termino in edictis praestituto, fit concursus. Cum vero neque in conciliari decreto neque in Piana Constitutione examinis in concursu peragendi forma seu methodus ulla certa ac peculiaris servanda proposita fuisset, idcirco ad vitanda incommoda quae ex eo oriebantur, S. Congregatio Concilii in litteris iussu s. m. Clementis XI., d. 10. Iui. 1721. editis, certam methodum habendi ad parochiales ecclesias concursum in posterum servandam praestituit. Posteriori tempore s. m. Benedictus XIV. in Constitutione quae incipit *Cum illud* 14. Dee. 1742. praefatas litteras (quae per integrum ibidem referuntur) confirmans, nonnulla praeterea addenda vel immutanda, nonnulla breviter in iisdem tradita clarius explicanda censuit.

Iuxta praescriptum Concilii Tridentini ac Benedictinae Constitutionis, examen per concursum tam super doctrina, quam super ceteris concurrentium requisitis qualitatibus, habendum est cum vacatio ecclesiae paroecialis contigerit. Viget nihilominus in aliquibus dioecesibus consuetudo examen de doctrina separandi ab examine de reliquis canonicis requisitis, et hoc ad ipsum pro vacante paroecia concursum remisso, examen de scientia alio magis opportuno tempore instituendi. Quamobrem generatim bis in anno examen habetur de scientia, in quo qui adprobati fuerint, ad quodeumque parochiale beneficium intra sex proximos sequentes annos vacaturum concurrendi ius habent, sed exeunte sexennio examini se denuo sistere tenentur, si beneficium parochiale obtinere velint. A lege autem subeundi hoc novum, exacto sexennio, examen ab episcopo, audita examinatorum sententia, dispensari possunt qui inter synodales vel pro synodales examinatores sunt assumpti, aut qui propter muneris vel beneficii quo fruuntur dignitatem, vel propter diuturnam operam qua Ecclesiae cum laude servierunt, scientiae testimonium abunde praestant. Ceterum, paroecia aliqua vacante, concursus habetur, examinatoribus, adhibita ea quae in usu est cautione, indicantibus quinam ex competitoribus ad regendam paroeciam vacantem apti sint, salvo semper episcopi iure eligendi inter adprobatos, quem ipse digniorem aptioremque

indicaverit. Haec porro praxis ah Apostolica Sede approbari solet ad tempus ».

181. — *Beneficiorwn pluralitas*

«57. Praescriptio synodi, quae generaliter et indiscriminatim vehit abusum reiieit qnameninqiie dispensationem, ut plus (piam unum residentiale beneficium uni eideniqne conferatur, item, in eo quod subinngit, certum sibi esse, iuxta Ecclesiæ spiritum plus quam uno beneficio tametsi simplici neminem frui posse: pro sua generalitate, derogans moderationi Tridentini sess. 7. c. 5.. et sess. 24. e. 17 ». — Pr. Syn. Pistor, d. a Pio VI.

195.201.202. — *Dc digniorum electione ad beneficia*

‹ Omnes et singulos, qui ad promotionem praeficiendorum quodcumque ius quacumque ratione a Sede Apostolica habent aut alioquin operam suam praestant, nihil in iis pro praesenti temporum ratione innovando, hortatur et monet S. Synodus . ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, et populorum salutem utilius posse tacere, quam si bonos pastores, et Ecclesiae gubernandae idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores et Ecclesiæ magis utiles ipsi indicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis praefici diligenter curaverint: et quos ex legitimo matrimonio natos, et vita, aetate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus praeditos sciant, quae iuxta sacros canones et Tridentinae huius synodi decreta, requiruntur... Ea vero, omnia et singula, quae de episcoporum praeficiendorum vita, aetate, doctrina et caeteris qualitatibus alias in eadem synodo constituta sunt decernit eadem etiam in creatione S. R. E. Cardinalium, etiamsi diaconi sint, exigenda; quos SS.Rom. Pont, ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet ». — Cone. Trid. S. 24. C. 1. de E.

« 54. Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, nisi quos digniores et Ecclesiae magis utiles ipsi indicaverint, ad ecclesias promovent; Concilium vel primo videtur per hoc *digniores* non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundo locutione minus propria ponit *digniores,* ut excludat indignos, non vero dignos; vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

‹ An episcopus polleat iure eum eligendi ad praebendam theologi et poenitentiarii, quem ipse inter approbatos in formali concursu digniorem indicaverit; seu potius illum eligere teneatur, quem magis idoneum in eodem concursu examinatores renuntiaverint? — E. Affirmative ad **1.**'„ partem: negative ad 2.'“ ». — S. C. C. 21. Dec. 1829. — A. S. S. V. 2. p. 81. 122.

« Episcopum non teneri ad eligendum tanquam digniorem, quem examinatores maiori suffragiorum numero adprobarunt ». S. C. C. 3. Mart. 1877.

202. — *De numero indicum et examinatorum synodalium*

« A Cone. Trid., sess. 25. cap. 10. statutum fuit in singulis svnodis dioeeesanis *aliquot personas* aptas ab episcopo esse designandas, quibus

causae ecclesiasticae ac. spirituales atque ad forum ecclesiasticum pertinentes in partibus delegandae committantur, ita ut et quaeque dioecesis *quatuor satiem,* ac etiam plures habeat probatas personas, quibus huiusmodi causae delegari possint: quam Tridentini dispositionem latius explicat ac illustrat Benedictus XIV. in suis Apostolicis Litteris, quarum initium *Quamris* <1. 26. Aug. 1741., ac etiam in suo aureo opere de Syn. lib. 4. cap. 5. Idem dicendum de Examinatoribus Synodalibus: nam Trid. Cone. sess. 24. cap. 1. decrevit ut in dioeccsana synodo *ad minus se.c* proponantur Examinatores, qui synodo satisfaciant, et ab ea probentur.

Ex tali autem loquendi modo et plures quam sex designari posse, et ut plures proponantur, se optare satis aperte Tridentinum innuit, ceu merito observat Benedictus XIV. in suo opere de Syn. lib. 4. cap. 7. n. 3. post Barbosam in Collect, ad cap. 17. sess. 24. u. 85., ubi tamen a S. C. Cone, decisum refertur *non esse ultra viginti* proponendos, *fortasse,* prosequitur Pontifex, *ob periculum,* ne nimium aucto numero eorum, minus diligens sit personarum, quae proponuntur, delectus.

Haec Emi Patres huius S. Congr. matura deliberatione perpendentes, in eam per praesens decretum venerunt sententiam, ut cohibeatur numerus Indicum et Examinatorum synodalium, ita tamen ut, hoc auctorante Sacro Ordine, ii tantummodo habeantur ac tales sint qui sequuntur, nimirum Indices synodales noveni, Examinatores synodales viginti ».— S. C. C. 15. Sept. 1874.

204. — *Rectorum Ecclesiarum residentia*

« Cum praecepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini praedicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere: et in caetera munia pastoralia incumbere: quae omnia nequaquam ab iis praestari, et impleri possunt, <pii gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deferunt: sacrosancta Synodus eos admonet, et hortatur, ut divinorum praeceptorum memores, factique forma gregis, in indicio et veritate pascant, et regant. Ne vero ea, quae de residentia sancte, et utiliter iam ante sub fel. ree. Paulo III. sancita fuerunt, in sensus a sacrosanctae Synodi mente alienos trahantur, ae si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat; illis inhaerendo, declarat sacrosancta Synodus, omnes patriarehalibus, primatialibus, métropolitains, ac cathedralibus ecclesiis quibuscumque quocumque nomine, et titulo praefectos, etiam si Sanet. Rom. Eccles. Cardinales sint, obligari ad personalem in sua ecclesia, vel dioecesi residentiam, ubi iniuncto sibi officio defungi teneantur; neque abesse posse, nisi ex causis, et modis infrascriptis. Nam cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiae, vel reipublicae utilitas aliquos nonnunquam abesse postulent, et exigant: decernit eadem sacrosancta Synodus, has legitimae absentiae causas a Beatiss. Rom. Pont, aut a metropolitan©, vel, eo absente, suflraganeo episcopo antiquiori residente, qui idem metropolitan! absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas; nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, et reipublicae officium episcopatibus adiunctum :

cnius quoniam causae sunt notoriae, et interdum repentinae, ne eas quidem significari metropolitano necesse erit: ad eundem tamen cum Concilio provinciali spectabit indicare de licentiis a se, vel a suflraganeo datis, et videre, ne quis eo iure abutatur: et ut poenis canonicis errantes puniantur. Interea meminerint discessuri, ita ovibus suis providendum, ut, quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia, non videntur abesse, quia statim reversuri sunt, sacrosancta Synodus vult, illud absentiae spatium singulis annis sive continuum, sive interruptum, extra praedictas causas, nullo paeto debere duos, aut ad summus tres menses excedere: et haberi rationem, ut id aequa ex causa fiat, et absque ullo gregis detrimento: quod an ita sit, abscendentium conscientiae relinquit, quam sperat religiosam, et timoratam fore, cum Deo corda pateant: cuius opus non fraudulenter agere suo periculo tenentur. Eosdem interim admonet, et in Domino hortatur ne per illius temporis spatium Dominici adventus, quadragesimae, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, et Corporis Christi diebus, quibus refici maxime et in Domino gaudere pastoris praesentia oves debeant, ipsi ab ecclesia sua cathedrali ullo pacto absint, nisi episcopalia munia in sua dioecesi eos alio vocent.

Si quis autem (quod utinam nunquam eveniat) contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit sacrosancta Synodus, praeter alias poenas adversus non residentes sub Paulo III. impositas: et innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentiae fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse: sed teneri aut, ipso cessante per superiorem ecclesiasticum illos fabricae ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare; prohibita quacumque conventione, vel compositione, quae pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam praedicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur: non obstantibus quibuscumque privilegiis cuicumque collegio, aut fabricae concessis.

Eadem omnino, etiam quoad culpam, et amissionem fructuum, et poenas de curatis inferioribus, et aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat, et decernit: ita tamen, ut quandocumqne eos, causa prius per episcopum cognita, et probata, abesse contigerit, vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Quod si per edictum citati etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinariis per censuras ecclesiasticas, et sequestrationem, et subtractionem fructuum, aliaqne iuris remedia, etiam usque ad privationem, compellere: nec exsecutionem hanc quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscumque beneficii, pactione, statuto, etiam iuramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quae potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianae Constitutionis suspendi posse. Postremo, tam decretum illud sub Paulo III. quam hoc ipsum in Conciliis provincialibus, et episcopalibus publicari sancta Synodus praecipit: cupit enim, quae adeo ex pastorum munere.

animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus, mentibusque infigi, ut in posterum, Deo iuvante, nulla temporum iniuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur ». — Cone. Trid. S. 23. C. 1. de R.

209. — *Dioeceseos visitatio*

«...Episcopi propriam dioccesim per seipsos, aut, si legitime impediti fuerint, per suum generalem vicarium aut visitatorem, si quotannis totam propter eius latitudinem visitare non poterunt, saltem maiorem eius partem, ita tamen ut totam biennio per se vel visitatores suos compleatur, visitare non praetermittant... Praecipuus sit scopus sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis haeresibus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus et admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cetera, prout locus, tempus, et occasio feret ex visitantium prudentia, ad fidelium fructum constituere... Xeve ipsi aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione... nec pecuniam, nec munus quodcumquesit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant... exceptis tamen victualibus, quae sibi ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, et non ultra, erunt ministranda ». — Cone. Trid. S. 24. C. 3. de R.

212. — *De episcoporum, parochorum aliorumque praedicatione*

« Quia vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod ait Apostolus) abnegantes, auctoritatem sibi vindicant praedicandi, cum ipse Apostolus dicat: Quomodo praedicabunt, nisi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non missi, praeter auctoritatem ab Apostolica Sede vel catholico episcopo loci susceptam, publice vel privatim praedicationis officium usurpare praesumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: et nisi quantocius resipuerint, alia competenti poena plectantur ». — Cone. Lateran. IV. a. 1215. Decreta, Ex Cap. 3. Decretum contra Waldenses.

« 17. Sacerdotes Christi, viventes secundum legem eius, et habentes Scripturae notitiam et affectum ad aedificandum populum debent praedicare, ndn obstante praetensa excommunicatione. Quod si Papa, vel aliquis praelatus mandat sacerdoti sic disposito non praedicare, non debet subditus ohedire. — 18. Quilibet praedicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit; et illud mandatum debet exsequi, praetensa excommunicatione non obstante ». — Artt. Joann. Huss. del. a Cone. Constant, et a Martino V.

« 14. Licet alicui diacono vel presbytero praedicare verbum Dei absque auctoritate Sedis Apostolicae sive episcopi catholici ». — Pr. Jo. Wikleff. d. a Cone. Constant.

« Praedicationem necessariam valde et laudabilem esse credimus, tamen ex auctoritate vel licentia Summi Pontificis, vel praelatorum permissione illam credimus exercendam ». — Prof. fid. Wald, praescripta.

« Quia λ-ero Christianae reipnblicae non minus necessaria est praedicatio evangelii, quam lectio, et hoc est praecipuum episcoporum munus; statuit, et decrevit eadem sancta Synodus, omnes episcopos, archiepiscopos, primates, et omnes alios ecclesiarum prelatos teneri per seipsos, si legitime impediti non fuerint, ad praedicandum sanctum lesu Christi evangelium. Si vero contigerit, episcopos, et alios praedictos legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis Concilii, viros idoneos assu-

mere teneantur ml huiusmodi praedicationis officium salubriter exsequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtae subiaceat ultioni. Archipreshyteri quoque, plebani, et quieiinqiie parochialcs, vel alias curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent, per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, et festis solemnibns, plebes sibi commissas pro sua. et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea. quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annuneiandoque eis eum brevitate, et facilitate sermonis vitia, quae eos declinare, et virtutes quas sectari oporteat: ut poenam aeternam evadere, et caelestem gloriam consequi valeant. Id vero si quis eorum praestare negligat, etiam si ab episcopi jurisdictione quavis ratione exemptum se esse praetenderet: etiam si ecclesiae quovis modo exemptae dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra dioecesim exsistenti. forsan annexae, vel unitae, modo re ipsa in dioecesi sint: provida pastoralis episcoporum sollicitudo non desit, ne illud impleatur: Parvuli petierunt panem, et non erat, qni frangeret cis. Itaque ubi ab episcopo moniti trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius episcopi arbitrium cogantur, ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id praestet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse resipiscens officium suum impleat.

....Regulares vero cuiuscunque Ordinis, nisi a suis superioribus de vita, moribus, et scientia examinati, et approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in ecclesiis suorum Ordinum, praedicare non possint, cum qua licentia personaliter se coram episcopis praesentare, et ab eis benedictionem petere teneantur, antequam praedicare incipiant. In ecclesiis vero, quae suorum Ordinum non snnt, ultra licentiam suorum superiorum etiam episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo praedicare possint: ipsam autem licentiam gratis episcopi concedant.

Si vero iqnod absit praedicator errores, aut scandala disseminaverit in populum, etiamsi in monasterio sui, vel alterius Ordinis praedicet, episcopus ei praedicationem interdicat. Quod si haereses praedicaverit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, etiamsi praedicator ipse generali, vel speciali privilegio exemptum se esse praetenderet: quo casu episcopus auctoritate apostolica, et tanquam Sedis Apostolicae delegatus procedat. Curent autem episcopi, ne quis praedicator, vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur. iustamve de eis conquerendi occasionem habeat ». — Cone. Trid. S. o. C. 2. de K.

‹ Praedicationis munus, quod episcoporum praecipuum est, cupiens sancta Synodus, quo frequentius possit ad fidelium salutem exerceri, canones, alias super hoc editos sub tel. ree. Paulo III. aptius praesentium temporum usui accommodando, mandat, ut in ecclesia sua ipsi per se, aut, si legitime impediti fuerint, per eos, quos ad praedicationis munus assument, in aliis autem ecclesiis per parochos, sive, iis impeditis, per alios ab episcopo, impensis eorum, (pii eas praestare vel tenentur, vel solent, deputandos in civitate, aut in quacumque parte dioecesis censebunt expedire, saltem omnibus Dominicis, et solemnibus diebus festis: tempore autem ieiuniorum. quadragesimae, et Adventus Domini

quotidie, vel .saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, Sacras Scripturas, divinamque legem annuntient, et alias, quoties-* cumque id opportune fieri posse indicaverint. Moneatque episcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochiae suae intéressé, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. Nullus autem saecularis, sive regularis, etiam in ecclesiis suorum Ordinum, contradicente episcopo, praedicare praesumat. lidern etiam saltem Dominicis, et aliis festivis diebus pueros in singulis parochiis fidei rudimenta, et obedientiam erga Deum, et parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt, et, si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent, non obstantibus privilegiis, et consuetudinibus. In reliquis ea, quae de praedicationis munere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, suum robur obtineant ». — Cone. Trid. S. 24. C. 4. de Ii.

«Ut fidelis populus ad suscipienda sacramenta maiori cum reverentia. atque animi devotione accedat, praecipit sancta Synodus episcopis omnibus, ut non solum, cum haec per seipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, et usum pro suscipientium captu explicet; sed etiam idem a singulis parochis pie prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, et commode fieri poterit, servari studeant, iuxta formam a. sancta Synodo in catechesi singulis sacramentis praescribendam; quam episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque a parochis omnibus populo exponi curabunt: necnon ut inter missarum solemnia, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia, et salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quaestionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant ». — Cone. Trid. S. 24. C. 7. de R.

« Tenentur parochi diebus dominicis et festis de praecepto populo sermonem habere, iuxta Cone. Trid. praescriptionem; attamen erit prudentiae episcopi dispensare ab hac ordinatione in aliquibus solemnioribus diebus ». — S. C. C. 1. Apr. 1876., A. S. S. V. 9. p. 468.

Parochi, aliique quibus incumbit principaliter cura animarum, quamvis alii adsint sacerdotes ad eos adiuvandos vel certis diebus curam exercendam, tenentur praedicare et explicare catechismum per se ipsos omnibus diebus festivis, nisi sint legitime impediti. — S. C. C. 8. Maii 1706., 28. Apr. 1736.

Non potest parochus solitam eleemosynam praetendere, neque titulo paupertatis, quando per se ipsum in sua Ecclesia, in qua praedicare solet, vellet conciones habere; quia proprium munus adimplet; nisi in casu, quo universitas vel nominator parochum deputasset, aut sponte solvere vellet. — S. C. E. 30. Jun. 1615.

Au parochi, in quorum Ecclesiis, tempore adventus et quadragesimae, habentur sacrae conciones per praecones, ab Ordinario approbatos, soluti sint obligatione in missae parochialis celebratione explicandi Evangelium? R. « Dilata, et pro nunc servetur consuetudo cuiuslibet paroeciae ». — S. C. C. 29. Mart. 1817.

Si communitas, vel dominus loci temporalis nominat praedicatorem, et solvit eleemosynam, consuetudo observanda est. — S. C. E. 7. Febr. 1615., S. C. C. lun. 1696. Sed approbatio uni est Episcopo.

« 65. Propositio enuntians irregularem strepitum novarum institutionum quae dictae sunt exercitia vel missiones... forte nunquam aut

saltem perraro eo pertingere, ut absolutam conversionem operentur; et exteriores illos commotionis actus, qui apparuere, nil aliud fuisse quam transeuntia naturalis concussionis fulgura; Temeraria, male sonans, perniciosa, mori pie ac salutariter per Ecclesiam frequentato, et in verbo Dei fundato, iniuriosa ». — Pr. Syn. Pistor, d. a Pio VI.

213. — *Missa pro popido quoad episcopos*

‹ Decernimus et declaramus, omnes et singulos episcopos, quacumque dignitate, etiam cardinalitia. anctos, item abbates iurisdietionem quasi episcopalem in clerum et populum cum territorio separato habentes, in Dominicis aliisque festis diebus, qui ex praecepto adhuc servantur, et qui ex dierum de praecepto festorum numero sublati sunt, omni exiguitatis redituum excusatione aut alia quavis exceptione remota, ad missam pro populo sibi commisso celebrandam et applicandam teneri.

Et ne cui dubitationi aditus pateat, declaramus, eosdem episcopos et abbates huic officio satis esse facturos per celebrationem et applicationem unius missae pro universo populo sibi commisso, etiamsi duas vel plures dioeceses et abbatias aeque principaliter unitas regant. Novimus quidem romanas Congregationes nostras aliud decrevisse de parochis duas vel plures parochiales ecclesias aeque principaliter unitas gerentibus; in quibus singulis singulae per dies festos missae celebrentur et pro populo applicentur nccesse est. Sed alia est parochorum, alia episcoporum ratio. Etenim eum cuique parocho specialis in unaquaque paroecia ac definita populi cura commissa sit. festis diebus parochus non modo celebrare pro populo debet, sed etiam in parochiale templum populum admittere, ut sacrosancto missae sacrificio intersit, et audiat verbum Dei, et sacramenta pro opportunitate recipiat, et iis omnibus officiis excolatur, quae diebus praesertim Dominicis aliisque festis praestanda sunt. At non haec valere possunt pro episcopis, qui dissimili in conditione et causa versantur, cum nulla lege hodie iubeantuf omnibus diebus festis sanctum sacrificium in cathedrali templo peragere.

Quamquam vero minime necessarium, opportunum tamen ducimus declarare ea, quae supra constituta sunt, ad episcopos non spectare, qui *Titulares* dicuntur, quique ad dignitatem episcopalem promoti, ideo a Romano Pontifice titulo decorantur ecclesiarum cathedralium, quae olim florentes, nunc clero populoque catholico destituuntur, ne scilicet antiqua earum dignitas et memoria penitus deleatur. Cum enim ipsi sedium suarum possessionem non capiant, qua dumtaxat suscepta, munus, de quo diximus, episcopi implere tenentur (S. C. Rit. in *Marsor.* 12. Novembris 1831.), cumque nullus neque clerus neque populus eorum regimini tradatur, satis constat, eos, uti carent usu atque exercitio potestatis ex episcopali consecratione acceptae, ita etiam haud esse officiis atque oneribus curae episcopalis obnoxios. Sed tamen si aequitatis caritatisque episcopalis ratio habeatur, non potest non consentaneum videri, eos etiam interdum sacrificium offerre, ut respiciat Deus miseram ecclesiarum illarum conditionem, quarum titulo et nomine ipsi honestantur. Huic rei optime congruunt, quae a Pio VI. decessore nostro in consecratione episcopi die 4. Octobris anno 1778. in basilica Ostiensi dicta sunt: cum scilicet enumerans causas, ob quas Apostolica Sedes ecclesias etiam ab infidelibus occupatas couferre solet, * oportere, inquit, aliquem existere,

cui singulariter incumbat, si non regere captivam illam miseri gregis portionem, preces saltem ac lacrymas pro eadem ad misericordiarum patrem assidue offundere ». — Leo XIII. *('. Insuprema rei* Id. lun. 1882.

«20. Quum episcopus diebus festivis applicare debeat pro ovibus suis, quaeritur, an, episcopo hisce diebus pontificaliter celebrante, canonici debeant missam convcntualcm pro benefactoribus cantare, et quando? 22. Episcopi tenenturne ad applicationem missae pro ovibus post adeptam possessionem, an statim ac electi sint in consistorio? 23. Vicarii capitulares tenenturne ad hanc missae applicationem, sede vacante? — R. ad 20. Hebdomadarius, vel is, cui onus inest missae conventualis, illam celebret lectam vel ante, vel post missam pontificalem. Ad 22. Post adeptam possessionem. Ad 23. Negative ». — S. li. C. 12. Nov. 1831. *Marsor.*

Missa pro popido quoad vicarios apostolicos ct missionaries

« 1. An vicarii apostolici et missionarii, qui quovis modo suscipiunt animarum curam in aliquo determinato loco, teneantur indiscriminatim ex iustitia applicare missam pro populo diebus festis? Et quatenus affirmative: 2. In quosnam vicarios apostolicos et missionaries eiusmodi onus incumbat? 3. An illis, qui ex iustitia non tenentur, responderi debeat: *decere ex caritate,* vel: *teneri ex caritate,* ad applicandam missam pro populo? 4. An probata formula *teneri ex caritate,* haec intelligi debeat de obligatione sub gravi? — R. Ad 1. Negative, dummodo non agatur de locis, in quibus sedes episcopales ac paroeciae canonice erectae iam sint, atque ad ea vicarius apostolicus et missionarius missi sunt, uti legitimorum pastorum vices gerant. Ad 2. Provisum in primo. Ad 3. Vitandam esse locutionem: *teneri ex caritate;* dicendum autem esse *decere ex caritate,* idque ita, ut nullae propriae dictae obligationis significatio appareat. Ad 4. Provisum in tertio ». — S. C. de P. F. 23. Mart. 1863. — Antea S. C. responderat: « Missionaries teneri ex caritate ». — A. S. S. V. 1. p. 407., V. 24. p. 511., M. E. V. S. P. 1. p. 152.

Immunes etiam sunt ab hac obligatione parochorum vicarii seu coadiutores, qui animarum curam *primariam* non exercent, sed tantum *subsidiariam,* capellani monialium, capellani nosocomiorum, aliorumque huiusmodi locorum. — S. R. C. 14. lun. 1845., *Monasteries* ad 2., S. C. C. 2. lun. 1860.

Missa pro populo quoad parochos

« Declaramus, statuimus atque decernimus, parochos aliosque omnes animarum curam actu gerentes sacrosanctum missae sacrificium pro populo sibi commisso celebrare et applicare debere, tum omnibus Dominicis aliisque diebus, qui ex praecepto adhuc servantur, tum illis etiam qui ex huius Apostolicae Sedis indulgentia ex dierum de praecepto festorum numero sublati ac translati sunt, quemadmodum ipsi animarum curatores debebant, dum memorata Urbani VIII. Constitutio in pleno suo robore vigebat, antequam festivi de praecepto dies imminuerentur et transferrentur. — Quod vero attinet ad festos translatos dies id unum excipimus, ut scilicet quando una cum solemnitate divinum officium translatum fuerit in Dominicum diem, una tantum missa pro populo sit a parochis applicanda: quandoquidem missa, quae praecipua divini officii pars est,

una simul cum ipso officio translata existimari debet ». — Pius IX. C. -*Imantissimi 3.* Maii 1858.

Parochus diebus Dominicis et festis missam celebrare debet in propria ecclesia, et non in alia, quacumque consuetudine in contrarium non obstaute. — S. C. C. 15. Sept., 17. Nov. 1629.

«An parochi s. missae sacrif. pro populo offerre debeant, si legitima causa non impediuntur, an vero per alium e. g. sacellanuin, aut presbyterum advenam huic officio satisfacere possint? — R. Affirmative ad 1. p., negative ad 2."', excepto casu verae necessitatis, et concurrente causa canonica ». — S. C. C. 25. Sept. 1847., 18. Iui. 1789. Lucidi c. 3. § 11. n. 369. seqq.

‹ Utrum applicatio fieri semper debeat a parocho, etiam privatim celebrante, alio missam parochialem celebrante? — K. Affirmative iuxta alias decreta ». — S. R. C. 20. Dec. 1864. *Camberien.*

«An parochi in Dominicis aliisque festis diebus, praesente cadavere, possint celebrare missam pro defuncto, et ad alium diem transferre missam pro populo applicandam in casu? Et quatenus negative, an saltem applicationi missae pro populo supplere possint per alium sacerdotem in casu? — R. Ad 1.uœ et 2."" Negative ». — S. C. C. 26. lan. 1771.

« 1. An parochus, die festo a sua parochia absens, satisfaciat suae obligationi missam celebrando pro populo in loco, ubi degit, seu potius teneatur substituere alium, qui missam pro populo dicat in propria ecclesia? 2. An teneatur missam applicare pro populo in loco, ubi degit, seu potius ad parochiam rediens teneatur applicare in propria ecclesia? 3. An parochus morbi causa legitime impeditus, ne missam celebret, teneatur post recuperatam sanitatem tot missas applicare pro populo, quot durante morbo omisit, sive in casu, quo nec per se, nec per alium celebrare poterat, sive in casu, quo poterat per alium, sed ex aliquo vano timore vel negligentia non curavit, vel non obtinuit ut alius pro se celebraret?— R. Parochum die festo a sua paroecia legitime absentem satisfacere suae obligationi missam applicando pro populo suo in loco ubi degit, dummodo ad necessariam populi commoditatem alius sacerdos in ecclesia parochiali celebret, et verbum Dei .explicet. Parochum vero, utcumque legitime impeditum, ne missam celebret, teneri eam die festo per alium celebrari et applicari facere pro populo in ecclesia parochiali; quod si ita factum non fuerit, quam primum poterit, missam pro populo applicare debere ». — S. C. C. 14. Dec. 1872., A. S. S. V. 7. p. 191.

‹ 1. Utrum parochi, duas aut plures regentes paroecias, ad duas vel plures missas pro populo celebrandas diebus in festis teneantur per se aut per alios? 2. Et quatenus per se teneantur, an ipsis ad tramites C. Bened. XIV. *Declarasti nobis,* binandi facultas fieri possit? — R. Ad 1.°® Parochum prout in casu teneri sive per se, sive per alium, ad tot missas celebrandas, quot paroecias regit. Ad 2.°™ Non esse locum facultati missas iterandi, nisi cum ex cleri deficientia alius sacerdos non adsit, qui parochi loco celebrare et applicare possit ». — S. C. C. 4. Febr. 1883. — Excipiuntur in primo casu « parochiae unitae, unione extinctiva » — S. C. C. 26. Febr. 1774., M. E. V. 5. P. 1. p. 28.

«Ordinarius dioecesis Divinionensis in Gallia haec exponit: Pro insufficienti sacerdotum numero in dioecesi Divionensi non raro accidit, ut idem parochus tribus ecclesiis inserviat, nempe: 1. Suae propriae paro-

chiae: 2. Modo permanenti alteri ecclesiae, quae in alio loco sita tituloque parochiali non gaudens, annectitur ecclesiae parochiali; 3. Ecclesiae loci parochialem titulum habentis, sed penuriae sacerdotum causa, parochum proprium residentem non possidentis, *ad tempus.*

Vi suae institutionis, talis parochus singulis Dominicis ac festis diebus bis celebrat, nempe in sua ecclesia parochiali et in altera ecclesia non parochiali, sed permanentor ecclesiae parochiali annexa, ut dicitur. Inde sequitur ut idem omnino nequeat missam celebrare Dominicis ac festis diebus in tertia ecclesia, nempe parochiae cuius ad tempus curam habet. Cum tamen ei parochiae, in qua non residet, invigilare teneatur tum ad visitandos aegrotantes, tum ad catechizandos pueros ac multa alia munia adimplenda, ducentos francos pro supra memoratis functionibus a Gubernio Gallico recipit.

Quaeremus: 1. An talis sacerdos debeat supplere missas, quas pro sua secunda parochia non potest celebrare diebus Dominicis ac festis, attenta etiam ea circumstantia, quod dicta pensio ducentorum francorum vix remuneret supradicta munia, ambabus parochiis inter se multum distantibus; 2. An debeat alterutram ex missis, quas celebrat, ut dictum est, singulis Dominicis ac festis, applicare simul pro utraque paroecia; 3. An debeat applicare huic parochiae missa privatae, eam missam, quae in ecclesia annexa sine titulo parochiali celebratur? Cum evenerit, ut plures sacerdotes bona fide pro sua secunda paroecia non celebraverint, ut in casu, postulamus, ut ipsis suae omissiones, si necesse sit, condonentur.

R. Ad 1. Affirmative, nisi quod optandum foret, ut secundam missam celebraret in secunda paroecia. Ad 2. Non licere. Ad 3. Affirmative, si in secunda paroecia celebrare non potest, facto verbo cum SSmo etiam quoad sanationem quoad praeteritum ». — S. C. C. 24. Iui. 1886.

« An parochus, qui non potuit celebrare missam die, in quo legenda erat pro populo, possit ad satisfacendum huic oneri secundam missam, in subsequent! die festo, ex binatione celebrandam applicare in casu? — B. Negative ». — S. C. C. 5. Mart. 1887.

« An animarum rectores teneantur applicare missam pro populo d. 25. lunii, si in hanc diem occurrat transferri *lanquam in sedem propriam* (secundum rubricam) festum S. loannis Baptistae in casu?— R. Negative ». — S. 0. 0. 28. Apr. 1888., A. S. S. V. 21. p. 152.

« In nostra, sicut, ut reor, in aliis Galliae dioecesibus, mos invaluit, ut. defuncto parocho, uni ex cius vicariis cura parochiae committatur, donec novus pastor deputetur. Hic vicarius in quibusdam casibus partem quidem percipit fructuum, qui ob munia parochialia vulgo eveniunt; stipendio tamen a Gubernio parochis concesso minime fruitnr. Quaerimus ergo, an, in tali statu rerum, vicarii parochiales, Dominicis et festivis aliisque de hire diebus, missam pro populo applicare teneantur? — R. Teneri ». — S. C. C. 23. Aug. 1888.

« Parochum (canonicum) teneri per se ad applicationem missae pro populo his etiam diebus, in quibus episcopus pontificaliter celebrat in cathedrali, per alium vero his festis, in quibus uti canonicus canere et applicare debet missam conventualcm pro benefactoribus ». — S. C. C. 24. Aug. 1867.

«....Quod pertinet ad praedictos parochos egentes, unicuique vestrum (episcoporum) facultatem concedimus, cum iis quos revera tales

esse noveritis opportune dispensandi, ad hoc ut, etiam diebus festis huiusmodi, eleemosynam ab aliquo pio offerente recipere, et pro ipso sacri* ficinm applicare quatenus id abeo requiratur, libere et licite possint et valeant; dummodo ad necessariam populi commoditatem, in ipsa ecclesia parochiali missam celebrent: ea tamen adieeta conditione, ut tot missas infra eandem hebdomadam pro populo applicent, quot in diebus festis, infra hebdomadam occurrentibus, iuxta peculiarem intentionem alterius pii benefactoris obtulerint ›. — Bened. XIV. C. *Cum semper oblatas* §. 8.

.*Vissa pro populo quoad ecclesiam orientalem*

« 1. An obligatio applicandi missam pro populo, quae secundum ius ecclesiae occidentalis imposita est parochis aliisque ecclesiasticis viris animarum curam obtinentibus, locum similiter habeat pro iisdem personis de ritu orientali? et quatenus affirmative: 2. Circa determinationem dierum, an debeant observari leges, ae consuetudines rationabiles, quae forte vigeant iu aliquibus dioecesibus dicti ritus? 3. In defectu harum legum et consuetudinum, an huiusmodi determinatio fieri debeat ad normam et ex omni parte iuxta leges occidentales? 4. An ob graves causas et circumstantias fieri locus queat alicui reductioni dierum praefinitorum a legibus occidentalibus, atque etiam totali dispensationi, eum obligatione tamen orandi pro populo in illis ipsis missis, quae pro ipso applicandae forent? — R. Ad 1. Affirmative, reformato dubio, ut sequitur: An obligatio missam applicandi pro populo, quae secundum ius ecclesiae occidentalis imposita est episcopis et parochis, locum similiter habeat pro iisdem personis de ritu orientali ? Ad 2. Affirmative. Ad 3. Negative. Ad 4. Provisum in tertio, et ad mentem. Mens est, quod, data opportunitate, manifestetur episcopis ecclesiae orientalis obligatio, quae etiam in eadem ecclesia incumbit animarum pastoribus, applicandi aliquoties missam pro populo, adeoque, quod pertinet ad dierum determinationem, exponatur ipsis ecclesiae occidentalis disciplina, ut lumen exinde sumant quo diiudicare valeant, usque dum eadem disciplina suis dioecesibus convenire possit, itemque, ut proponant quocumque casu S. Sedi temperamenta, quae magis necessaria censeantur ›. — S. C. de P. F. 23. Mart. 1863., A. s. s.y. 1.

‹ SSmus D. N. Leo XIII. exarabat C. *In suprema* d. 10. lun. c. a. quoad obligationem cunctorum episcoporum applicandi missam pro populo diebus festis... Haud latet R. V. quod, iuxta decretalem Innocentii III. in Concilio Lateranensi IV., *Licet qraecos;* et iuxta explicationem eidem datam in Congregatione theologorum, habita anno 1631. coram cardinali Pamphili, sanior doctorum, pars, haud ipso excepto Lambertinio, (Benedictus XIVj, in sententiam iverit, orientales non comprehendi in Constitutionibus Apostolicis, nisi tribus hisce casibus. 1. In punctis fidei et doctrinae catholicae. 2. Ubi ipsa materia ostendit comprehensionem. in quantum, nedum est lex ecclesiastica, sed declaratio legis divinae et naturalis. 3. Quando, etsi agatur de ordinationibus disciplinaribus, orientales ibi expresse nominantur. Doctrinae huic theologorum et canonistarum adhuc sanctio S. Sedis non accessit; certum tamen est, orientales habere ab immemorabili ceu sententiam theoreticam et practicam non comprehendi in constitutionibus disciplinaribus, nisi praedicta ratione, et hanc suam sententiam nunquam fuisse damnatam a

S. Sede. Hae posita theoria, liquidum est primo, quod omnes episcopi, etiam orientales certe comprehenduntur in citata Constitutione SS. Patris *in suprema,* eo quod ipsa, declarat ius divinum quoad obligationem missae *pro populo:* nam *vi pastoralis officii,* certo obligantur, de *iure (lirino,* episcopi, cuiuslibet ritus, ad eam applicandam. Quarnobrem non est punctum mutabilis disciplinae quodque immutari possit aut aboleri iuxta diversos ritus, immutari aut aboleri quacumque de contraria consuetudine; quae nihil aliud esset quam erroneus abusus, quando agitur de obligatione episcoporum *in se* litandi s. sacrificium *pro populo,* minime vero si agatur de numero missarum, quae offerri debent quolibet die festo. Numerus hic determinatur a lege ecclesiastica in applicatione legis divinae; et proinde non excluditur, iuxta diversa adiuncta, omnis diversitas et dispensatio ». — S. C. de P. F. 8. Nov. 1882.

217. — *Canonicorum residentia*

« Obtinentibus in cathedra!ibus aut collegiatis dignitates, canonicatns, praebendas, aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse; salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt; alioquin anno primo privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam praebendae, ac residentiae fecit suos; quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: crescente vero contumacia, contra eos, iuxta sacrorum canonum Constitutiones, procedatur. Distributiones vero, qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quavis collusione, aut remissione exclusa, his careant, iuxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit: Consuetudinem; quod sancta Synodus in usum revocat, non obstantibus quibuscumque statutis, et consuetudinibus. Omnes vero divina per se et non per substitutos compellantur obire officia, et episcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti adsistere, et inservire, atque in choro ad psallendum instituto, hymnis, et canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare. Vestitu insuper decenti, tam in ecclesia, quam extra assidue utantur, ab illicitisque venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, lusibusque abstineant: atque ea morum integritate polleant, ut merito ecclesiae senatus dici possit ». — Cone. Trid. S. 24. C. 12. de R. — Cf. M. E. V. 7. p. 265. seq.

zln *canonici inservire possint ecclesiae et choro per substitutos?* — Id est contra Cone. Trid. S. 24. C. 12. de R., contra Declar. S. C. C. 21. Febr. 1682. Nihilominus, ut constat ex ipsis decretis S. C. C., non est *sublata facultas se invicem substituendi:* dummodo 1.° et substituens sit praesens in civitate, ubi extat ecclesia, aut suburbiis, vel territorio; et 2. substitutus sit unus ex capitularibus; et 3.° uterque eodem tempore eidem servitio non sint adstricti; et 4.° dum substitutiones huiusmodi non sint nimium frequentes. Cf. Lucidi V. 1. p. 282. seqq. ed. 3.n, Canon, et Deer. Cone. Trid. Ed. Richter Lipsiae 1853. p. 359.

220. — *De distributionibus chori*

« 1.° An et quomodo canonici tempore divinorum officiorum audientes confessiones censeri debeant praesentes in choro ad effectum lucrandi distributiones in casu? 2.° An et quomodo idem canonici missam cele-

brautes tempore divinorum offioiorum tanquam praesentes haberi debeant in choro ad eundem effectum in casu? 3.° An et quomodo canonici assistentes archiepiscopo in pontificalibus aliisque functionibus vel missam privatam celebranti absentes a choro luerentur distributiones in casu? ¼. An et quomodo luerentur distributiones iidem canonici archiepiscopo assistentes in pertractandis negotiis dioecesis, vel ipsum in dioecesi extra residendam comitantes in casn? 5.° An et quomodo luerentur distributiones canonici absentes a choro ad expendendas rationes massae capitularis in casu ? 6.' An et quomodo lucrentur distributiones canonici absentes a choro ministerio praedicationis vacantes in casu? 7.° An ct quomodo canonici lucrentur distributiones, dum absunt a choro pro examine ordinandorum vel confessariorum in casu? 8.° An et quomodo canonici rectoris, administratoris, professorum et examinatorum munus exercentes in seminario, a choro absentes lucrentur distributiones in casu? 9." An et quomodo lucrentur distributiones canonici absentes a choro ut provicarii generalis, cancellarii et actuarii, aliaque munera in curia archiepiscopali exerceant in casu? 10.° An er quomodo lucrentur distributiones canonici absentes a choro rerum capitularium vel mensae archiepiscopalis administration! vacantes in casu? 11/ An et quomodo canonicus cancellariuscapituli lueretur distributiones pro negotiis capitularibus in archivo distentus in casu? Et quatenus negative, 12.° An consulendum SSmo pro absolutione et condonatione perceptarum distributionum in casu? — R.Ad 1.°° Negative in omnibus, excepto poenitentiario. Ad 2."” Negative, nisi de praefecti chori licentia et in populi commodum. Ad 3.um Affirmative ad primam partem, prout in *Lycien.* 27, Augusti 1641., ad secundam partem negative. Ad 4.m Negative in omnibns. Ad 5.„m Affirmative per tempus ab episcopo praefiniendum. Ad 6.“‘ 7.°“ 8.om 9."“ Negative in omnibus. Ad 10.’“ Quoad canonicum administratorem rerum capitularium affirmative pro diebus et horis quibus reapse incumbat in administrationem: in reliquis negative. Ad 11. m Negative, nisi in casu urgentiae. Ad 12.0B! Affirmative, celebrata una missa cum cantu, adstante universo capitulo».—S. C. C. 20. Dec. 1862., 24. Tan. 1885., A. S. S.V.1. p. 285. seqq.

In causa *Lycien.* 17. Aug. 1641., quam S. C. C. indicavit in dubii tertii resolutione, haec habentur; cum quaesitum fuisset a S. C. C. « An decretum Concilii cap. 12. sess. 24. de R. vers. *Omnes vero* locum habeat quando episcopus in aliis ecclesiis sibi subiectis in civitate exsistentibus pontificaliter celebrat, vel paratus adsistit cnm pluviali et mitra aut cum cappa divinis officiis, et missae solemnia vel alia pontificalia exercet... si numerus sufficiens canonicorum et ministrorum in ecclesia cathedral! remaneat »; S. C. respondit: *habere locum.*

‹ 4. An et quomodo confabulantes in choro tempore divinorum officiorum amittant quotidianas distributiones in casu? 5. An confabulationes. ob quas amittuntur distributiones constitui possint a pluribus parvis collocutionibus in casu? — E. Ad 4.”". Affirmative. Ad 5.,m Affirmative, si plures fiant in eadem hora ». — S. C. C. 27 Mart. 1847.

« An canonicus poenitentiarius absens a choro, ut confessiones fidelium ex suo munere audiat, praeter *ordinarias* distributiones, lucretur quoque tum falleutias tum cetera emolumenta, seu distributiones *extraordinarias* sive fixas, sive fortuitas in casu? — R. Affirmative et amplius » — S. C. C. G. Iui. 1889., A. S. S. V. 22. p. 297.

‹ 1, An canonicus theologus teneatur intéresse choro vespere illorum dierum, quibus mane docet in casu. - 2. An eidem praedictis diebus debeantur praeter quotidianas distributiones, emolumenta etiam incerta in casu. — 3. An exemptus a choro declarandus pariter sit ad praedictum effectum lucrandi distributiones et emolumenta incerta, iis diebus, quibus licet non doceat, attamen ratione officii sui clericorum examini assistit in casu. — R.Ad 1.„„n Negative.— Ad 2.'"'· Affirmative, exceptis emolumentis, quae ex voluntate testatorum aut dantium debentur tantum actu praesentibus. — Ad 3."m Affirmative, ut in 2., et ad ruentem: mens est ut archiepiscopus praefigat terminum congruum ad conficienda statuta ab eodem approbanda ». — S. C. C. 7. Dec. 1861.

« Dignitates seu canonici, qui inserviunt processibus tum ordinariis tum apostolicis, habeantur tanquam praesentes in choro, mutato officio; et ideo omnia percipiant emolumenta etiam eventualia ». — Decret. S. R. C. 27. Febr. 1887., M. E. V. 5. P. 1. p. 55.

« Praeterea Sanctitas Sua eosdem Ordinarios admonet et hortatur, ut fructu, qui sane uberrimus ex praedictis spiritualibus exercitiis percipitur, opportune proposito ac explicato, universos ex clero sibi subiecto, sed praecipue animarum rectores, confessarios, canonicos, aliosque beneficiatos chori servitio adstrictos diligenter excitent ad eadem exercitia saltem semel in anno peragenda in domibus religiosorum Societatis lesu, seu presbyterorum Congregationis missionis, si adsint, sin minus in alia pia, seu regulari domo ab ipsis Ordinariis, ad id designanda et approbanda.

Ut autem alacrius ad eundem spiritualem secessum singuli conveniant, Sanctitas Sua omnibus praefatis animarum rectoribus, confessariis, canonicis, beneficiatis, aliisque sacerdotibus et clericis, qui per decem dies singulis annis eadem exercitia peregerint in domibus praefatis, ibique diu noctuque permanserint, ac interea temporis vere poenitentes ac confessi sanctissimum eucharistiae sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam et remissionem in Domino elargitur.

Parochos insuper per id tempus semel tantum in anno exercitiis huiusmodi vacantes a residentia benigne absolvit. Quod ipsum servari praecipit quoad canonicos, bénéficiâtes, aliosque personali residentia obstrictos, et chori servitio mancipatos, quos nihilominus lucrari decernit integros fructus, et quotidianas suorum respective canonicatuum, et beneficiorum distributiones quascumque, perinde ac si choro divinisque officiis personaliter intéressent, dummodo tamen eadem exercitia peragant, obtenta prius ab Ordinario licentia, a quo nullatenus concedenda erit adventus et quadragesimae tempore ac in solemnioribus festivitatibus, nec unquam omnibus simul canonicis, aliisque choro inservientibus, sed eo adhibito modo, ut chori servitium nequaquam intermittatur, et quoad parochos, idoneis prius subrogatis oeconomis ab ipsomet Ordinario approbandis, qui animarum curam laudabiliter administrent. Mandat insuper Sanctitas Sua, ut hae literae publicentur in ista dioecesi, et in cancellariae registry's pro perenni eorum, quae in illis continentur, observantia abscribantnr, ct ad hunc ipsum finem quolibet triennio earum publicatio in posterum renovetur ». — Litt. Enc. S. 0. EE. et RR. 1. Febr. 1700. ad Epp. Ital. et Ins. adiac., A. S. S. V. 12. p. 609. seqq.

* Utrum parochus aliique sacerdotes exsequiis mortuorum ofliciisque quotidianis pro iisdem assistentes, ae pro ea functione stipendium accipientes, teneantur per se officium defunctorum persolvere, ita ut solummodo assistentes, et non cantantes vel psallentes, fructus non faciant suos; an vero sufficiat ut assistant, et schola, officium persolvat, ipsis interea pro suo lubitu alias preces fundentibus, v. g., breviarium recitantibus pro sua quotidiana obligatione ». - · R. Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam, — S. R. C. 9. Maii 1857. *Petrocorictii.*

226. — *De assistentia episcopo a canonicis debita*

Licet episcopo canonicos catbedralis compellere, ut sibi inserviant qnoties in cathedrali, vel in civitate et suburbiis pontificale munus exercet: modo tamen, si sit extra cathedralem Ecclesiam, haec non fraudetur debito cultu et servitio. Accedens vero ad ecclesias, in quibus aliae sunt dignitates et canonici, sciat episcopus canonicos cathedrali omnino praecedere canonicos et dignitates collegiatae. — S. K. C. 23. Mart. 1592. *Hispalen.* ad 2.

Et hoc procedit etiam quando episcopus celebrat, aut missae, aut vesperis solemnibns quacumque ex causa interest in ecclesiis exemptis, et Sedi Apostolicae immediate subiectis intra fines tamen suae dioecesis exsistentibus. — S. R. C. *Alexandrina* 7. Febr. 1604. ad 1.

Item tenentur canonici capitulariter assistere episcopo ordinationes peragenti solemniter in cantu inter divina officia. Si vero fiant privatim, tres tantum inserviant. — S. R. C. 7. Dec. 1658. *Cie. Duc.*

Non possunt canonici catbedralis cogi ad assistendum episcopo, si accesserit ad alias ecclesias ad celebrandum private. Imo neque tenentur assistere missam private celebranti in propria cathedrali, nisi adsit consuetudo, quae servanda est. — S. R. C. 5. Iui. 1603. *Tifernaten.* Tunc autem dicitur ex eadem S. C. *privatim* episcopum accedere ad ecclesiam, cum sine cappa pontificali accedit: et sic assistit.

Quando episcopus ad cathedralem pontificaliter accedit, aspersorium a prima capituli dignitate est porrigendum cum osculo aspersorii et manus. Sed si accedit ad aliam ecclesiam, assistente cathedrali capitulo, aspersorium est dandum a dignitate sen superiore illius ecclesiae. — S. R. C. 23. Mart. 1592. *Hispalen.* ad 5.

227. — *De electione vicarii capitularis*

Nulla est electio vicarii capitularis, vivente episcopo, et a sede sua turpiter eiecto. — S. C. EE. et RR. 3. Maii 1862., — Bizzarri Collect, p. 608. Ed. 1885.

Mense Mart. a. 1863. S. C. C. quaestioni quoad nominationem duorum vicariorum, sede vacante, respondit: ‹ posse tolerari ». D. 21. Apr. 1592. S. C. C. declaravit: « Sede vae., unum tantum vicarium esse eligendum. Ceterum non esse eo decreto se. Concilii Tridentini) sublatam consuetudinem duos aut plures eligendi praesertim immemorabilem ».

« An redacto capitulo ad unum tantum membrum, possit, sede vacante, per se solum eligere vicarium de quo in cap. 16. sess. 24. Concilium Tridentinum. — R. Affirmative, dummodo non eligat seipsum » — S. C. C. 12. Mart. 1662.

228. 232. — *Parochorum residentia*

«Non posse parochos abesse a residentia ultra tres vel quatuor dies, etiam intra menses conciliares, nisi in casu necessitatis et de licentia Ordinarii, cuius super hac re conscientia oneratur ». — S. C. de P. F. 29. Aug. 1793., C. 189. — Cf. n. 204.

234. — *De assistentia moribundis praestanda*

«Anet quando teneantur parochi, sub gravi, per se, vel saltem per alium, moribundis assistere usque ad extremum vitae agonem, quamvis sint illi iam sacramentis rite muniti, ac bene dispositi videantur? — R. Standum praescriptionibus ritualis romani, in reliquis consulat probatos auctores ». — S. C. C. 23. Mart. 1878.

237. 238. — *Personalis et realis obligatio parochorum quoad missam pro populo* — Cf. n. 213.

239. 242. — *Obligatio praedicandi et catechisandi quoad parochos*

‹ Ex dispositione S. Concilii Tridentini omnibus animarum pastoribus praeceptum est ut in Dominicis et festis diebus sermonem habeant ad populum, et pueros doceant rudimenta fidei. Quoties archiepiscopus praedictus omnia per seipsum adimplet in ecclesia in qua residet, ad eadem onera subeunda minime tenetur eiusdem ecclesiae parochus. Ast si archiepiscopus et evangelii explicationem et expositionem catechismi non fecerit, tunc et eo casu parochus expleat munus eidem incumbens, vel omissam ab episcopo evangelii expositionem, vel explicationem catechismi peragendo, ita ut utrumque subsidium habeat populus ». — S. C. de P. F. 28 Nov. 1785., C. 192. — Cf. n. 212.

244. — *De oeconomo curato et missionariis apostolicis quoad iurisdictionem subdelegandam*

« An oeconomus curatus, vacante paroecia, ab episcopo constitutus in vim dispositionis Concilii Tridentini sess. 24. cap. 18. possit alium sacerdotem delegare ad omnia officia, vel ad aliquos tantum actus. — R. Affirmative ad primani partem, nisi obstet voluntas Ordinarii ». — S. C. C. 9. Maii 1874.

« 3. Missionarii apostolici gaudentne jurisdictione ordinaria tanquam parochi, aut solummodo delegata in missionibus ad quam missi sunt per vicarium apostolicum? — 4. lidem missionarii possuntne propria auctoritate aeque ac parochi delegare sacerdotem ad effectum assistendi et benedicendi matrimoniis Christianorum sibi commissorum? Item audire confessiones suorum Christianorum etiam in alio vicariatu ?— R. Ad 3.um Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. — Ad 4.„ra Provisum in praecedenti ». — S. C. de P. F. 23. Aug. 1852.

245. — *De simplicibus presbyteris quoad animarum curam*

« Utrum sub eodem praecepto obedientiae, et iisdem intentatis censuris, possit episcopus sacerdotes otiosos et sanitate suffultos compellere ad suscipiendam ecclesiarum curam, saltem donec illis fas sit providere pastorem ? — R. Affirmative, gravi urgente necessitate et ad tempus ».

S. C. C. 17. fan. 1866. —‹ Quod vero viros religiosos, quatenus extra claustra vivant de suorum superiorum temporanea licentia, rem agat cum iisdem superioribus ». — S. C. C. 28. Mart. 1890.

De ifalis sacerdotibus in Americani proficiscentibus

‹Xon sine magno animi moerore Sanctissimus Dominus noster Leo Papa XIII. accepit, nonnullos sacerdotes ex Italia, praesertim meridionali, ad Americanas regiones emigratos eam ducere vitam, quae a morum integritate et sanctitate quam ecclesiasticus vir praeseferre debet, prorsus abhorret.

Volens itaque Beatissimus Pater tanti mali ulteriori dilatationi pro viribus obsistere, eas renovando et ampliando cautelas ac remedia, quae praeteritis annis iam fuerant adhibita: audito voto cardinalium Sacrae Congregationis Concilii, mandavit eidem Congregationi mittere ad episcopos et Ordinarios tum Italiae tum Americae sequentes praescriptiones:

I. Quoad italos sacerdotes emigratos in America commorantes, locales antistites contra delinquentes summarie procedant ad formam sacrorum canonum, etiam tanqnam Apostolieae Sedis delegati, si opus sit.

II. Quoad futurum vero: prohibetur absolute Italiae episcopis et Ordinariis concedere suis presbyteris de clero saecularis litteras discessoriales ad emigrandum in regiones Americae.

III. Exceptio tantummodo admitti poterit, onerata episcopi conscientia, pro aliquo eius dioeeesano sacerdote maturae aetatis, sufficienti sacra scientia praedito, et omnino iustam afferente emigrationis causam. Qui tamen bonum testimonium habens intemeratae vitae in operibus sacri ministerii cum laude veri spiritus ecclesiastici et zeli salutis animarum hactenus peractae: idcirco fundatam spem exhibeat aedificandi verbo et exemplo fideles ac populos ad quos transire postulat, nec non moralem certitudinem praestet nunquam a se maculatam iri sacerdotalem dignitatem exercitatione quarumcnmque vulgarium artium et negotiationum.

IV. Sed in huiusmodi casu idem italus episcopus et Ordinarius, omnibus rite perpensis et probatis, rem. absque sacerdotis postulantis intermedio, directe agat cum Ordinario americano ad cuius dioecesim ille transire cupit, et habita ab ipso americano Ordinario eiusdem sacerdotis formali acceptatione una cum promissione eum ad aliquod ministerii ecclesiastici munus deputandi, de omnibus et singulis praefatae Sacrae Congregationi Concilii referat. Quae si tandem consensum dederit, tunc poterit episcopus discessorias litteras concedere, communicando arnerieano antistiti per secretam epistolam, nisi ei iam cognitae sint, notas personales emigrantis sacerdotis, ad effectum impediendi fraudes circa subiecti identitatem. — Ex ea dioecesi ad aliam in America idem sacerdos emigrare nequeat absque nova Sacrae Congregationis licentia.

V. Excluduntur in quacumque hypothesi presbyteri ritus orientalis.

VI. Quod si non agatur de emigratione, sed de aliquo Italiae sacerdote, qui ob personales et honestas temporaneas causas pergere velit ad Americae partes, satis erit nt proprius Ordinarius, his perspectis, ac dummodo de caetero nihil obstet, eum muniat in scriptis sua licentia ad tempus (unius anni limitem non excedens), in qua praefatae abeundi causae declarentur, cum conditione, nt suspensus illico maneat a divinis expirato praefixo termino, nisi eius legitimam prorogationem obtinuerit.

VII. Non comprehenduntur bis legibus de emigratione in Americas ii sacerdotes, qui ad hoc speciali aliquo gaudent apostolico privilegio.

Datum Romae ex S. Congregatione Concilii die 27. Ini. 1890. »

246. — *De inferioribus clericis*

<55. Item, quae vehementer optare se profitetur, ut aliqua ratio inveniretur minutuli cleri (quo nomine inferiorum ordinum clericos designat) a cathedralibus et collegiatis submovendi, providendo aliter (nempe per probos et provectioris aetatis laicos, congruo assignato stipendio) ministerio inserviendi missis et aliis officiis, vehit acolythi etc., ut olim. inqnit, fieri solebat, quando eius generis officia non ad meram speciem pro maioribus Ordinibus suscipiendis redacta erant; — Quatenus reprehendit institutum, quo cavetur, ut *minorum ordinum functiones per eos tantum praestentur exerceanturve, qui in illis constituti adscriptive sunt* (Concil. Prov. IV. mediol.) ; idque ad mentem Tridentini (sess. 23. c. 17.). *id sanctorum Ordinum a diaconatu ad ostiariatum functiones ab apostolicis temporibus in ecclesia laudabiliter receptae, et in pluribus locis aliquamdiu intermissae iu.rta sacros canones revocentur, nec ab haereticis tanquam otiosae traducantur;* — Suggestio temeraria, piarum aurium offensiva, ecclesiastici ministerii perturbativa, servandae quoad fieri potest in celebrandis mysteriis decentiae imminutiva, in minorum ordinum munera et functiones, tum in disciplinam per canones et speciatim per Tridentinum probatam iniuriosa, favens haereticorum in eam conviciis et calumniis ». — Pr. Syn. Pist. d. a Pio VI.

248. — *De habitu religioso et conditione institutorum eundem non praescribentium*

« Ecclesia catholica hoc omnino habet, ut cum ad Christianam fovendum pietatem tum ad vitia extirpanda suas vires omnes iugiter intendat. Hinc nostra fere aetate, nedum verae Congregationes religiosae in magnum christianae civilisque reipublicae bonum excrevere, verum etiam aliae atque aliae fidelium piae sunt formatae societates, quae et consilia evangelica sequerentur, et charitatis officia maiori libertate obirent, a quibus per temporum nequitiam exercendis religiosae familiae aut poene aut omnino prohibentur. Cum autem piae istac fidelium societates, non secus ac verae religiosae Congregationes, a S. Sede laudatae fuerint, earumque statuta approbata, ac novae insuper societates huiusmodi approbari postularent, de earumdera societatum natura deque S. Sedis mente in illis approbandis coeptum est disputari. Qua de causa in generali S. It E. Cardinalium Congregatione EE. et RR. de mandato SSini D.N. Leonis PP. XIII. duo haec quesita sunt: I."m Utrum expediat, ut S. Congregatio episcoporum et regularium decretum laudis aut approbationis concedat Institutis illis, qui praeter sorores in communitate viventes, habent obstrictas votis simplicibus sive temporaneis sive perpetuis alias sorores quae propriis in domibus vivunt, quin signum aliquod prae se ferant externum, per quod innotescat eas membra esse alicuius regularis Instituti. II."m Utrum expediat ut eadem S. Congregatio concedat decretam laudis aut approbationis Institutis illis, quorum membra, etiamsi in communitate vivant, nullum tamen eiusdem Instituti signum prae se ferant. quinimo student occultare tam Institutum ipsum quam eius natu-

ram. Porro in plenaria Congregatione habita in Palatio Apostolico Vaticano die XXI. Mensis Iimii anni MDCCCLXXXIX. Eminentissimi Patres decreverant: Sacra Congregatio quando laudat vel approbat huiusmodi Instituta, etiam sub expresso Congregationum immine, ea intendit laudare aut approbare non quidem uti religiones formales votorum solemniiim, neque etiam ut formales seu veras religiosas Congregationes votorum simplicium, sed tantum uti pias Sodalitates, in quibus, praeter alia qnae iuxta hodiernam ecclesiae disciplinam desiderantur, nec religiosa professio proprie dicta emittitur, sed vota, si quae fiant, privata censentur, non publica nomine ecclesiae a legitimo superiore accepta. Haec insuper sodalitia laudat vel approbat S. Congregatio sub essentiali conditione, quod plene perfecteque respectivis Ordinariis innotescant, ac eorum omnino subsint iurisdictioni. Denique harum sodalitatum membra, quamvis nullum regularem habitum deferant, attamen satagant ut in seipsis now sii,... *indumenti vestimentorum cultus* (I. Pet. III., 3.) nec aliquid quod cuiusquam offendat adspectum, sed *quod decet* religiosas personas, *promittentes pietatem per opera bona* I. Timoth. IL, 10.); caveantque ne quod per spiritus prudentiam occulitur, per prudentiam carnis in culpabilem simulationem degeneret. Hoc autem decretum S. S. ratum habuit ac confirmavit, et in huius generis institutorum statutis inseri praecepit ». — S. C. EE. et RR. 11. Aug. 1839.

De mulieribus tertii Ordinis earumque privilegiis — Cf. Instr. S. 0. de P. E. 17. lan. 1763. C. 445.

De votorum solemnitate

Responsum S. Poenitentiariae ad episcopum Lemovicenseni directum, anno 1820:

« *S. Poenitentiaria, diligenter perpensis expositis, ren. in Christo Patri episcopo Lemovicensi (Limoges) respondit :* Votum solemne illud esse, quod ab Ecclesia ut tale acceptatur, et voventem inhabilem reddit in perpetuum et immutabiliter spectata lege ordinaria et seclusa dispensatione pontificia) ad matrimonium contrahendum, et ad dominia rerum acquirenda vel retinenda, *prout cum caeleris SS. canonum tractatoribus loquitur P. Piringh in 3\ decret. tit. 54. §. 1.: Cum ergo (ut praemissa ab episcopo oratore significant) modo Galliarum moniales, ut sese civilibus legibus accommodent, sic paupertatis votum emittant, ut minime se abdicent dominio rerum suarum, sed eas ut proprias retineant, ac de iisdem, cum opus fuerit, iuxta leges civiles disponere intendant, ideo hoc earum votum sive quinquennale, sive perpetuum sit, solemne certe non est, neque ut tale ab Ecclesia acceptatur. Quod si huiusmodi paupertatis votum solemne non est, nec solemnia censeri possunt reliqua duo vota castitatis et obedientiae: quippe cum secundum solemnis religiosae professionis naturam, atque Ecclesiae disciplinam, votum unum sine alio solemne esse, non possit ».*

De tribus regulis fundamenti loco a Synodo positis pro reformatione regularium

‹ 80. Regula I., quae statuit universe et indiscriminatim, *statum regularem aut monasticum natura sua componi non posse cum animarum cura cumque vitae pastoralis muneribus, nec adeo in partem venire posse*

ecclesiasticae hicrarchiae, quin cx adverso pugnet cum ipsiusmet vitae monasticae principiis; Falsa, perniciosa, in sanctissimos Ecclesiae patres et praesules, (pii regularis vitae instituta eum clericalis ordinis muneribus consociarunt, iniuriosa, pio vetusto probato Ecclesiae mori summorumque Pontificum sanctionibus contraria: *Quasi monachi, quos morum gravitas et vitae ac fidei institutio sancta commendat,* non rite, nec modo sine religionis offensione, sed et cum multa utilitate Ecclesiae *clericorum officiis aggregentur.* (Ex S. Siricio epist. decret, ad Himerium Tarracon. c. 13.).

81. Item, in eo quod subiungit, sanctos Thomam et Bonaventuram sic in tuendis adversus summos homines mendicantium institutis versatos esse, nt in eorum defensionibus minor aestus, accuratio maior desideranda fuisset: Scandalosa, in sanctissimos doctores iniuriosa. impiis damnatorum auctorum contumeliis favens.

82. Regula II. *Multiplicationem ordinum ac diversitatem naturaliter inferre perturbationem et confusionem;* item in eo quod praemittit (§. 4.) *regularium fundatores,* qui post monastica instituta prodierunt, *ordines superaddentes ordinibus, reformationes reformationibus, nihil aliud effecisse, quam primariam mali causam magis magisque dilatare;* Intellecta de ordinibus et institutis a Sancta Sede probatis, quasi distincta priorum munerum varietas, quibus distincti ordines addicti sunt, natura sua perturbationem et confusionem parere debeat; Falsa, calumniosa, in sanctos fundatores eorumque fideles alumnos, tum et in ipsos summos Pontifices iniuriosa.

83. Regula III., qua, postquam praemisit, *parvum corpus degens intra civilem societatem quin fere sit pars eiusdem, parvamque monarchiam figit in statu semper esse periculosum,* subinde hoc nomine criminatur privata monasteria, communis instituti vinculo sub uno praesertim capite, consociata, velut speciales totidem monarchias civili reipublicae periculosas et noxias; Falsa, temeraria, regularibus institutis a sancta Sede ad religionis profectum approbatis iniuriosa, favens haereticorum in eadem instituta insectationibus et calumniis.

T)e systemate seu ordinationum complexione ducta ex allatis regulis, et· octo sequentibus articulis comprehensa, pro reformatione regularium

84. Art. I. De uno dumtaxat ordine in ecclesia retinendo, ac de seligenda prae caeteris regula sancti Benedicti, cum ob sui praestantiam, tum ob praeclara illius ordinis merita; sic tamen, ut, in his quae forte occurrent temporum conditioni minus congrua, instituta vitae ratio apud Portum-Regium lucem praeferat ad explorandum, quid addere quid detrahere conveniat;

II. Xe compotes fiant ecclesiasticae hierarchiae, qui se huic ordini adinnxerint; nec ad sacros Ordines promoveantur, praeterquam ad summum unus vel duo, initiandi tanquam curati vel cappellani monasterii, reliquis in simplici laieorum ordine remanentibus;

III. Unum tantum in unaquaque civitate admittendum monasterium, idque extra moenia civitatis in locis abditioribus et remotioribus collocandum;

IV. Inter occupationes vitae monasticae pars sua labori manuum inviolate servanda, relicto tamen congruo tempore psalmodiae impen-

dendo, aut etiam (si cui libuerit) litterarum studio; psalmodia deberet esse moderata, quia nimia eius prolixitas parit praecipitantiam, molestiam. evagationem: quo plus auctae sunt psalmodiae, orationes, preces, tantumdem peraequa proportione omni tempore imminutus fervor est sanctitasque regularium;

V. Nulla foret admittenda distinctio monachos inter sive choro sive ministeriis addictos; inaequalitas isthaec gravissimas omni tempore lites excitavit ac discordias, et a communitatibus regularium spiritum charitatis expulit;

VI. Votum perpetuae stabilitatis nunquam tolerandum; non illud norant veteres monachi, qui tamen Ecclesiae consolatio et christianismi ornamentum exstiterunt; vota castitatis, paupertatis, et obedicntiae non admittentur instar communis et stabilis regulae; si quis ea vota aut omnia aut aliqua facere voluerit, consilium ct veniam ab episcopo postulabit, qui tamen nunquam permittet ut perpetua sint, nec anni fines excedent: tantummodo facultas dabitur ea renovandi sub iisdem conditionibus;

M '

μ >:λ ?

VII. Omnem episcopus habebit inspectionem in eorum vitam, studia, progressum in pietate, ad ipsum pertinebit monachos admittere et expellere. semper tamen accepto contubernalium consilio.

VIII. Regulares ordinum qui adhuc remanent, licet sacerdotes, in hoc monasterium admitti etiam possent, modo in silentio et solitudine propriae sanctificationi vacare enperent: quo casu dispensationi locus fieret in generali regula num. II. statuta, sic tamen ne vitae institutionem sequantur ab aliis discrepantem, adeo ut non plus quam una aut ad summum duae in diem missae celebrentur, satisque caeteris sacerdotibus esse debeat una cum communitate concelebrare.

1·

Item pro reformatione monidlium

Vota perpetua usque ad annum 40. aut 45. non admittenda; moniales solidis exercitationibus, speciatim labori, addicendae; a carnali spiritualitate, qua pleraeque distinentur, avocandae; expendendum utrum quod ad ipsas attinet, satius foret monasterium in civitate relinqui.

Systema vigentis atque iam antiquitus probatae ac receptae disciplinae subversivum. perniciosum, constitutionibus apostolicis et plurium Conciliorum etiam generalium tum speciatim Tridentini sanctionibus oppositum et iniuriosum, favens haereticorum in monastica vota et regularia instituta stabiliori consiliorum evangelicorum professioni addicta conviciis et calumniis ». — Ppr. Syn. Pistor, dd. a Pio VI.

249. — *De religiosae vitae sanctitate*

« 1. Quod EE. praedicatores et minores in statu et via salvandorum non erant, nec meritoria et salutifera exsistebat eorum mendicitas et paupertas; cum deberent, valetudine corporali et aliis iustis impedimentis cessantibus, propriis manibus operari, sub spe alieni auxilii non torpendo. — 2. Quodque de licentia vel commissione Romani Pontificis seu dioecesanorum episcoporum praedicationis exercere officium et confessiones audire libere non valebant, tanquam per hoc sacerdotibus parochialibus praeiudicium inferretur ». — Errores Guillelmi de Sancto Amore dd. ab

Atomlro IV. a. 1256. CC. *Vmi solis radius* XVI. Kai. Nov., *Mulla cordis amaritudine* XII. Kai. Nov.

<22. Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo peccaverunt. 23. Religiosi viventes in religionibus privatis non sunt de religione ehristiana. — 24. Fratres tenentur per laborem manuum victum acquirere, et non per mendicitatem. — 31. Peccant fundantes claustra et ingredientes sunt viri diabolici. — 34. Omnes ordines mendicantium sunt haeretici, et dantes eis eleemosynas sunt excommunicati. — 35. Ingredientes religionem, aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad observanda divina praecepta et per consequens ad perveniendum ad regnum caelorum, nisi apostataverint ab eisdem. — 45. Omnes religiones indifferenter introductae sunt a diabolo »..— Ppr. Io. VVikleff dd. in Cone. Constant.

<41. Praelati ecclesiastici et principes saeculares non male facerent, si omnes saccos mendicitatis delerent ». — Pr. Mart. Luth. d. a Leon. X.

251. — *An et quomodo religiosi dispersi ad regularem observantiam teneantur*

« Curandum est, ut regulares a propriis domibus expulsi, quatenus in aliud coenobium recipi nequeunt, in peculiarem aliquam domum a superioribus suis designandam conveniant, ibique regulam, quam professi sunt, meliori, quo fieri potest, modo observare non omittant, facta cuique absque debita licentia discedendi prohibitione ». — S. Poenit. 18. Apr. 1867., A. S. S. V. 3. p. 151. seqq.

252. — *et quomodo episcopus regularis ad regulam teneatur*

«Affirmative ad formam Constit. Bened. XIII. incip. *Custodes,* nempe episcopus regularis tenetur observare regulas suae religionis, quae materiam voti paupertatis determinant: item tenetur alias regulas et observantias dignitati et officio episcopali non repugnantes eadem obligatione gravi vel levi observare, qua tenebatur, antequam assequeretur dignitatem episcopalem: ita tamen, ut in peculiaribus casibus prudenter indicium ferre possit, utrum cum dignitate et officio episcopali illa conveniant ». — S. C. EE. et RR. 6. Maii 1864. A. S. S. V. 1. p. 449. seqq.

« Regularis professus, incapax bonorum, ad episcopatum assumptus... recuperat ius succedendi ad haereditates, post adeptum episcopatum, ad utilitatem suae ecclesiae sibi delatas quoad proprietatem, et ad proprium commodum quoad usumfructum ». — S. C. C. 7. Dec. 1639., A. S. S. V. 1. p. 227.

254. — *De facultate episcoporum dispensandi moniales a votis*

1.° Si sermo sit de monialibus pertinentibus ad Ordinem, in quo prius emittebantur vota solemnia, huc spectant dubia ab episcopo cenomanensi proposita: « 1.° An privilegia spiritualia regularibus concessa, v. g. indulgentiae, nihilominus permaneant? 2.° An votum ingrediendi religionem Sedi Apostolicae adhuc sit reservatum? 3.° An Ordinarius super votis a monialibus emissis, data ratione sufficienti, dispensare possit, voto perpetuae castitatis remanente? 4.° An de votis virorum idem dicendum sit, ac de votis monialium, uti videtur? — R. Ad 1.„m Sorores monasteriorum Galliae lucrari posse indulgentias omnes, quae religioni seu

Instituto aliarum monialium solemnia vota emittentium secundum Institutum seu regulam respectivam concessae fuerunt, idque ex Induito a SSmo D. X. Gregorio XVI. confirmato. Ad 2.„m Affirmative: sed votum mulieris cuius intentio respexerit ad monasteria, prout nunc in Galliis exsistunt, non est reservatum: quia scilicet monasteria eadem a Sede Apostolica. attentis peculiaribus circumstantiis, non tanquam Ordines vere ac proprie religiosi sed uti piissimarum familiae feminarum aestimantur. Ad 3.·" Ex Sanctitatis Suae declaratione episcopos Galliarum, rebus sic stantibus, posse dispensare. Ad 4.uro Decreta per S. Poenitentiariam alias edita spectare solummodo ad moniales». — S. Poenit. 11. Dec. 1835.

2.° Si vero agatur de recentioribus monialium Congregationibus a S. Sede approbatis, ad hanc quaestionem pertinent tum rescriptum S. C. EE. et RR. 20. Sept. 1840., tum animadversiones saepius factae ab ipsa S. C. in earum Constitutiones, quibus asseritur, in huiusmodi Congregationibus, vota emissa, sive perpetua, sive temporanea a Romano Pontifice dumtaxat dispensari.

3.° « An dispensare possit episcopus a votis emissis in Congregationibus non claustratis, et a S. Sede non approbatis, quae snperiorissae alterius generalis regimini subduntur: sive 1. domos habeant in pluribus dioecesibus sitas: sive 2. nullas domos habeant extra dioeccsim, in qua ortae sunt? — R. Adi.'|" et 2."“ quoad vota non reservata paupertatis et obedientiae posse episcopum utroque in casu dispensare dummodo ius ex contractu oneroso acquisitum tertii, ipso rationabiliter invito, non laedatur.· quoad votum reservatum castitatis, ex potestate ordinaria episcopi negative, nisi constet votum non fuisse perpetuum et absolutum ». — S. C. S. O. 2. Aug. 1876., C. 2091.

De dispensatione votorum quoad regulares viros — Cf. n. 277.

261. 262. 277. — *De litteris testimonialibus Ordinariorum exquirendis ante admissionem novitiorum*

«In quocumque Ordine, Congregatione... sive in iis emittantur vota solemnia, sive simplicia... nemo ad habitum admittatur absque testimonialibus tum Ordinarii originis, tum etiam Ordinarii loci, in quo postulans post expletum decimum quintum annum aetatis suae ultra annum moratus fuerit ». — Decret. S. C. super statu Regul. *Pôniani Pontifices* Ian. 1848. ubique locorum servandum. Ead. 8. C. 1. Maii 1851. declaravit sufficere testimoniales datas ab Ordinariis per litteras privatas.

«An sit nulla susceptio habitus sine litteris testimonialibus? — R. Susceptionem habitus esse illicitam, non tamen invalidam: testimoniales litteras omissas in receptione ad habitum quamprimum obtinendas esse; alias novitii ad professionem admitti minime poterunt. — Utrum sit invalida professio, si fiat omissis testimonialibus litteris? — R. Non esse invalidam, sed illicitam ». — Ead. S. C. 1. Maii 1851.

De forma serranda in admissione ad habitum e.l ad professionem

Leges servandae in probandis iis, qui ad habitum religiosum admitti postulant, et in admittendis novitiis ad professionem, continentur Decreto *Regulari Disciplinae* 25. lan. 1848. pro Italia ct Insui, adiacent., Sabaudia comprehensa. Bizzarri Collectam p, 832. seqq. Ed. 1875.

«An sit nulla vel tantum illicita professio facta non servata prius forma Decreti *Jlegulari disciplinae?* — R. esse tantum illicitam, non vero nullam ». — Ead. S. C. 10. lan. 1852.

De qualitatibus requisitis in admittendis

Qualitates, requisitae in admittendis, illae sunt, quae praescriptae habentur < in C. Sixti V. *Cum de omnibus,* cum moderatione Gregorii XIV., et in Deer. Clem. VIII. *Cum ad regularem disciplinam,* nec non in regulis et Constitutionibus respectivi Ordinis ». — Ead. S. C. 1. Maii 1851. Praefato Deer. Clem. VIII. Institutiones habes super receptione et educatione novitiorum in monasteriis et conventibus designatis vel designandis. Bizzarri Collect, p. 843. seqq., 867. seqq.

« Conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, et msi saltem praecipua doctrinae Christianae capita noverint ». — Instruet, super recept. et educat, novitior. iussu Clem. VIII. Ed. 19. Mart. 1693., S. C. super Stat. Regul. 1. Maii 1851. ad 7.u“ Litter. Encycl. *Neminem latet* 19. Mart. 1857.

De prohibitione recipiendi aliquid a novitiis, excepto victu et vestitu

« S. C.... censuit... non licere... a novitiis exigere... quocumque praetextu... excepto victu et vestitu illius temporis, quo in probatione fuerit ». — S. C. EE. et RR. 11. Dee. 1789., Cone. Trid. S. 25. de Reg. C. 16.

268. 273. — *De novitiatus loco et duratione*

«Alens S. C. est, ut in posterum annus probationis seu novitiatus, et professio solemnis fiat in monasteriis pro novitiatu destinatis ad formam C. Clementis VIII. *JRegularis disciplinae restitutioni*... ita ut, iuxta praescriptum C. Trid. S. 25. C. 16. de Regul., finito tempore novitiatus, superiores novitios, quos habiles invenerint, ad professionem admittant, aut a monasterio eos eiiciant ». — S. C. EE. et RR. 12. Iui. 1793. Die vero 19. Sept. a. 1686, nullam S. C. declaraverat vestitionem et professionem in conventu non designato pro novitiatu, addens « annum probationis esse computandum a die accessus ad legitimum locum novitiatus ». — Bizzarri Collect, p. 279. seqq.

270. — *De prorogatione novitiatus et professionis dilatione*

« 1. An quando novitii clerici, aut laici, bona fide susceperunt habitum ante tempus; ita ut finito anno et die novitiatus non attigerint aetatem a Constitutione pro professione praescriptam possit ipsis absque dispensatione et periculo nullitatis differri professio, donec praescriptam aetatem attigerint? 2. Utrum absque dispensatione et periculo nullitatis possit aliquando differri professio tam clericis quam laicis, qui finito anno et die novitiatus attigerunt aetatem pro professione requisitam, si ad prudens indicium P. vicarii generalis aut PP. conventualium capi-

tuli conventnalis adsint causae graves differendi professionem? — R. Ad ntrumqne affirmative, et amplius, etc. * — S. (’. EE. et RR. 12 lan. 1731 — Cf. n. 277.

274. — De tempore et forma, qua professi ratorum simplicium suarum rerum dominium a se abdicare qtossunt

«Qnandonam professi votorum simplicium emittere possint remm-ciationem. de qua S. C. Trid. S. 25. de Reg. C. 16. agit, quoque ipsi suarum rerum dominium a se abdicent? — R. Renuneiationem, quam in cit. cap. 16. S. 25. de Reg. C. Trid. respicit, pro professis votorum simpli-cium locum habere infra duos menses proximos ante professionem voto-rum soleronium ». — Decret. Pii IX. 1. Aug. 1862.

« Utrum validitati renuntiationum novitiorum minoris aetatis, et novitiarum. quae tiunt *occasion'· professionis,* sufficiat servare formam Cone. Trid.. an necessariae sint solemnitates praescriptae ab actuali codice iudieiario ». quoad contractus mulierum et minorum? — R. Affir-mative ad 1?” p., Negative ad 2.ars S. C. EE. et RR. 17. Mart. 1843 ». — Renuntiatio autem, ita semel facta, renovari quidem potest suo tempore secundum praescriptas codicis fbrmalitates; sed immutari non potest.— S. C. EE. et RR. IG. Sept. 1885.

276. — *Privilegia et iura simplicium professorum in Ordinibus regularibus*

«Professi dictorum votorum simplicium participes erunt omnium gratiarum ac privilegiorum, quibus professi votorum solemninm in me-morato ordine legitime utuntur, fruuntnr et gaudent. — Anni professionis, qui in dicto ordine requiruntur, ut quis voce activa et passiva gaudeat, et ad officia admitti possit a die emissionis votorum simplicium comput-entur ». — S. C. super Stat. Regular. 12. lun. 1888. n. 6.° 8.°

« Quaeritur, utrum professi votorum simplicium, qui ex allato De-creto S. C. super Stat. Regular. 12. lun. 1858. n. 6.° 8.°) quoad iura tam gratiarum et privilegiorum, quam vocis activae et passivae professis votorum solemninm aequiparantur. ut professi votorum solemninm in praelatos seu iu superiores in eodem Ordine licite et valide eligi pos-sint et valeant? — R. Negative ». — S. C. super Stat. Regular. 16. lan. 1891.

277. — *De spiritualibus exercitiis peragendis a mulieribus, quae habitum monasticum suscipere, rei professionem emittere volunt*

« S. S. vult et praecipit, ut omnes promovendi ad Ordines tam mi-nores (piam maiores per decem dies continuos ante Ordinationem pera-gant exercitia spiritualia, eodem plane modo, qui praescribitur promo-vendis Romae, C. *Apostolica sollicitudo* Alex. VII. Item omnes illae, quae volunt religiosum statum amplecti in quolibet monasterio, etiam regu-laribus subiecto. eadem peragant exercitia per decem dies antequam suscipiant habitum et ad novitiatum admittantur; eademque repetenda sunt exercitia per decem dies antequam ad professionem admittantur. Desiderat praeterea S. S.... ut omnes moniales professae semel in anno, per aliquod tempus quod opportunum videatur, eadem agant exercitia » — Eneycl. S. C. EE. et RR. 9. Oct. 1682.

De rotis simplicibus ante solcmneni professionent virorum

« ... Quoad religiosas familias cuiuBCnmque Ordin. Congregat, et Instit., in quibus solemnia vota emittuntur, statuimus ac decernimus, nullam omnino, irritam, et nullius roboris fore professionem votorum solcmnium tam scienter, quam ignoranter, quovis modo, praetextu, et colore factam a novitiis quibuscumqiie etiam laicis et conversis, qui licet probationem, et novitiatum prout de iure expleverint, non emittant piius professionem votorum simplicium, et in ea per triennium integrum non permanserint, quamvis vel a superioribus, vel a novitiis, vel ab ntrisque intentio habeatur respective recipiendi ad vota solemnia, et ea emittendi, ac omnes ritus adhibeantur ad professionem votorum solemninm praescripti ». — Br. Pii IX. *universalis Ecclesiae* 7. Febr. 1862. — Solemnis professio iustis ex causis a. superiori generali vel provinciali ulterius differri potest, non tamen ultra aetatem annorum 25. completorum. Litt. Enc. S. C. superStat. Regular. *Neminem latet* 19. Mart. 1857., quibus pro ditione Imperii Austriaci haec Instructio addebatur: «... Verum peculiaria rerum adiuncta exigunt, ut in domibus religiosis in enunciata ditione constitutis professio votorum solemninm differatur iuxta morem et praxim inibi nonnullis abhinc, annis inductam. Quapropter ea est Sanctitatis Suae mens ac voluntas, ut superiores regulares facultate eis in dicto decreto attributa, differendi scilicet professionem votorum solemninm, uti debeant iuxta superius memoratum morem et praxim ». — Cf. Franc. Sentis Clem. Pap. VIII. Decretales Friburgi Brisgoviac 1870. pag. 81.

Ex declarationibus autem S. C. super Stat. Reg. 12. lun., 6. Aug. 1858., 25. Febr. 1859., etc. vota simplicia, de quibus agitur, perpetua sunt ex parte voventis, et eorum dispensatio Summo Pontifici reservatur. Ex parte tamen Ordinis solvi per dimissionem professorum possunt, ita ut. data dimissione, eo ipso professi ab omni dictorum votorum vinculo liberi fiant. Facultas eos dimittendi spectat ad magistrum generalem Ordinis cum suo generali Consilio, qui pro casibus extraordinariis subdelegare potest probos et prudentes religiosos saltem tres. Ad dimissionem decernendam neque processus neque indicii forma requiritur: sed ad eam procedi potest, sola facti veritate inspecta, summa tamen caritate, prudentia et ex iustis et rationalibus causis. Nemo vero ex causa infirmitatis post professionem votorum simplicium exortae dimitti poterit.

« Nonnunquam evenit, ut simpliciter professus dimissionem suam *petat,* asserens se non habere, vel amisisse animum vocationemque ad vitam religiosam. Quaeritur nunc, utrum haec ipsius assertio pertinaciter retenta, etiamsi alia causa dimissionis non subversetur, ratio sufficiens insta, eaque rationabilis causa censeri possit, eum in finem, ut simplici voto obstrictus ex Ordini dimitti queat? — R. Negative, cum vota simplicia. de quibus agitur, ex parte voventis sint perpetua, eorumque dispensatio sit reservata Summo Pontifici ». — S. C. EE. et RR. 19. Nov. 1886. — Cf. M. E. V. 6. P. 1. p. 126.

« Qui forte habitum religionis induerint maiores iam 25. annorum aut huic proximi aetati, possuntne, expleto iam novitiatus anno, ad vota solemnia et professionem admitti, an etiam cum similibus exspectandum est ulterioris probationis triennium? — R. Negative ad 1.*m part., affirmative ad 2.ΛΓ“ ». — S. C. super Stat. Regul. 20 lan. 1860.

« Utrum in casu, quo sacerdos saecularis habitum petivit et obtinnit, qui annum 25. longe transgressus est. huic (emissa professione votorum simplicium) professio solemnis (.nempe votorum solemnium) differri possit supra consuetum triennium, si scilicet intra triennium (votorum simplicium non sufficientia argumenta de sua vocatione dederit? — R. Negative, nempe non posse differri ». — S. C. 16. Aug. 1866. «Declararunt tamen recurrendum ad S. C. in casibus particularibus, in quibus aliqua peculiaris causa concurrat ». — Bizzarri Collect, p.867. Ed. 1885.

De *loco designato professis et de explicita professione*

‹ Professi votorum simplicium remanere debent in domibus professorii et studiorum, et vitam communem perfectam observare. — Ad valida emittenda vota solemnia post vota simplicia requiritur professio expressa, et ideo professio tacita omnino abrogata est ». — Ead. S. C. 12. lun. 1858. —- «SSmus... statuit atque constituit, ut Litt. Apost. Clem. VIII. aliisque contrariis quibuscnmque non obstantibus professi votorum simplicium licite et libere professionem votorum solemnium suo tempore emittere possint in conventu seu domo, in qua reperiuntur, servatis tamen aliis de iure servandis quin teneantur profiteri in domo peracti novitiatus». — Ead. S. C. 9. Dec. 1859. Cf. Decreta Clem. VIII. ***Regularis*** *disciplinae* 12. Mart. 1596., *Sanctissimus in Christo Pater* 20. lun. 1599., *Nullus omnino*^. Inn. 1-555., C. Urbani VIII. *Sacra Congregatio* 21. Sept. 1624.

nr*

tur-î

i ê i
*-» ·
h λι »

De *regressu ad ordinem quoad saecularizatos et expulsos*

‹ Professionem religiosam non infirmari per rescripta, de quibus agitur (nempe saecularizationis , ac proinde non teneri indultarios professionem et novitiatum reiterare, quando petunt ad claustra redire, salva tamen consuetudine legitime introducta, atque praescripta singulorum ordinum regularium. Posse tamen per superiores religiosos exquiri congrua documenta anteactae vitae et morum, dum in saeculo versabantur, et obligari ad spiritualia exercitia peragenda ». — S. C. EE. et RR. 30. lan. 1824.

« Anterioritatem religiosorum, qui perpetuae saecularizationis indultum consequuti sunt a die reditus in religionem computandum esse ». — S. C. EE. et RR. 30. Apr. 1838.

‹ Utrum iuvenes, qui ante exclaustrationem (ob extinctum collegium) vota simplicia emiserant ab iis liberi sint reputandi, ita ut si denuo aperiantur monasteria, incipere et prosequi novitiatum debeant, iuxta Dec. sup. Stat. Regul. *Neminem latet,* 19. Mart. 1857? — R. Negative». 4. Iui. 1862.

279. — *De ordinatione novitiorum et professorum rotarum simplicium eorumque eiectione*

«Auctis admodum ex singulari Dei beneficio votorum simplicium institutis, uti multa inde bona oriuntur, ita aliqua parit incommoda facilis alumnorum huiusmodi societatum egressus, et consequens ex iure constituto regressus in dioecesim originis. Haec autem graviora efficit temporalium bonorum inopia, qna nunc Ecclesia premitur, unde episcopi saepe providere nequeunt ut illi vitam honeste traducant. Haec, aliaquc id genus, etiam de alumnis ordinum votorum solemnium. per-

pendentes nonnulli sacri locorum antistites, pro ecclesiastici ordinis decore et fidelium aedificatione, ab Apostolica Sede enixis precibus postularunt, remedium aliquod adhiberi. Cum ergo totum negotium SSmns I). N'. Leo 1'1'. XIII. detulisset sacrae huic Congregationi episcoporum et regularium negotiis et consultationibus praepositae, Emi Patres in conventu plenario habito in Vaticanis aedibus die 29. mensis Augusti anni 1892., praevio maturo examine ac discussione, perpensaque universa rei ratione, opportunas edere consuerunt dispositiones per generale decretum ubique locorum perpetuis futuris temporibus servandas. Quas cum SS. D. X. in audientia die 23. Septembris huius anni 1892. infrascripto secretario benigne impertita probare et confirmare dignatus fuerit, ea quae sequuntur per praesens decretum Apostolica auctoritate statuuntur et decernuntur.

I. Firmis remanentibus Constitutione S.Pii V. diei 14. Octobris anni 1568., incip. *Romanus Pontifex,* et declaratione s. m. Pii PP. IX. edita die 12. mensis lunii anni 1858, quibus superioribus ordinum regularium prohibetur, ne litteras dimissorialcs concedant novitiis aut professis votorum simplicium triennalium, ad hoc ut titulo paupertatis ad SS. Ordines promoveri valeant, eaedem dispositiones extenduntur etiam ad instituta votorum simplicium, ita ut horum institutorum superiores non possint in posterum litteras dimissoriales concedere pro SS. Ordinibus, vel quomodocumque ad sacros Ordines alumnos promovere titulo mensae communis, vel missionis, nisi illis tantum alumnis, qui vota quidem simplicia, sed perpetua iam emiserint, et proprio instituto stabiliter aggregati fuerint; vel qui saltem per triennium permanserint in votis simplicibus temporaneis quoad ea instituta quae ultra triennium perpetuam differunt professionem. Revocatis ad hunc effectum omnibus induitis ac privilegiis iam obtentis a S. Sede, necnon dispositionibus contrariis in respectivis constitutionibus contentis, etsi tales constitutiones fuerint a S. Sede Apostolica approbatae.

II. Hinc notum sit oportet de generali regula haud in posterum dispensatum iri, ut ad maiores Ordines alumnus Congregationis votorum solemnium promoveatur, quin prius solemnem professionem emiserit, vel per integrum triennium in votis simplicibus perseveraverit, si alumnus instituto votorum simplicium sit addictus. Quod si interdum causa legitima occurrat, cur quispiam sacros Ordines suscipiat, triennio nondum expleto, peti poterit ab Apostolica Sede dispensatio, ut clericus vota solemnia nuncupare possit, quamvis non expleverit triennium; quoad instituta vero votorum simplicium, ut vota simplicia perpetua emittere possit, quamvis non expleto tempore a respectivi instituti constitutionibus praescripto pro professione votorum simplicium perpetuorum.

III. Dispositiones contentae in decreto S. C. Concilii iussu s. m. Urbani VIII. edito die 21. Septembris 1624. incip. *Sacra Congregatio,* ac in decreto eiusdem S. C. iussu s. m. Innocentii XII. edito die 24. mensis Iulii anni 1694. incip. *Instantibus,* ac in aliis decretis generalibus, quibus methodus ordinatur a superioribus Ordinum regularium servanda in expellendis propriis alumnis, nedum in suo robore manent, sed servandae imponuntur etiam superioribus institutorum votorum simplicium, quoties agatur de aliquo alumno vota simplicia quidem sed perpetua professo, vel votis simplicibus temporaneis adstricto ac in sacris insuper Ordinibus

constituto dimittendo: ita ut horum neminem et ipsi dimittere valeant, ut nunc, dictum est nisi ob culpam gravem, externam, et publicam, et nisi culpabilis sit etiam ineorregibilis. Ut autem quis incorregibilis revera habeatur, superiores praemittere debent, distinetis temporibus, trinam admonitionem et correctionem; qua nihil proficiente, superiores debent processum contra delinquentem instruere, processus resultantia accusato contestari, eidem tempus congruum concedere, quo suas defensiones sive per se, sive per alium eiusdem instituti religiosum, exhibere valeat: quod si accusatus ipse proprias defensiones non praesentaverit, superior, seu tribunal, defensorem, ut supra, alumnum respective instituti ex officio constituere debebit. Post haec superior cum suo Concilio sententiam expulsionis aut dimissionis, pronuntiare poterit, quae tamen nullum effectum habebit, si condemnatus a sententia prolata rite ad S. C. EE. et RR. appellaverit, donec per eandem S. C. definitivum indicium prolatum non fuerit. Quoties autem gravibus ex causis procedendi methodus supradicta servari nequeat, tunc recursus haberi debeat ad hanc S. C. ad effectum obtinendi dispensationem a solemnitatibns praescriptis, et facultatem procedendi summario modo iuxta praxim vigentem apud hanc S. C.

IV. Alumni votorum solemnium, vel simplicium perpetuorum, vel temporalium in sacris Ordinibus constituti, qui expulsi vel dimissi fuerint, perpetuo suspensi maneant, donec a S. Sede alio modo eis consulatur: ac praeterea episcopum benevolum receptorem invenerint, et de ecclesiastico patrimonio sibi providerint.

V. Qui in sacris Ordinibus constituti et votis simplicibus obstricti sive perpetuis, sive temporalibus, sponte dimissionem ab Apostolica Sede petierint et obtinuerint, vel aliter ex apostolieo privilegio a votis simplicibus vel perpetuis vel temporaneis dispensati fuerint, ex claustro non exeant, donec episcopum benevolum receptorem invenerint, et de ecclesiastico patrimonio sibi providerint, secus suspensi maneant ab exercitio susceptorum Ordinum. Quod porrigitur quoque ad alumnos votorum simplicium temporalium, qui quovis professionis vinculo iam forent soluti, ob elapsum tempus quo vota ab ipsis fuerunt nuncupata.

VI. Professi tum votorum solemnium, tum simplicium ab Ordinariis locorum ad sacros Ordines non admittantur, nisi, praeter alia a iure statuta, testimoniales litteras exhibeant, quod saltem per annum sacrae theologiae operam dederint, si agatur de subdiaconatu, ad minus per biennium, si de diaconatu, et quoad presbyteratum, saltem per triennium, praemisso tamen regulari aliorum studiorum curriculo.

Haec de expresso sanctitatis suae mandato praefata Sacra Congregatio constituit atque decernit, contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Congregatione episcoporum et regularium, die 4. Nov. 1892. ».

« t. Utrum haec verba decreti *Auctis admodum,* « episcopum benevolum receptorem invenerint et de patrimonio ecclesiastico sibi providerint », ita collective sint intelligenda, ut ad tollendam suspensionem ambo sint necessaria, nempe, et episcopum benevolum receptorem invenire, et patrimonium ecclesiasticum constituere, vel sufficiat tantum episcopum benevolum receptorem invenire? —

2. Utrum haec verba, quae in η. V. leguntur « secus suspensi maneant ab exercitio susceptorum Ordinum » ita sint sumenda, ut religiosus, qui obtenta apostolica licentia claustro exierit, quin prius episcopum benevolum receptorem invenerit vel de patrimonio ecclesiastico sibi viderit, sit suspensus tantum donec episcopum benevolum receptorem inveniat et patrimonium ecclesiasticum sibi constituat, vel sit suspensus donec ad Apostolica Sede suspensio tollatur, invento episcopo benevolo receptore et patrimonio ecclesiastico constituto?

R. Ad 1. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam. — Ad 2. Affirmative pariter ad primam partem; Negative ad secundam ». — S. C. EE. et RR. 20. Nov. 1895.

‹ Le istrnzioni da darsi in proposito (alla espulsione) si compendiano nel senso che i superiori degli ordini religiosi, congregazioni, istituti, ecc., deducano innanzi la S. C. medesima (della disciplina) i motivi d'incorregibilità, la pervicacia dell'individuo; e dimandino al tempo istesso la facoltà del processo sommario, quale si concede, salvo sempre l'esame dei testimonii e la difesa del reo, fatta da un religioso *ex officio deputando;* e che la sentenza di espulsione sia notificata allOrdinario di origine del condannato, e al condannato stesso, a cui si riserva il diritto di appellarla presso la suddetta S. C'ongr. ». — S. C. Discipl. Regul. 12. Inn. 1883.

280. — *T)e vi solenmis voti paupertatis*

« Quo Trid. Cone, decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, praecipitur, ut nullus ex fratribus, etiamsi superior sit, bona immobilia vel mobilia, aut pecuniam, proventus, eleemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro missis, tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsorum insto labore, et causa, et quocumque nomine acquisita, etiamsi subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam *propria,* aut etiam nomine conventus possidere possit, sed ea omnia statim superiori tradantur, et conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis reditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus et vestitus omnibus suppeditare possit. Eorum vero, quae ad necessitatem concessa erant, nullus quidquam possideat *ut proprium,* neque ut *proprio* utatur. Nulla quorumcumque superiorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel mobilia fratres excusare possit, quominus culpae et poenae ab eisdem Concilii decretis impositae, et ipso facto incurrendae, obnoxii sint, etiamsi superiores asseverent, huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus ». — C. Clem. VIII. pro reform. Regul. 20. Martii 1601. n. 3. 5. 7.

Proprietas regular, solemniter professor, ex Pontifie, dispensat, pro Belgio

« Enms ac Rmus Dominus cardinalis Victor Augustus Isidorus, archiepiscopus Méclililiensis, una cum suis suffraganeis a SS. DD. Nostro expostularunt, ut ad removenda quaecumque dubia explicare et declarare dignaretur, utrum rescriptum de die 1. Dec. 1820., quo S. Poenitentiaria auctoritate Apostolica concessit regularibus Belgii utriusque sexus, *etiam solemniter professis,* ut bona acquirere, retinere et administrare,

deque iis disponere possent, non *obstante solentnis paupertatis roto,* etiam nunc, in integro suo robore permaneat ». Decretum anni 1820. est hoc; «S. Poenitentiaria intelligens velle omnino Gubernium ut vetus illud decretum diei 18. Febr. 1809. (se. décret relatif aux congrégations des maisons hospitalières de femmes, art. 9., Chaque hospitalière conservera Fentière propriété de ses biens et revenus, et les droits de les administrer et d'en disposer conformément au Code Napoléon) a regularibus regni Belgii observetur, quo proprietas, possessio ct administratio bonorum, quae ad eos pervenerunt, singulis religiosis vel monialibus vindicetur, concedit de expressa auctoritate Apostolica regularibus utriusque sexus iam solemniter professis, ut ea bona acquirere, retinere et administrare; deque iis in pios honestosque usus disponere possint, non obstante paupertatis voto, dummodo cum debita a superioribus legitimis dependentia hoc faciant *. — « SS. DD. N. Leo, divina providentia Papa XIII... respondendum esse mandavit, Affirmative: ac praesentium tenore declarare dignatus est. quatenus opns sit, omnes singulosque Belgii regulares utriusque sexus, *etiam qui rota solemnia nuncuparunt,* praedictos omnes actus valide ac licite exercuisse et exercere, ac proinde potuisse ac posse tuta conscientia etiam cum iurciurando asserere, se voluisse ad normam legum civilium verum dominium bonorum a se possessorum acquirere una cum hire de iis disponendi. Super quibus Sanctitas Sua mandavit hoc edi decretum, et in acta superius memoratae Congr. Xegot. Eccl. extr. referri. Contrariis quibuscumque minime obfuturis ». — 31. Iui. 1878.

Facultates regularibus, in Italia suppressis, concessae quoad paupertatem

‹ 16. Concedit pariter regularibus solemniter professis, ut capellanias aut unum dumtaxat beneficium ecclesiasticum etiam residentiale, vel cum cura animarum, de consensu et ad nutum Ordinarii loci, ac annuentibus superioribus suis in administrationem assequi et retinere legitime possint: quod tamen dimittere teneantur statim ac ab iisdem superioribus ad claustra revocati fuerint.

‹ 17. Facultatem concedit locorum Ordinariis quoad moniales et superioribus generalibus quoad viros regulares, indulgendi, sive per se sive per idoneas personas ab eis subdelegandas respectivis subditis in Italia suppressis, ut, attentis peculiaribus circumstantiis iisque perdurantibus, non obstante solemni paupertatis voto, bona sibi legitimo iure spectantia. ac etiam baereditates, salvo tamen iure tertii quaesito, recipere, adire et retinere, deque iis nedum contractus inire, sed etiam in pios honestosque usus, ac praesertim in favorem sui Ordinis aut Instituti, nec non in grati animi significationem, per actus sive inter vivos sive causa mortis, disponere valeant, accedente ipsius Ordinarii aut superioris aut alterius per eum deputati, aut saltem in causa necessitatis confessarii consilio et approbatione. Ita tamen, ut rerum suarum administrationem et reditus quamdiu vixerint in communitate, quae temporalia bona possidere possit, eidem communitati tradere, et quidquid ex bonis propriae religionis eisdem provenerit, ipsi religioni adhibitis cautelis relinquere teneantur. Quod si communitas sit ex iis, quibus possessio bonorum temporalium permissa non sit, administrationem hoc in casu committant alicui tertiae personae, ita ut absque licentia Ordinarii aut superiorum

regularium, nihil de fructibus sibi applicare aut quomodocumque disponere possint.

‹ 18. Omnibus et singulis utriusque sexus regularibus suppressi» indulget, ut pecunias legitimo titulo acquisitas de licentia superiorum suorum, et quatenus agatur de monialibus de licentia Ordinarii loci, in honesto et licito investimento sive per interpositas personas, caute collocare possint, ea tamen lege ut regulares in communitate viventes titulos ac reditus earundem pecuniarum eidem communitati aut alicui tertiae personae, ut supra, tradere teneantur, neque de illis ullo modo absque licentia eorundem superiorum aut ipsius Ordinarii disponere valeant ». — S. Poenit. 18. Apr. 1867.

« An facultas, quae continetur sub n. 17. Instr. S. Poenit. 18. Apr. 1867. extendi etiam possit religiosis subditis Italis, priusquam emiserint votum solemne paupertatis; i. e. an dum votorum solemnium fit professio, eisdem permitti possit a superioribus generalibus, ut retinere valeant, etc., bonorum et haereditatura legitimarum proprietatem, quibus iam potiebantur? — R. Negative, sed teneri se omnino abdicare omni iure ac proprietate eorundem bonorum iuxta proprii Ordinis Constitutiones. Declarat vero S. Poenit. mentem suam, in concedenda facultate expressa n. 17. Instr. 18. Apr. 1867. datae, nullatenus fuisse, ut per superiores generales Ordinum regularium subditis in Italia suppressis indulged valeat proprietas seu dominium bonorum, quacumque ratione sibi obvenientium, quae iidem regulares, ratione solemnis professionis, non sibi sed monasterio seu Ordini acquirunt ». — S. Poenit. 21. Maii 1880.

232. — *De vi simplicis coii paupertatis*

«Professi votorum simplicium (in Ordinibus in quibus emittuntur vota solemnia) dominium *radicate,* uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omnino interdicta est eorum administratio et reddituum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere pro tempore, quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administrationem, usumfructum, et usura, quibus eis placuerit, ac etiam suo Ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint ». — S. C. super statu Regular. 12. lun. 1858.

Super voto paupertatis sequens dispositio ab Apostolica Sede quoad Instituta recentiora constituta est: « Professis dominium radicale, uti aiunt, suorum bonorum retinere poterunt; sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et reddituum erogatio atque usus, donec in Instituto permanserint. Debent propterea ante professionem cedere, etiam private, administrationem et usum, quibus eis placuerit, ac etiam suo Instituto, si ita pro eorum libitu existimaverint. Haec vero cessio vim amplius non habebit in casu egressus ab Instituto, quin imo apponi poterit conditio, quod sit quandocuraque revocabilis, etiamsi in Instituto permanserint; sed professi, durantibus votis, hoc iure revocandi in conscientia minime uti poterunt, nisi accedente Apostolicae Sedis placito. Quod etiam dicendum est de bonis, quae post professionem titulo haereditario sive donationis eis obvenerint. Poterunt tamen de dominio sive per testamentum, de licentia tamen superioris generalis, sive per actus inter vivos disponere, quo ultimo eveniente casu, cessabit concessio ab eis facta quoad administrationem, usumfructum et usum; nisi eam con-

cessionem tempore eis beneriso firmam voluerint, non obstante cessione dominii. Professis autem vetitum non est ea proprietatis acta peragere, de licentia eiusdem superioris generalis, (piae a legibus praescribuntur. Quidquid professi sua industria vel intuitu societatis acquisierint sibi adseribere aut reservare poterunt, sed haec omnia inter communitatis bona refundenda sunt, ad communem societatis utilitatem ». Disponere vero non possunt moniales de *dote* Instituto allata. — Bizzarri Collect, pag. 793. 806. Ed. 1885., C. 2090.

285. — *De largitione munerum regularibus utriusque sexus interdicta*

*... Quare, ne ex muneribus... gravia incommoda etiam boni specie exsistant, praecavere studentes... Regularibus personis utriusque sexus omnem, et qnalemcumque largitionem èt missionem munerum penitus interdicimus... Praeterquam leviora esculenta, aut poculenta seu ad devotionem vel religionem pertinentia munuscula... tradenda... Nisi reipsa pro divino cultu et veris Christi pauperum indigentiis, servato in hoc caritatis ordine, et habita necessitatis ratione, de consilio et consensu superiorum sublevandis, aut alias in rebus licitis... Declarantes tamen per haec laudabilem, et apostoliea doctrina, sacrisque canonibus commendatam hospitalitatem, praesertim erga pauperes et peregrinos, nequaquam imminui, aut prohiberi... Pari etiam ratione districte inhibemus ne quisquam... quicquam contra hanc superius expressam prohibitionem recipiant... Quod si quicquam receperit, id quod acceperit suum non faciat... Verum ipso facto... ad illius restitutionem omnino in utroque foro teneatur: adeo ut, restitutione, ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiae absolvi possit... Hanc autem restitutionem fieri volumus ei monasterio, domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eius bonis donatum est, in quo idem religiosus donans professionem emisit... ». — Clemens VIII. C. *Religiosae Congregationes* X1Π. Kal. Iui. 1594. «...Declarat munera a religiosis utriusque sexus tribui posse ex causis gratitudinis, conciliationis benevolentiae, eiusque conservationis erga ipsam religionem vel conventum, aliisque causis ex sui natura actum virtutis et meriti continentibus, modeste tamen ac discrete, et dummodo id non fiat, nisi de superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu maioris partis conventus, si talis consensus... (in ea religione? requiratur...». — Urbanus VIII. C. *Nuper a Congregatione* 16. Oct. 1640. — Cf. Constitutiones et Decreta a Regular, in pubi, mensa vel Cap. legenda.

288. — *De vita communi in Ordinibus religiosis*

«In omnibus novitiatus domibus constituetur vita communis... In aliis domibus constituetur area communis...in qua religiosi omnes pecuniam deponent... ». — S. C. EE. et RR. 22. Apr. 1851., Bizzarri p. 852. 853.

294. — *De regularium virorum clausura*

« Cum deceat viros, qui saecularibus soluti curis per regularia vota arctioris vitae institutum sunt professi, ab omni mulierhm familiaritate abhorrere, hinc est quod tam generalium ac provincialium Conciliorum decretis, quam Summorum Pontificum, ac novissimis praesertim S. Pii V. Gregorii XIII. ac Benedicti XIV. Constitutionibus sancitum est. ut intra

religiosorum virorum septa, mulieribus qtiibuscumque non pateat aditus, sub gravissimis poenis inllietis, tam viris qui foeminas quocumque praetextu intra regularium domorum ambitum admiserint, quam foeminis quae carundem domorum clausuram violaverint. Saluberrimis hisce sanctionibus inhaerens Sacra Congregatio, etsi praefectos missionum identidem monere non destiterit, si quos aliquando ea in re non admodum vigilantes fuisse intellexerit: temporis tamen intervallo, vel legis oblivione, vel quod proclive est hominis ingenium ad legum quarumcumque sanctissimarum vim elevandam, saepius accidit, quemadmodum multorum litteris eidem Congregationi renunciatum est, quod in stationibus, ac hospitiis missionariorum admissae quandoque fuerint mulieres, et in cubiculis, vel in aliis locis intra hospitiorum ambitum poenitentiae sacramentum susceperint. Quod quidem quam indecorum sit, quamque periculosum, probe noscens Sacra Congregatio, quae missionaries suos inter christiani nominis hostes versantes, non solum a malo, sed etiam ab omni specie mali abstinere desiderat, ut, iuxta Apostoli monitum, sine offensione sint iudacis, et gentibus, et Ecclesiae Dei; referente R. P. D. Stephane Borgia secretario, statuit ac iussit hospitia et stationes, seu domos quaslibet cuiuscumque Ordinis, Congregationis, aut Instituti regularis in locis missionum ubicumque exsistentes, in quibus duo vel tres missionarii latini ritus commorantur, seu commorari contigerit, clausurae legibus subiici, ita ut nemini regulari cuicumque omnino liceat ullam foeminam intra privata eorundem hospitiorum, seu stationum curricula, mansiones, recessus, sub quovis titulo, specie, ac praetextu introducere, multoque minus sanctissimum poenitentiae sacramentum ibidem ipsis administrare; nec mulieribus sub quarumcumque licentiarum obtentu praedicta hospitiorum privata cubicula, mansiones, recessus ingredi, sub poenis a sacris canonibus, ac supra memoratis Pontificum constitutionibus inflictis adversus clausurae violatores. Ut autem ad eorundem hospitiorum interna oratoria, ecclesias, ac loca, ubi sacra peragantur, mulieribus quoque pateat accessus, ut sacrosancto missae sacrificio aliisque ecclesiasticis functionibus intersint, atque sacramentum poenitentiae suscipiant; eadem S. C. declarat, ac decernit, admitti posse mulieres in internis ecclesiis, cappellis, aut oratoriis publicis hospitiorum praedictorum ad quae tamen recto tramite accedant, nec in cubicula, aut privatas mansiones deflectant, et per eandem, per quam accesserunt viam, revertantur. lubet praeterea, et praecipit Sacra Congregatio, ut mulierum confessiones palam in ecclesiis, cappellis, aut publicis oratoriis, ubi adsunt, ubi vero desiderantur, in alio loco patenti, ac pervio, et ianuae hospitii quantum fieri potest viciniores, a respectiyis Ordinariis, et, his deficientibus, a localibus missionum superioribus designando, interposita crate ferrea, vel alio repagulo inter os confessarii, ac mulieris poenitentis, audiantur. Qui secus fecerint, ac saluberrimis hisce ordinationibus contraiverint, poenas contra clausurae violatores, ac sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum praefatarum contemptores incurrant.

Quod Sacrae Congregationis Decretum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae VI. relatum in audientia habita per eundem D. secretarium, die 2. Iulii currentis anni, Sanctitas Sua benigne confirmavit, apostolicae suae auctoritatis robur adiiciens, et ab omnibus sub memoratis poenis inviolabiliter observari iussit ». — S. C. de P. F. 26. Aug. 1780.

Decretum (26. Augusti 1780.) sustinendum, sed accommodandum locorum et temporum circumstantiis, ideoque servandum tantum esse in iis domibus quae ad missiones spectant, et in quibus stabiliter permanent duo vel tres missionarii regulares ». — S. C. de P. F. 5. Mart. 1787.

«... Ead. S. C.... ex speciali mandato SSihi D. N. Clementis X. hoc praesenti Decr. in virtute sanctae obedientiae praecipit omnibus et singulis superioribus... ut de cetero neminem pro tertiariis, vel oblatis, seu donatis, aut commissis, vel servientibus, nec pro hospitibus seu postulantibus, vel cantoribus, aut alio quocumque nomine nuncupatis, ac quovis habitu indutis vel induendis seu quovis praetextu, vel causa, aut quaesito colore recipiant, seu admittant ad habitandum intra claustra, nisi vigesimum aetatis suae annum expleverit, omnesque sic receptos seu admissos iis tantum exceptis, qui completa aetate annor. 15. pro clericis seu clioristis in habitu novitiornm annum probationis agunt) a monasteriis, sen domibus regularibus omnino amoveant, et eiiciant... ». — S. C. EE. et RR. 16. Maii 1675., Bizzarri Collect, p. 274.

De nwnidlium clausura

« 1. An episcopus, auctoritate propria, permittere valeat, ut recipi possint in monasteriis clausurae subiectis, mulieres, quae ingredi cupiunt veluti *pemsionariae?* — 2. Pariter potest Ordinarius, auctoritate propria, ad tempus vel in perpetuum monialem aliquam de uno ad aliud monasterium transferre, etiam Ordinis eiusdem insta interveniente causa? — 3. Potestne tandem Ordinarius, auctoritate propria, transferre aliquam monialem quando eadem electa fuerit in superiosissimam alterius monasterii, aut censeat utilem esse et expedire translationem eiusmodi cum hoc munere? — R. Negative in omnibus ». — S. C. EE. et RR. 16. Iui. 1884.

« Neque enim Sancta Sedes a tempore praesertim Concilii Tridentini permittit, aut indulget. quod in societatibus seu communitatibus mulierum solemnia vota emittantur, nisi eae sub inviolata clausura degant, vivantque perpetuo ». — S. C. EE. et RR. 24. Sept. 1816. Cf. C. S. Pii V. *Circa pastoralis.* Episcopus autem potest a S. Sede impetrare clausuram papalem etiam pro monialibus cum votis simplicibus, accedente consensu omnium monialium vocalium per vota secreta. S. C. EE. et RR. 6. Dec. 1839. Cf. Bizzarri Collect, p. 412. 723.-737. 742. 743., A. S. S. V. 1. p. 708. seqq., V. 31. p. 529., Lucidi c. 5. §. 2. n. 42.

<1.Utrum si non sint solemnia vota, moniales nihilominus teneantur ad clausuram servandam, quam voto simplici vovent, sub censuris a Tridentino edictis, ubi episcopus clausuram restituerit. — 2. Utrum etiam excommunicationis incurrat poenam qui sine licentia ingrediatur septa monasterii, ubi clausura ab episcopo restituta fuerit? — R. Ad 1."m Negative quoad poenas sacris canonibus et apostolicis constitutionibus praescriptas. Ad 2."" Affirmative relate ad censuras ab episcopo fortasse impositas ». — S. C. EE. et RR. 1. Aug. 1839.

‹ Sanctitas D. N.... nolens quod in monasteriis monialium viri doceant musicem, cautum, sonum neque moniales, neque saeculares morantes in clausura, neque ad crates, neque ad ianuain. et multo magis cum ingressu in monasterium, praecepit, etc. ». — S. C. EE. et RR 4 1800 18. Aug. 1843.

Monialibus non permittitur usus *telephoni,* nisi ex speciali S. C. EE. et RR. facultate, et debitis cautelis adbibitis. Ex S. C. EE. et RR. 20. Mart. 1895.

De colligendis eleemosynis per moniales

« Singulari quidem protectione et auxilio dignae semet exhibent mulieres illae, quae, in piis religiosisque Institutis Deo se devovent ut in proximorum bonum longe lateque opera misericordiae exerceant nedum directe, sed stipem etiam iisdem operibus sustentandis quaeritantes, atque egregiam eapropter humilitatis, patientiae, charitatis aliarumque virtutum laudem praeseferentes. Cum tamen hoc colligendarum eleemosynarum ministerium prae muliebri quaeritantium indole ac hodierna humanae societatis conditione periculis haud vacet, nisi opportunis cautelis communiatur, Sacra Congregatio episcoporum et regularium, nonnullis episcopis petentibus, re diligenter et mature perpensa, haec quae sequuntur statuit ac decrevit.

1. In votorum simplicium Institutis opus quaeritandi eleemosynas alumnae non aggrediantur nisi in spiritu fidei, quod stipem non sibi quaerant, sed ipsi Christo lesu, memores verborum eius: *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Praeterea Ordinarios locorum, etiamsi eorum territoria pertranseant, obsequio, reverentia et devotione prosequantur tanquam parentes et patronos, quos adeant cum fiducia pro consilio, auxilio ac praesidio in qualibet necessitate.

2. Iisdem votorum simplicium sororibus non liceat eleemosynas quaerere sive intra dioecesim in qua ipsae resident, sive extra, sine licentia Ordinarii loci respectivae residentiae.

3. Stipem quaesiturae extra dioecesim respectivae residentiae licentiam obtinere insuper debent ab Ordinario loci, in quo eleemosynam quaeritare desiderant.

4. Nihil tamen impedit, quominus superiorissae nulla petita licentia, ad sublevandam domuum vel piorum operum, quibus praesunt inopiam, possint eleemosynas undequaque sponte oblatas accepto habere, vel etiam per litteras impetrare ab honestis ac benevolis personis quibuscumque, usquedum a legitimo superiore rationabili ex causa non prohibeantur.

5. Ordinarius loci, in quo exstat domus sororum quaeritare volentiam, licentiam eis non concedat: 1° si de vera domus vel pii operis necessitate sibi non constet; 2° si quaeritatio commode fieri possit per alios ab ipsomet Ordinario designandos. Si autem necessitati occurri valeat per quaeritationem in loco, in quo sorores resident, vel infra propriam dioecesim, Ordinarius licentiam eisdem non impertiatur eleemosynas colligendi extra dioecesim.

6. Utraque licentia tradatur gratis et in scriptis, in qua quilibet Ordinarius leges et conditiones imponere poterit, quas pro locorum, temporum et personarum adiunctis magis opportunas in Domino indicaverit. Licentia vero Ordinarii piae sororum domus contineat literas vel commissorias ad parochos aliasve prudentes personas pro sororibus quaeritantibus intra dioecesim, vel eommendatitias ad Ordinarios aliarum dioecesium pro sororibus extra propriam dioecesim quaeritantibus. In litteris commissoriis mandetur parochis aliisve probis personis, ut consiliis et meliori qua possunt opera praesto sint sororibus, earum agendi rationem

invigilent, et si quid in eis minus rectum resciverint, statim ipsi Ordinario reterant. In commendatitiis exorentur Ordinarii lacorum, ut in ena quisque dioecesi sorores ad quaeritandum admissas protegat ac adiuvet ac si sibi subditas eas haberet.

7. Quisque loei Ordinarius sorores ex aliena dioecesi advenientes ad eleemosynas colligendas non admittat, nisi prius eaedem licentiam proprii Ordinarii sibi exhibuerint. Sororibus vero huinsmodi licentiam exhibentibus ipse suam, si Inbeat, impertiatur licentiam quaeritandi in propria dioecesi. Ubi autem sorores, etiamsi utraque licentia praeditae, in eleemosynarum quaestu male se gerant, statim in propriam domum eas redire Ordinarius iubeat. opportunisque etiam mediis si opus fuerit compellat.

8. Superiorissae, praesertim extra locum ubi domus habent, nunquam ad eleemosynas quaerendas mittant sorores, nisi binas, aetate et animo maturas, intra dioeccsim non nitra mensem, extra dioccesim non ultra duos menses, et semper ea pecuniae summa instructas qua, inopinato quocumque casu cogente, possint statim domum redire. Sorores quaeritantes semper et ubique ea. qua decet modestia eniteant, virorum familiaritatem et sermones inutiles caveant; clamores, tabernas aliaque loca incongrua evitent; nec in domibus longiorem moram faciant, quam sit necessarium pro exspectandis eleemosynis. Singulae nunquam incedant, neque ab invicem separentur, nisi necessitate impellente. Iter facientes, si commode tieri poterit, utantur via ferrea; sed quantum possunt, de nocte, neque ab uno loco discedant, neque ad alium perveniant. De suo adventu futuro praemoneant illum, cui datae sunt episcopi litterae; eisque cum pervenerint se sistant precesque adhibeant, ut intercedat pro invenienda hospitalitate apud aliquod pium foeminarnm Institutum, vel saltem apud aliquam honestam mulierem, nunquam vero in domo ubi possint in aliquod periculum offendere. Matutinas ac vespertinas preces non omittant: quotidie de mane aliquam ex vicinioribus ecclesiis petant, ibique sacro assistant: singulis hebdomadis poenitentia et eucharistiae sacramentis reficiantur. Ante solis ortum et post occasum eleemosynas per loca non quaeritent. Elapso tempore ad quaeritandum eis praefixo, sine ulla mora ad propriam snperiorissam recto tramite remigrent. Eleemosynas nunquam arroganter vel tanquam debitas postulent, sed breviter et humiliter sua et piorum operum exposita inopia, si quid sponte offertur accipiant, secus patienter divinae providentiae confidant. Alias normas opportunas, quae a propria superiorissa dari poterunt, adamussim observent.

Datum Romae ex secretaria memoratae S. Congregationis episcoporum et regularium die 27. Mart. 1896.».

297. — *T)e ratione eligendi superiores regulares*

‹ An consuetudo aut praescriptio possit efficere, nt ratae et validae sint electiones, quae contra formam Deer. Trid. S. 25. C. 6. de Reg. factae fuerint? — R. Negative ». — S. C. EE. et RR. 11. Mart. 1836.

'299.— *T)e obedientia quoad regulares dispersos*

Superiorum regularium ‹ iurisdictionem in proprios subditos suppressos, etiam extra claustra degentes, minime cessasse. Nam licet quis-

quo regularis degens extra claustra quoad politiam, et disciplinam ecclesiasticam, a iurisdictione Ordinarii loci, in quo degit, exemptus non sit: attamen quoad disciplinam regularem, et obligationes, quae ex religiosa professione promanant, et cum novo cius statu sunt compatibles, propriis superioribus subesae eisque obedire tenetur». — S. Poenit. 18. Apr. 1867. «Sartis tectisque iuribus provinciae in suos cuique alumnos quaesitis... S. C. super Discipl. liegul. decrevit, ut universi omnes religiosi... quamdiu propter hodiernas circumstantias extra regularis provinciae fines, sive domi, sive alibi degere illos contigerit, inspectioni et iiirisdictioni subiiciantur territorialis provincialis...». — S. C. super Discipl. Regul. 5. Aug. 1872., A. S. S. V. 3. p. 151. seqq., V. 7. p. 407. seqq.

300. — *Spiritualis directio. Votum et virtus obedientiae*

«65. Praepositis obediendum est in exteriore, et latitudo voti obedientiae religiosorum tantummodo ad exterius pertingit. In interiore vero aliter se res habet, quo solus Deus et director intrant. — 66. Eisu digna est nova quaedam doctrina in Ecclesia Dei, quod anima quoad internum gubernari debeat ab episcopo: quod si episcopus non sit capax, anima ipsum cum suo directore adeat. Novam dico doctrinam: quia nec Sacra Scriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullae, nec Sancti, nec auctores eam unquam tradiderunt, nec tradere possunt: quia Ecclesia non indicat de occultis, et anima ius habet eligendi quemcumque sibi bene visum. — 67. Dicere quod internum manifestandum est exteriori tribunali Praepositorum, et quod peccatum sit id non facere, est manifesta deceptio: quia Ecclesia non indicat de occultis et propriis animabus praeiudicant his deceptionibus et simulationibus. — 68. In mundo non est facultas nec iurisdictio ad praecipiendum, ut manifestentur epistolae directoris quoad internum animae: et ideo opus est animadvertere, quod hoc est insultus satanae, etc. ». — Ppr. Mich. de Mol. dd. ab Innoc. XI.

301. — *De ratione conscientiae superioribus reddenda, de confessione et communione*

* Quemadmodum omnium rerum humanarum quantumvis honestae sanctaeque in se sint: ita et legum sapienter conditarum ea conditio est, nt ab hominibus ad impropria et aliena ex abusu traduci ac pertrahi valeant; ac propterea quandoque fit, ut intentum a legislatoribus finem haud amplius assequatur; imo et aliquando ut contrarium sortiantur effectum.

Idque dolendum vel maxime est, obtigisse quoad leges plurium Congregationum, Societatum aut Institutorum sive mulierum, quae vota simplicia aut solemnia nuncupant, sive virorum professione ac regimine penitus laicorum: quandoquidem aliquoties in illorum Constitutionibus conscientiae manifestatio permissa fuerat, ut facilius alumni arduam perfectionis viam ab expertis superioribus in dubiis addiscerent; et contra a nonnullis ex his intima conscientiae scrutatio, quae unice sacramento poenitentiae reservata est, inducta fuit. Itidem in Constitutionibus ad tramitem SS. Canonum praescriptum fuit, ut saeramentalis confessio in huinsmodi communitatibus fieret respectivis confessariis ordinariis et extraordinariis; aliunde superiorum arbitrium eo usque devenit, ut subditis aliquem extraordinarium confessarium denegaverint, etiam in casu, quo

nt propriae conscientiae consulerent eo valde indigebant. Indita deuiqne eis fuit discretionis ac prudentiae nonna, nt suos subditos rite sanctcque quoad peculiares poenitentias ae alia pietatis opera dirigerent; sed et haec per abusionem extensa in id etiam exstitit, ut cis ad Sacrani Synaxim accedere vel pro Inbitu permiserint, vel omnino interdum prohibuerint. Hinc factum est, ut huiusmodi dispositiones, quae ad spiritualem alumnorum profectum, et ad unitatis pacem et concordiam in communi* tatibus servandam fovendamque salutariter ac sapienter constitutae iam fuerant, haud raro in animarum discrimen, in conscientiarum anxietatem, ac insuper in externae pacis turbationem versae fuerint, ceu subditorum recursus er quaerimoniae passim ad S. Sedem interiectae evidentissime comprobant.

Quare SS. D. X. Leo divina providentia Papa XIII. pro ea. quae praestat erga lectissimam hanc sui gregis portionem, peculiari sollicitudine. in audientia habita a me cardinali praefecto S. Congr. EE. et RB. negotiis et consultationibus praepositae d. 14. Dee. 1890., omnibus sedulo diligenterqne perpensis, haec quae sequuntur voluit, constituit, atque decrevit.

I. Sanctitas Sua irritat, abrogat, et nullius in posterum roboris declarat quascumque dispositiones Constitutionum, piarum Societatum Institutorum mulierum, sive votorum simplicium sive solemnium, nec non virorum omnimode laicorum. etsi dictae Constitutiones approbationem ab Apostolica Sede retulerint, in forma quacumque, etiam quam aiunt specialissimam. in eo scilicet, quod cordis et conscientiae intimam manifestationem quovis modo ac nomine respiciunt. Ita propterea serio ininogit moderatoribus ac moderatricibus huiusmodi Institutorum, Congregationum ac Societatum, ut ex propriis Constitutionibus, directoriis, ac manualibus praefatae dispositiones omnino deleantur penitusque expungantur. Irritat pariter ac delet quoslibet ea de re usus et consuetudines etiam immemorabiles.

II. Districte insnper *prohibet,* memoratis superioribus ac superiorissis cniuscumque gradus et praeeminendae sint, ne personas sibi subditas inducere pertentent directe aut indirecte, praecepto, consilio, timore, minis, aut blanditiis ad huiusmodi manifestationem conscientiae sibi peragendam; subditisque e converso *praecipit,* ut superioribus maioribus denuncient superiores minores, qui eos ad id inducere audeant; et si agatur de moderatore vel moderatrice generali, denunciatio huic S. Congregationi ab iis fieri debeat.

III. Hoc autem minime impedit, quominus subditi libere ac nitro aperire suum animum superioribus valeant ad effectum ab illorum prudentia, in dubiis ac anxietatibus, consilium et directionem obtinendi *pro virtutum acquisitione* ac perfectionis progressu.

IV. Praeterea, firmo remanente quoad confessarios ordinarios et extraordinarios communitatum quod a sacrosancto Concilio Tridentino praescribitur in S. 25. C. 10. *de Regni,* et a s. m. Benedicti XIV. statuitur in Const., quae incipit: *Pastoralis curae,* Sanctitas Sua praesules superioresque admonet, ne extraordinarium denegent subditis confessarium quoties ut propriae conscientiae consulant ad id subditi adigantur, quin iidein superiores ullo modo petitionis rationem inquirant, aut aegre id ferre demonstrent. Ac ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios

exhortatur, ut in locis propriae diocccseos, in quibus mulierum communitates exsistunt, idoneos sacerdotes facultatibus instructos designent, ad (pios pro sacramento poenitentiae recurrere eae facile (picant.

V. Quod vero attinet ad permissionem ve! prohibitionem ad Sacram Synaxim accedendi eadem Sanctitas Sua decernit, huiusmodi permissiones vel prohibitiones *dumta.rat ad confessarium ordinarium reil extraordinarium* spectare, quin superiores ullam habeant auctoritatem hac in re sese ingerendi, excepto casu quo aliquis ex eorum subditis post ultimam sacramentalem confessionem communitati scandalo fuerit, aut gravem externam culpam patraverit, donec ad poenitentiae sacramentum denuo accesserit.

VI. Monentur hinc omnes, ut ad Sacram Synaxim curent diligenter se praeparare et accedere diebus in propriis regulis statutis: et quoties ob fervorem et spiritualem alicuius profectum confessarius expedire indicaverit, ut frequentius accedat, id ei ab ipso confessorio permitti poterit. Verum qui licentiam a confessario obtinuerit fréquentions ac etiam quotidianae communionis, de hoc certiorem reddere superiorem teneatur; quod si hic instas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores huiusmodi communiones eas confessario manifestare teneatur, cuius indicio acquiescendum omnino erit.

VII. Eadem Sanctitas Sua insuper mandat omnibus et singulis superioribus generalibus, provincialibus et localibus Institutorum, de quibus supra sive virorum sive mulierum, ut studiose accurateque huius decreti dispositiones observent sub poenis contra superiores Apostolieae Sedis mandata violantes ipso facto incurrendis.

VIII. Denique mandat, ut praesentis decreti exemplaria in vernaculum sermonem versa inserantur Constitutionibus praedictorum piorum Institutorum, et saltem semel in anno, stato tempore in unaquaque domo, sive in publica mensa, sive in Capitulo ad hoc specialiter convocato alta et intelligibile voce legantur.

Et ita Sanctitas Sua constituit atque decrevit, contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae ex secretaria memoratae S. C. EE. et RR. d. 17. Dee. 1890. ».

Epistola Emi praefecti ad archiepiscopos etc., quoad decretum relatum

«Perillustris ac Rme Domine uti frater. — De mandato SSini D. N. Leonis PP. XIII. praesentibus litteris adnexum transmitto amplitudini tuae decretum, iussu eiusdem Sanctitatis Suae ab hac Sacra Congregatione negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita nuper latum, quo manifestatio conscientiae, quocumque nomine veniat, omnino prohibetur, tum pro monasteriis monialium, etiam votorum solemnium, tum pro Institutis votorum simplicium utrinsque sexus, iis dumtaxat virorum Institutis exceptis, natura ac regimine prorsus ecclesiasticis.

Declarationes insuper et dispositiones dantur de moderatione communionum, et de confessariis extraordinariis facilius concedendis.

Ad hoc autem Sanctitas Sua mihi commisit amplitudini tuae, uti metropolitae, praefatum decretum transmittendum, nt illius exemplaria cum episcopis ab eadem amplitudine tua dependentibus communicare

caret; qui vicissim cum singulis superioribus et siipcriorissis monasteriorum piarnmqiie domorum respectivaruin dioeeesuni, eiusdem decreti exemplaria communicent. Praecipit denique Sanctitas Sua omnibus locorum Ordinariis ut enunciati decreti plenam exsequutionein sedulo diligenterqne vigilare er procurare non intermittant, etiam vi specialis Apostolicae Sedis delegationis.

Haec erant a me significanda atque declaranda amplitudini tuae, cui omnia fausta deprecor a Domino. — Hornae, die 20. lan. 1891.».

Dubia quoad idem decretum

‹ 1. II favore accordato alie monache di rieorrere ad uno straordinario *quoties ut propriae conscientiae consulant ad id adigantur,* è cosi illimitato e incondizionato che esse se ne possano servire costantemente senza rieorrere mai al confessore ordinario e senza poter essere sindacate neppure dal vescovo su questo punto, e da esso in qualche modo impedite se fossero guidate da ragioni biasimevoli e insulse? — 2. I contessori agginnti hanno alcuni doveri di coscienza di rifiutarsi ad ascoltare le confessioni delle suore, quando riconoscono che non esiste nn plausibile motivo che le astringa di rieorrere ad essi ? — 3. Se parecchie suore (e peggio ancora se la maggior parte di esse) ricorressero costantemente a qualcuno dei confessori agginnti, il vescovo deve tacere, o intervenire eon qualche provvedimento per tutelare la massima sancita nella Bolla *Pastoralis:* ‹ Generaliter statutum esse dignoscitur ut pro singulis monialium monasteriis unus dumtaxat confessorius deputetur »? — 4. E posto che debba intervenire, qual provvedimento potrà legalmente adottare?

R. Ad 1.”“ Negative. — Ad 2.om Affirmative. — Ad 3."m Negative ad primani partem; affirmative ad secundam. — Ad 4.nm Moneat Ordinarius moniales et sorores, de quibus agitur, dispositionem articuli IV. decreti *Quemadmodum* exceptionem tantum legi communi constituere, pro casibus dumtaxat verae et absolutae necessitatis, quoties ad id adigantur, firmo remanente quod a S. Concilio Tridentino et a Constitutione s. m. Benedicti XIV. incip. *Pastoralis curae* praescriptum habetur». — S. C. EE. et RR. 1. Febr. 1892.

« 1. Quis sub nomine praesulis vel superioris, cuius est subditis concedere vel denegare confessarium extraordinarium, intclligitur? An ipse qui ordinarium confessarium deputavit, vel potius qui domui praeest, sive vir sit, sive femina? — 2. Cum ex decreto, superior, quicumque sit, nequeat confessarium extraordinarium denegare, irnrno nec aegre se ferre petitionem demonstrare, teneturne subditi precibus semper induigere, quamvis plane videat necessitatem esse fictam, et, vel scrupulis vel alio mentis defectu, ut veram ab ipso petente apprehensam? — 3. Praesul, qui ex dictis confessarium extraordinarium subdito concedit, designare debet in unoquoque casu nominatim personam ipsius confessarii, vel idem religiosus eligere poterit, inter diversos ab Ordinario deputatos qui hoc sibi munus impleat? — 4. Utrum Constitutiones quarundam familiarum religiosarum, quibus vetatur ne moniales sive religiosi sacram eucharistiam recipiant ultra certas et statutas dies, abrogatae fuerint, in hoc capite, decreto 17. Dec. 1890., ita ut eis non obstantibus liceat confessario frequentiorem accessum suis religiosis poenitentibus concedere: vel adhuc post memoratum decretum in vigore maneant.

ve ad primam partem; affirmative ad secundam. -Ad 2.em Affirmative; sed subditi moneantur non posse extraordinarios confessarios petere, nisi ad id adigantur ut propriae conscientiae consulant. — Ad 3.-Negative ad primam partem; affirmative ad secundam. — Quo vero ad postremum dubium, quod frequentiorem ad S.Synaxim accessum quam diebus statutis in propriis regulis respicit, abrogatas censendas esse Constitutiones quibus vetatur, ne moniales sive religiosi sacram eucharistiam recipiant ultra certos et statutos dies ». — S. C. EE. et RR. 17. Aug. 1891.

DE SACRAMENTIS IN GENERE

304. — *Concilii Florentini Decretum pro Armenis in B. EiKjenii IV.* Exultate Deo. *Instructio de sacramentis*

« Quinto ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum tam praesentium quam futurorum faciliori doctrina, sub hac brevissima redigimus formula. Novae legis septem sunt sacramenta: videlicet, baptismus, confirmatio, eucharistia, poenitentia, extrema unctio, ordo, et matrimonium. Quae multum a sacramentis differunt antiquae legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per Passionem Christi dandam esse figurabant: haec vero nostra et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem uniuscuiusque hominis in seipso perfectionem: duo ultima, ad totius ecclesiae regimen multiplicationemque ordinata sunt. Per baptismum enim spiritualité!' renascimur; per confirmationem augemur in gratia, et roboramur in fide: renati autem et roborati, nutrimur divina eucharistiae alimonia. Quod si per peccatum aegritudinem incurrimus animae, per poenitentiam spiritualiter sanamur: spiritualiter etiam et corporaliter, prout animae expedit, per extremam unctionem: per ordinem vero ecclesia gubernatur et multiplicatur spiritualiter: per matrimonium corporaliter augetur. Haec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit ecclesia: quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum. Inter haec sacramenta tria sunt: baptismus, confirmatio et ordo: quae characterem, id est, spirituale quoddam signum a caeteris distinctivum, imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, et reiterationem admittunt.

Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptisma, qnod vitae spiritualis ianua est: per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesiae. Et cum per primum hominem mors introierit in universos: nisi ex aqua et spiritu renascimur, non possumus, ut inquit veritas, in regnum caelorum introire. Materia huius sacramenti est aqua vera et naturalis: nec refert, frigida sit an calida. Forma autem est: Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Non tamen negamus, quin et per illa verba: Baptizatur talis servus Christi in nomine Patris ct Filii et Spiritus Sancti: Vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, verum perficiatur baptisma: quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus virtutem habet,

sit Sancta Trinitas: instnimentalis autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cnm Sanctae Trinitatis invocatione, perficitur sacramentum. Minister hnius sacramenti est sacerdos, cui ex officio eoifipetit baptizare. In causa autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, innno etiam paganus et haereticus baptizare potest, dummodo formam servet ecclesiae, et facere intendat quod facit Ecclesia. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpae originalis et actualis; omnis quoque poenae, quae pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis praeteritis iniungenda est satisfactio: sed morieutes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum caelorum et Dei visionem perveniunt.

Secundum sacramentum est confirmatio; cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae, et balsamo, quod odorem significat bonae famae, per episcopum benedicto. Forma autem est: Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ordinarius minister est episcopus. Et cum caeteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat: Cum enim audissent, inquit. Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et loannes. Qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemqnam illorum venerat, sed baptizari tantum erant in nomine Domini lesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Loco autem illius manus impositionis datur in ecclesia confirmatio. Legitur tamen, aliquando per Apostolicae Sedis dispensationem ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum. Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiae sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, et praecipue crucem eius, qui iudaeis quidem est scandalum. gentibus autem stultitia, secundum Apostolum: propter quod signo crucis signatur.

Tertium est eucharistiae sacramentum, cuius materia est panis triticeus, et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam iuxta testimonia sanctorum patrum ac doctorum ecclesiae pridem in disputatione exhibita, creditur, ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum. Deinde, quia hoc convenit Dominicae Passionis repraesentationi. Inquit enim beatus Alexander Papa quintus a beato Petro: ‹ Tn sacramentorum oblationibus, quae intra missarum solemnia Domino offeruntur, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum: quia utrumque, id est, sanguis et aqua, ex latere Christi profluxisse legitur ». Tum etiam, quod convenit ad significandum huius sacramenti effectum, qui est unio populi christiani ad

Christum. Aqua enim populum significat, secundum illud Apocalypsis: Aquae multae, populi multi. Et Inlius Papa secundus post beatum Sylvestriini, ait: « Calix Dominicus iuxta canonum praeceptum, vino et aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi Sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum et aqua miscetur, Christo populus adunatur, et fidelium plebs ei, in quem credit, copulatur et iungitur ». Cum ergo tam sancta romana ecclesia a beatissimis apostolis Petro ct Paulo edocta, quam reliquae omnes latinornm graecornmque ecclesiae, in quibus omnis sanctitatis et doctrinae lumina claruerunt, ab initio nascentis ecclesiae sic servaverint, et modo servent, inconveniens admodum videtur, ut alia quaevis regio ab hac universali et rationabili discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe christiano conforment: eorumque sacerdotes in calieis oblatione paululum aquae, prout dictum est, admisceant vino. Forma huius sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit sacramentum: Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in Corpus Christi, et substantia vini in Sanguinem convertuntur: ita tamen, quod totus Christus continetur sub specie panis et totus sub specie vini. Sub qualibet quoque parte hostiae consecrata et vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Huius sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur et membris eius unitur, consequens est, quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus et potus, quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritualem: in quo, ut inquit Urbanus Papa, gratam Salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, et. ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum.

Quartum sacramentum est poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio; ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero. Secunda est oris confessio: ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis; quae quidem praecipue fit per orationem, ieiunium, et eleemosynam. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, quae sacerdos profert, cum dicit: Ego te absolvo, etc. et minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

Quintum sacramentum est extrema unctio, cuius materia est oleum olivae per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui in his locis ungendus est: in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est haec: Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, etc. Et similiter in aliis membris. Minister huius sacramenti est sacerdos-

Effectos vero est mentis sanatio; et. in quantum autem expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento inqnit beatus lacobus apostolus; Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros ecclesiae, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini : et oratio tidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei.

Sextum sacramentum est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo; sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, et patenae eum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri evangeliornm dationem. Snbdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem; et similiter de aliis per rerum ad "ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii talis est; Accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro vivis et mortuis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Et sic de aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano late continetur. Ordinarius minister huius sacramenti est episcopus. Effectus, augmentum gratiae, ut quis sit idoneus minister.

Septimum est sacramentum matrimonii, quod est signum coniunctionis Christi et Ecclesiae, secundum Apostolum dicentem; Sacramentum hoc magnum est; ego autem dieo in Christo et in Ecclesia. Causa efficiens matrimonii, regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti expressus. Assignatur autem triplex bonum matrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum Dei. Secundum est fides, quam unus coningum alteri servare debet. Tertium indivisibilitas matrimonii, propter hoc quod significat indivisibilem coniunctionem Christi et Ecclesiae. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit ».

Concilium Tridentinum de sacramentis in genere S. 7.

« *Can. 1.* Si quis dixerit sacramenta novae legis non fuisse omnia a lesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora, quam septem, videlicet baptismum, eucharistiam, poenitentiam, extremam unctionem, ordinem, et matrimonium, aut etiam aliquod horum septeni, non esse vere, et proprie sacramentum ; A. S.

('an. 2. Si quis dixerit, ea ipsa novae legis sacramenta a sacramentis antiquae legis non differre, nisi quia caeremoniae sunt aliae, et alii ritus externi; A. S.

Can. 3. Si quis di»erit, haec septem sacramenta ita esse inter se paria; ut nulla ratione aliud sit alio dignius; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, sacramenta nova legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua; et sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam iustificationis adipisci; licet omnia singulis necessaria non sint; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, haec sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, sacramenta novae legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptae per fidem gratiae vel iustitiae, et notae quaedam christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper, et omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi rite ea suscipiant, sed aliquando, et aliquibus; A. 8.

('an. 8. Si (piis dixerit, per ipsa novae legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere; A. S.

Can. 9. Si (piis dixerit, in tribus sacramentis, baptismo scilicet, confirmatione, ct ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale et indelebile, unde ea iterari non possunt: A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo et omnibus sacramentis administrandis habere potestatem; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt,non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia;A.S.

Can. IU. Si quis dixerit, ministrum in peccato mortale existentem, modo omnia essentialia, quae ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit non conficere aut conferre sacramentum ; A. S.

Can. 13. Si quis di»erit, receptos et approbatos Ecclesiae catholicae ritus, in solemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos; aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque ecclesiarum pastorem mutari posse; A. S.».

De sacramentorum efficacia

«56. In peccato duo sunt, actus et reatus, transeunte autem actu, nihil manet, nisi reatus sive obligatio ad poenam. — 57. Unde in sacramento baptismi, aut sacerdotis absolutione proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, et ministerium sacerdotum solum liberat a reatu. — 58. Peccator poenitens non vivificatur ministerio sacerdotis absolventis, sed a solo Deo, qui poenitentiam suggerens et inspirans, vivificat eum et resuscitat: ministerio autem sacerdotis solum reatus tollitur ». — Ppr. Mich. Baii dd. a. S. Pio V.

339. 341. 342. 345. 347. — *Ministri intentio*

« 12. Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absolveret: si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus ». — Pr. Martini Lutheri d. a Leone X.

«28. Valet baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit: Non intendo quod facit ecclesia ». — Pr. d. ab Alex. VIII.

« In quibusdam locis nonnulli (haeretici) baptizant cum materia et forma debitis, simultanée applicatis, sed expresse monent baptizandos, ne credant, baptismum habere ullum effectum in animam: dicunt enim, ipsum esse signum mere externum aggregationis illorum sectae. Itaque illi saepe catholicos in derisum vertunt circa eorum fidem de effectibus baptismi, quam vocant quidem superstitiosam. Quaeritur: 1. Utrum baptismus ab illis haereticis administratus sit dubius propter defectum intentionis faciendi quod voluit Christus, si expresse declaratum fuerit a ministro, antequam baptizet, baptismum nullum habere effectum inanimam? 2. Utrum dubius sit baptismus sic collatus, si praedicta declaratio non expresse facta fuerit immediate, antequam baptismus conferretur, sed illa saepe pronuntiata fuerit a ministro, et illa doctrina aperte praedi»

cetnr in illa secta? — R. Ad 1."" Negative; quia, non obstante errore quoad effectus baptismi, non excluditur intentio faeendi quod facit Ecclesia. Ad 2. m Provisum in primo ». S. o. 18. Dec. 1872. Cf. Boned. XIV. de Syn. dioec. l. 7. c. 6. n. 9., Innocent. IV. cap. 2. de bapt. n. 9.,'Bellarm. de sacram, in genere l. 1. c. 27. n. 13. C. 659.

«De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis praemissis: si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatns es. ego te baptizo, etc. ». — Alexander III. C. De *quibus* 2. *de Baptismo et eius effectu.*

349. — *Fides et probitas ministri sacramentorum*

«Si quis a quacumque haeresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in poenitentiam; cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum. — Quaerendum non esse, quis sit ille qui baprizaverit, eo quod qui baptizatns fuerit, gratiam consequi potuerit, invocata Trinitate nominum, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Multum proficit nomen Christi, ut quicumque et ubicumque in nomine Christi baptizatus fuerit, consequatur statim gratiam Christi. — Quod accepimus ab Apostolis hoc sequimur ». — Stephani I. Decretum contra Rebaptizantes.

« De Afris, quod propria lege sua utuntur, ut rebaptizent, placuit, ut si aliquis de haeresi venerit, interrogent eum symbolum, et si perviderint eum in Patre, et Filio, et Spiritu Sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum Sanctum. Quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem baptizetur ». — Concil. Arelatense I. 314. can. 8. de Bapt. haereticor.

«De his qui se Catharos, i. e. puros quandoque nominant, ad catholicam autem et apostolicam Ecclesiam accedunt, sanctae magnae Synodo visum est. ut impositis eis manibus, sic in clero maneant.... De Paulianistis, qui deinde ad Ecclesiam confugerunt, statutum est, ut ii omnino rebaptizentur. Si qui vero tempore praeterito in clericorum numero erant, si quidem a culpa et reprehensione alieni visi fuerint, rebaptizati ordinentur a catholicae Ecclesiae episcopo ». — Synod. I. Nicaena a. 325. can. 8.19. de Bapt. haereticor.

‹ Prima itaque paginae tuae fronte signasti, baptizatos ab Arianis plurimos ad fidem catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare velle; quod non licet, cum hoc fieri et Apostolus vetet et canones contradicant, et post cassatum Ariminense Concilium missa ad provincias a venerandae memoriae praedecessore meo LiberiO generalia decreta prohibeant, quos nos cum Novatianis aliisque haereticis, sicut est in Synodo constitutum per invocationem solam septiformis Spiritus episcopalis manus impositione catholicorum conventui sociamus, quod etiam totus Oriens Occidensque custodit: a quo tramite vos quoque posthac minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali sententia separari ». — Liberii et Siricii decreta de bap. haereticor. apud Siricium Epistola I. ad Himerium Tarraconensem c. 1.

« Quoniam Ecclesia in multis locis, et maxime in Teutonicis partibus diu laboravit sub haeresi et schismate, et. si omnia illa, quae ab illis haereticis et schismaticis ordinata sunt, annullari deberent, quaedam ecclesiae omnino nudari viderentur suis clericis; nos sequentes decreta

assistere matrimonio publici et notorii excommunicari tolerati. Idem potest episcopus, concurrentibus hisce circumstantiis, et adhibitis opportunis cautelis, dare parocho veniam assistendi tali matrimonio ». — C. 1525.seqq.

« Item quomodo se gerere debeant episcopi, si qui ex supra dictis censura innodati se sisterent, ut sive in sacram confirmationis, sive baptismatis patrinum agant? — R. Ut in praecedenti ». — S. Poenit. 10. Dec. 1860.

« An possit SSma Eucharistia notorie censura innodatis ministrari, quin prius fuerint, uti par est, cum Ecclesia reconciliati? — K. Negative». — S. Poenit. 10. Dee. I860., A. S. S. V. 1. p. 563.

375. — *Sacramentorum simulatio*

*29. Urgens metus gravis est causa insta sacramentorum administrationem simulandi ». — Pr. d. ab Innoe. XI.

377. 379. — *De ritu serrando in administratione sacramentorum*

‹ Receptos quoque et approbatos Ecclesiae catholicae ritus in omnium sacramentorum solemni administratione recipio et admitto *. — Profess, fid. Trid.

381. *Ad sacramenti validitatem consensus in adultis requiritur*

‹ Inter invitum et invitum, coactum et coactum alii non absurde distinguunt, qnod is, qui terroribus atque suppliciis violenter attrahitur, et. ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum, talis, sicut et is, qui ficte ad baptismum accedit, characterem suscipit christianitatis impressum, et ipse tanquam conditionaliter volens, licer absolute non velit, cogendus est ad observantiam fidei Christianae... Ille vero qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti: qnia plus est expresse contradicere, quam nunquam consentire... Dormientes autem et amentes, si prius quam amentiam incurrerent aut dormirent, in contradictione persisterent; quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, etsi fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt sacramenti: secus autem, si prius catechumeni exstitissent et habuissent propositum baptizandi : unde tales in necessitatis articulo consuevit Ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, eum obicem voluntatis contrariae non invenit obsistentem ». — Innocentius III. C. *Maiores* 3. *de Baptismo et eius effectu.*

Baptismus requiritur axi cetera sacramenta calide suscipienda

Non baptizatus ordinari non potest: et si ordinatur ordinis characterem non recipit. — Innocentius III. C. Keniensult. *d e Presbytero non baptizato,* C. *Si quis* 1. e. t.

38G. — *De dispositionibus ad baptismum recipiendum necessariis*

«An sit necessarium ut adulto baptizando explicetur eucharistiae mysterium? — R. Adultos, extra mortis periculum, per se loquendo, teneri, nisi tale in contrarium urgeat motivum, ut expediens prudenti missionario indicetur dilatio post baptismum. Quoad moribundum pariter

teneri, nisi vel tempus non suppetat, vel tanta praevideatur in eo animi perturbatio, ut a susceptione baptismatis distrahere valeat ». — S. C. de P. F. 10. Maii 1703.

« 1. Non licere baptizare barbarum infirmum, si missionarius sit moraliter certus eum non sufficienter, iuxta proprii captus mensuram, intellexisse, mysteria religionis christianae sibi explicata, aut ea sufficienter non credere, et, ex solo motivo non contradicendi, promittere se servaturum mandata eiusdem religionis. Si vero missionarius prudenter credat infirmum barbarum, quando dicit *credo* et *faciam,* revera tunc sufficienter credere, serioque promittere, se servaturum ut supra, debere baptizari. Si autem de praedictis missionarius dubitet, et tempus non suppetat illum melius instruendi, immineatque periculum mortis, debere etiam baptizari sub conditione. — 2. Missionarium non posse baptizare non credentem explicite in Dominum Iesum Christum; sed teneri ipsum instruere de omnibus iis quae sunt necessaria necessitate medii, iuxta captum baptizandi ». — S. O. 10. Maii 1703.

DE BAPTISMO

389. — *Concilium Tridentinam de Baptismo* S. 7.

« *Can. 1.* Si quis dixerit, baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, aquam veram et naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Iesu Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, ad metaphoram aliquam detorserit; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, in Ecclesia Romana, quae omnium Ecclesiarum mater est et magistra, non esse veram de baptismi sacramento doctrinam: A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab haereticis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolit credere; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, baptizatos per baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, non autem universae legis Christi servandae; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctae Ecclesiae praeceptis, quae vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, ita revocandos esse homines ad baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quae post baptismum fiunt, vi promissionis in baptismo ipso iam factae, irrita esse intelligant, quasi per ea et fidei, quam professi sunt, detrahatur, et ipsi baptismo; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, peccata omnia, quae post baptismum fiunt, sola recordatione et fide suscepti baptismi vel dimitti, vel venialia fieri; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, verum et rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, eum ad poenitentiam convertitur.· A. S.

Can. 12. Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea aetate, qua Christus baptizatus est. vel in ipso mortis articulo; A. S.

Can. 13. Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse; ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos: aut praestare omitti eorum baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiae; A. S.

Can. 14. Si quis dixerit, huiusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, pollitici sunt: et ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim poena ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab eucharistiae aliorumque sacramentorum perceptione arceantnr, donec resipiscant: A. S. ».

Cf. Instruet, de Baptismo S. C. de P. F. 23. Imi. 1830., C. 484. 648.

391. — *Baptismus fluminis baptismo flaminis suppleri potest*

«Inquisitioni tuae taliter respondemus presbyterum, quem sine unda baptismatis extremum diem clausisse significasti, quia in sanctae Matris Ecclesia fide, et Christi nominis confessione perseveraverit, ab originali peccato solntnm et caelestis patriae gaudium esse adeptum asserimus incunctanter ». — Innocentius III. C. *Apostolicam* 2. *de Presbytero non baptizato.*

394. — *Effectus baptismi*

«...Approbamus ergo baptismum infantium, qui si defuncti fuerint post baptismum, antequam peccata committant, fatemur eos salvari et credimus; et in baptismate omnia peccata, tam illud originale peccatum contractum, quam illa, quae voluntarie commissa sunt, dimitti credimus.» — Professio fidei praescripta ab Innocentio III. Waldensibus reducibus ad Ecclesiam, Epist. IV. Id. Maii 1210.

* Illorum animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt.... mox in caelum recipi ». — Conf. fid. Mich. Palaeol. — Idem iisdem verbis habetur in C. Flor. Decr. Union., in B.Eugenii IV. *Laetentur caeli,* in Prof. fid. Orient. Praescr. ab Urban. VIII. et a Bened. XIV.

« 43. Primus effectus gratiae baptismalis est facere ut moriamur peccato, adeo ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vitae pro peccato, quam homo mortuus habeat pro rebus mundi ». — Pr. Paschasii Quesnelli d. a Clem. XI.

Semel baptizatus iterum baptizari non debet·

Baptizatos a latinis graecos baptizare non de[he]re, statuitur ab Innocentio III. c. a. 1216. C. *Licet Graecos,* ult. *de Baptismo et eius effectu.*

Sacrosancta Romana Ecclesia « dicit et praedicat, eos, qni post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum consequi veniam peccatorum ». —Conf. fid.Mieh. Palaeol. ipsi a Clemente IV. a. 1267.proposita,et ab ipso inConc.Oecum.Lugdnn.il. a. 1274. Gregorio X. oblata.

« Baptismum, confirmationem et ordinem sine sacrilegio reiterari non posse».· Prof. fid. Tr. Idem iisdem verbis habetur Prof. fid. Orient, praescr. ab Urban. VIII. et a Bened. XIV.

396. 398. 412. — *J)c materia et forma baptismi*

‹ Postulasti, utrum parvuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos, propter aquae penuriam et absentiam sacerdotis, aliquorum simplicitas in caput ac pectus ac inter scapulas pro baptismo salivae conspersione linivit. Respondemus, quod cum in baptismo duo semper, videlicet verbum et elementum, necessario requirantur. iuxta quod de verbo Veritas ait: *Euntes in mundum,* etc., eademque dicat de elemento: *Nisi quis,* etc., dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solum utrumque praedictorum, sed eorum alterum est omissum ». — Innoc. III. a. 1250. C. *Non ut 5. de Bapt. et eius eff.*

‹ Sacramentum vero baptismi, quod ad Dei invocationem et individuae Trinitatis, videlicet Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, consecratur in aqua, tam parvulis, quam adultis in forma Ecclesiae a quocumque rite collatum proficit ad salutem ». — Cone. Lateranense IV. a. 1215. cap. 1. Definitio adversus Albigenses aliosque haereticos.

« 1. Utrum valide baptizetur cum aqua, quae etsi suam liquiditatem omnino servet, magnum tamen et valde iniucundum foetorem exhalat? — 2 Utrum, posita validitate baptismi, cum tali aqua, et altera bona cum sacro chrismate fecundata non habeatur, melius sit uti ista aqua putida, quam aqua pura et naturali chrismate non fecundata? — R. Baptismos collates *cum aqua corrupta* fuisse validos, quamvis illicitos extra casum necessitatis: et in casu necessitatis praeferendam aquam naturalem, sed providendum renovatione aquae fontis baptismalis iuxta rituale romanum ». — S. O. 17. Apr. 1839.

402. 410. — *Baptismus in utero matris et super vestes*

« Fetus, in utero supra verticem baptizatus, post ortum denuo sub conditione rebaptizetur ». — S. C. C. 12 Iui. 1794., 16. Mart. 1897.

« Si sit certum, quod quis sic fuerit baptizatus ut aqua nullo modo partem corporis principalem, sed vestes tantum tetigerit, is est absolute baptizandus; si vero sit dubium probabile quod tetigerit, est sub conditione iterum baptizandus ». — S. 0. 27. Maii 1671.

406. 407. — *Ablutio in baptismate*

« An in casu necessitatis baptismus ministrari possit infantibus moribundis signando eorum frontem aut aliam partem principem per spongiam aquâ imbutam, quin supra diffluat, timendo ne rem percipiant parentes; qui oppositionem fecerunt, et missionaries cominus prospiciunt.

R. In casu verae et extremae necessitatis, (pio pueri mors immineat, nullaque missionariis alia occasio esse possit eum invisendi, et genitores baptismati adversantur, possunt missionarii, imo debent materiam proximam et remotam, quantumvis dubiam, adhibere, quum auxilium, etsi incertum, pro spirituali pueri regeneratione, praestare debeat periculo invaliditatis sacramenti. Qnamobrem, exposita ratio administrandi baptismum, potest et debet adhiberi in casu praedictae necessi-

tatis, et non aliter; et monentur missionarii, ut aliqua pars aquae decurrat per caput, si possibile sit, et quatenus nequeat in caput, defluat saltem per aliquod princeps corporis pueri membrum ». — C. 600.

412. — *Forma baptismi*

‹ Si quis puerum ter in aqua immerserit, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen; et non dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Anien ; non est puer baptizatus ». — Alexander III. C. &' *quis* 1. *de Baptismo et eius effectu.*

‹27. Valuit aliquando baptismus sub hac forma collatus; Innomine Patris, etc., praetermissis illis: Eg‹» te baptizo ». — Pr. d. ab. Alex. VIII.

« In Patre et Filio et Spiritu Sancto solum baptizamur, et non in archangelornm nominibus aut angelorum, quomodo haeretici, aut iudaei, aut etiam gentiles dementes faciunt ». — Anathematismi DamasiPP. num. 24.

I)e forma baptismi praesentis indicatifi

« An baptismus qui a ehaldaeis sacerdotibus administratur maribus cum verbo *eemdat* in eorum rituali posito, quod significationem habet praesentis imperativi, videl. *baptizare talis,* et significationem praeteriti videl. *baptizatus est talis,* sustineri possit praesupposita in baptizante intelligentia dicti verbi in praeterito.

R. 1. Baptismus collatus per verbum praeteriti temporis ad significandam actionem praeteritam, et non etiam quae per ministrum exercetur tunc quando baptizat cum invocatione SSmae Trinitatis et aquae naturalis ablutione immersione vel aspersione, non est verus baptismus.

2. Esset tamen verus baptismus collatus per verbum indifferens ad praeteritum indicativi et praesens imperativi, si baptizans uteretur illo pro praesenti imperativi, si cetera adsint recta, nempe intentio, in aquam immersio, ablutio, vel aspersio cum Sanctissimae Trinitatis expressa invocatione.

3. Idem dicendum quando minister utens verbo indifferenti, ut supra, nihil cogitans de praeterito vel de praesenti, virtualem autem intentionem haberet utendi illo verbo eo meliori modo quo potest, etiam si crederet vocem significantem vel exprimentem actum qui per ministrum exercetur, esse praeteriti temporis, retenta tamen intentione faciendi quod Christus instituit vel observat Ecclesia christianusque populus, et non alligandi formae significationem suae privatae credulitati.

4. Si baptizans uteretur verbo praeteriti temporis ad significandum actum qui per ipsum ministrum exercetur (piando baptizat, ceteraqne requisita adessent, esset baptismus, si apud nationem illam vel clerum esset usus accipiendi vocem illam praeteriti ad significandam actionem praesentem.

5. Est etiam baptismus, si quis ex ignorantia linguae infringendo verba absque animo introducendi errorem aut haeresim, proferat vocem praeteriti pro praesenti, si tanta sit inter vocem praeteriti et praesentis similitudo ut facilis sit lapsus ex una voce in aliam, prndentesque viri indicent communiter baptizantem vocem praeteriti pro praesenti corrupte prolatam supposuisse, et prolata voce concipiant actionem praesentem sufficienter significari.

6. Ad tollendam tamen in huius tam necessarii sacramenti administratione omnem ambiguitatem vel erroris occasionem admoneantur in posterum chaldaci dum baptizant uti verbo praesentis indicativi aut saltem imperativi; vel si velint uti verbo indifferenti ad praeteritum et praesens, accipiant illud in significatione praesentis». — S. C. de P. F. 27. Mart. 1631.

De trium personarum invocatione

‹ Relata forma baptismi Armenorum schismaticorum, quae in eorum ritualibus habetur ut infra, videlicet: *Baptizat nunc manus mea in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti;* vel: *Baptizet nunc manus mea in nomine Patris, baptizet nunc manus mea in nomine Filii, baptizet nunc manus mea in nomine Spiritus Sancti;* S. C. declaravit dictam formam baptismi esse veram ac legitimam ». — S. C. S. O. 8. Sept. 1633.

« Se sia valido il battesimo amministrato dagli eretici colla seguente forma: *Ego te baptizo in nomine Patris, ego te baptizo in nomine Filii, ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti.* — R. Baptismum exposita forma collatum esse validum ». — S. C. S. O. 11. Ian. 1882.

* Nella Congr. di fer. IV. 31. Luglio u. s. esaminato il dubbio proposto dal Vic. Ap. del Tonkino Oce. circa la validité della formola battesimale: *Ego te baptizo in nomine Patri, Firii et Firitui Sancti,* gli Emi Cardd. inquisitori generali hanno emanato il seg. decreto approval© nello stesso giorno dal S. Padre: *Baptizatos hac forma non esse inquietandos: catechistas rite instruendos* ». — S. C. S. O. 3. Aug. 1889.

Expressio baptizantis, baptizati, actionis baptizandi

« Quidam infans domi baptizatus est. Laicus baptizans sic formam protulit: *En te baptismo en nome do Padre e do Filho e do Spirito Sancto.* Utrum propter defectum pronuntiationis *en te baptismo* talis baptismus sit iterandus cum conditione? — R. Baptismum de quo agitur esse validum ideoque ne sub conditione quidem esse reiterandum ». — S. C. S. O. 13. Maii 1817.

« De baptismo, ex omissione pronominis *te* in eius collatione, quod ex Coreanorum ignorantia saepe contigisse refers, *invalidum* fuisse sacramentum perspicua res est, ideoque renovandum ». — S. C. de P. F. 11. Sept. 1841.

« Quaedam mulier quatuor genuit liberos, quos et ipsa baptizavit dicens in lingua vernacula: *Ego volo ministrare tibi sacramentum baptismi peccatorum in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Arnen.* Quaero ergo an baptismus sic collatus valeat, vel an debeat sub conditione reiterari tanquam dubius, vel tandem an sit nullus ideoque absolute denuo conferendus? — R. Baptismum fuisse invalidum, ideoque absolute esse baptizandum ». — S. C. S. O. 23. lun. 1840.

« Utrum validus sit baptismus infantibus collatus cum hac conditione: *Si vis baptizari ego te baptizo,* etc.; et quid agendum erga illos qui, apposita tali conditione, a quibusdam mulieribus baptizati sunt, an scilicet iterum vel absolute, vel conditionate sint baptizandi? — R. Valitium esse baptismum sub enunciata conditione collatum, quae tamen conditio in posterum omnino omittenda erit ». — S. C. S. O. 12. lun. 1850.

419.— *De ministro baptismi*

« Baptismum esse necessarium ad salutem, ac proinde, si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conterendum esse, et a quocumque et quandoeumque sub debita materia, et forma, et intentione collatum esse validum ». — Prof. fid. Orient, pracser. ab Urb. VIII. et a Ben. XIV.

‹ Sane intimasti, quod quidam indaeus in mortis articulo constitutus, cum inter iudaeos tantum existeret. in aquam seipsum immersit, dicendo: Ego me baptizo, in nomine P. et F. et S. S. Arnen. Respondemus, quod cum inter baptizantem et baptizatum debeat esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur, dicentis Apostolis: Ite. baptizate omnes gentes, in nomine P. et F. est S. S.: memoratus indaeus est denuo ab alio baptizandus, ut ostendatur, quod alius est. qui baptizatur, ut alius qui baptizat. Ad quod etiam designandum, ete. » — Innocentius III. C. *Debitum* 4. *de Baptismo et eius effectu.*

430. — *De ceremoniis baptismi*

|/ <tÊP rf

‹ Illud etiam, quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu. Cum sive parvuli sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeunt quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere apparear, quomodo princeps mundi huius mittantur foras ·loli. 12, 31. , et quomodo prius alligetur fortis Mattb. 12., 19. . et deinceps vasa eius diripiantur (Mare. 3., 27.), in possessionem translata victoris, qni captivam ducit captivitatem (Eph. 4., S. . et dat dona hominibus (Ps. 67., 19.) ». — Caelest. I. Epist. 21. ad episcopos Galliae de errorib. Semipelagianor. a 431. cap. 12.

432. — *De fonte baptismati*

« Ubi fons baptismalis non permittitur, asservetur in aliquo vase decentiori et amovibili aqua baptismatis rite benedicta ». — S. C. de P. F. 23. Febr. 1660.

« Iuxta alias decreta, ac praesertim in una *Lucana* d. 12. Apr. 1755., et in una *Urberefana* 7. Dec. 1844., rescribendum censuit: Aqua baptismalem in parochiis esse benedicendam in Sabbatis Paschae et Pentecostes, non obstante quacumque contraria consuetudine, quae omnino eliminari debet ». — S. K. C. 13. Apr. 1874. *Sancti Hippolyti.*

« Decreta quae sequuntur quoad aquam baptismalem, a Pondicheriensi Synodo secunda edita, ad omnes vicariatus ludiarum orientalium extendi placuit.

1. Aquam consecratam, aliquo decenti loco et vase, conservabit missionarius in ecclesia, ubi ordinarie degit, et in collatione s. baptismatis adhibebit, idem faciet in ecclesiis, in quibus per notabilem anni partem commoratur.

2. Occurrente casu necessitatis utetur facultate aquam foecundatam conficiendi extra Sabbatum Sanctum et vigiliam Pentecostes.

3. Iu locis, quae sacramenta administrandi causa inviset, utetur aqua consecrata quando illam in itineribus secum facile ferre poterit.

Praeterea voluerunt EE. PP. omnibus vicariis apostolicis communicare decretum datum vicario ap. tiinkinensi, die 10. Februarii 1806. ‹ Omnino tenentur missionarii in conferendo baptismo omnia agere ad praescriptum ritualis rom. vel in ea etiam parte quae respicit sacramentalia et usum aquae ad id in baptismali fonte asservatae. At ubi aquam praescripto ritu benedictam asservare gravis sit incommodi aut periculi, licebit in eo casu missionariis, vel cuilibet alii qui, ad hoc sacramentum conferendum pro temporum opportunitate aptus erit, uti aqua communi, praesertim si benedicta fuerit, pro aqua fontis baptismatis, quae nonnisi gravi cum incommodo aut periculo haberi possit ». — S. C. de P. F. 8. Sept. 1869. ad Vic. Ap. Ind.

Quando non habetur aqua baptismalis adhibenda est (quando fieri potest) aqua benedicta iuxta formulam in novis editionibus et in appendice ritualis romani; secus adhibenda est aqua naturalis. — S. C. S. O. 22. lun. 1833.

De valida oleorum consecratione. — «Vicarius generalis N.... exponit, quod fer. V. in Coena Did ad consecrationem olei catechumenorum tam episcopus, quam quindecim presbyteri, plena inadvertentia, in olea halare homiserunt... Quaer. 1.° An episcopus acquiescere possit? — Et quatenus negative, 2.o Quid agendum? — R. Ad 1.um Affirmative. — Ad 2.um Provisum in primo ». — S. O. 19. lun. 1889., A. S. S. V. 24. p. 503. seq.

De omissione caeremoniarum ratione horroris et scandali

« Debetne ministrari baptismus cum sacramentalibus,‘cum commoditas adest, vel omitti possunt, ad vitandum laponiorum horrorem in unctione, insufflatione et usu salivae? — R. Omnino servandos esse tam salubres Ecclesiae ritus, et delicatos, qui horrent, indignos censeri, qui intra Ecclesiam admittantur. Sacerdotes vero qui, ut abiiciant, his rationibus nituntur, animadvertere debere quod illis ipsis haeretici adversus Ecclesiam catholicam proprios tueantur errores ». — S. C. de P. F. 7. Sept. 1626.

« Utrum in Sinis ministri evangelic!, pro nunc saltem, in sacramento baptismi, possit abstinere ab imponendo mulieribus oleum sanctum catechumenorum, sputum in auribus, et sal in ore? Insuper et non administrare eisdem mulieribus sacramentum extremae unctionis? Et ratio dubitandi est, quia Sinenses magno zelo ducuntur erga uxores, filias et alias mulieres, et scandalum sument ex huinsmodi actionibus. — R. Sacramentalia in baptismo mulierum esse adhibenda, et extremam unctionem esse mulieribus conferendam, nec sufficere motivum in dubitatione expressum, ut missionarii, quantum in se est, ab his abstineant. Curandum ergo ut tam salubres ritus et caeremoniae introducantur et observentur, ac missionarii tali circumspectione illa administrent, hominesque talibus instruant documentis, ut ab omni suscipione honestatis liberentur ». — S. C. de P. F. 12. Sept. 1645. Missionar. Dominic, in Sinis.

« Utrum omnia sacramentalia in baptismate feminarum adultarum adhibenda sint? Utrum sufficiat feminis petentibus tantum extremae unctionis sacramentum conferre? Num etiam petentibus negandum, cum incommoda et pericula christianitatis totius prudenter futura praeviden-tur? Ratio dubitandi est incredibilis apud Sinas feminarum modestia, zelus, *et* laudabilis earum ab omni virorum, non solum congressu, sed

et aspectu, fuga: qua in re, nisi magna adhibeatur a inissionariis cautela, scandalum ingens Sinis datur, totaque christianitas evidentissime periculo posset exponi. — R. Ex gravi necessitate proportionate, posse omitti quaedam sacramentalia in baptismate feminarum, ac etiam posse omitti ipsum sacramentum extremae unctionis ». — S. C. S. O. 23. Mart. 1656. Missionar. S. I. in Sinis.

«An subsistat et in suo robore permaneat praeceptum et mandatum... de observantia responsorum et resolutionum factarum d. 12. Sept. 1645. in S. C. de P. F.? — R. Decretum S. C. de P. F. datum sub d. 12. Sept. 1645. secundum tunc exposita in dubiis esse in suo robore neque per decretum S. C. S. O. latum sub d. 23. Mart. 1656. fuisse circumscriptum. sed omnino secundum quaesita, circumstantias et omnia in dictis dubiis expressa esse servatum, ut iacet, quemadmodum servandum declaravit decretum S. C. S. O. latum ut supra 23. Mart. 1656. iuxta quaesita, circumstantias et omnia in eis expressa ». — S. C. S. O. 13. Nov. 1669.. Missionar Dominie. Sinis. C. 596. seqq. 602. seq. 607.

« 1.° An, ob unum singularem casum, liceat absolute et universaliter abstinere ab administrando feminis adultis oleum catechumenorum? Videtur enim repugnare decreto S. Cong. — 2.° Existimant missionarii unanimiterqne sentiunt, ad evitandas ethnicorum calumnias, plurimum expedire, ut sacramentalia baptismi mulieribus adultis, non digito, sed penicillo conferantur. Desideratur tamen SSmi D. N. beneplacitum. — R. *Qualificatores S. Off.* Ad 1?“ Non licet abstinere. Ad 2*““ Fuit alias responsum, quoti communis Ecclesiae usus est observandus ». — 1674. P. Navarette.

« Districte prohibemus, ne in baptizandis tam pueris quam adultis cuiuscumque sexus et conditionis, omittantur sacramentalia; sed omnia palam adhibeantur, et signanter saliva, sal et insufflatio, quae ex apostoliea traditione catholica Ecclesia recepit, et, ob recondita in iis sacris caeremoniis divinae erga nos bonitatis mysteria, sancte et inviolabiliter custodivit: Decreto S. universalis romanae Inquisitionis de anno 1656., pro Sinis facto ob diversas rationes et circumstantias, minime obstante ». — Benedictus XIV. *C. Omnium sollicitudinum.* 12. Sept. 1744.

De omissione caeremoniarum baptismi ratione necessitatis

‹ Videant autem, ne forte inanes aut leves timendi causae illae sint, quae passim afferuntur, pro omittendis in baptismatis administratione caeremoniis a rituali romano praescriptis, quas etiam, quum ex veris gravibusque causis praetermitti contingat, primo quoque tempore suppleri curabunt. Neque enim sine gravi peccato negliguntur tam magni ponderis tantaeque antiquitatis ritus, atque ad reverentiam sacramento conciliandam maxime necessarii ». — Benedictus XIV. C. *Inter omnigenas* 2. Febr. 1744.

«An extra casum necessitatis urgentis, seu extra periculum imminens, licite possit sacerdos simpliciter abluere infantes vel adultos, omissis omnibus baptismi caeremoniis? R. Non posse. Verumtamen, non solum imminens periculum mortis esse posse causam legitimam omittendi solemnitates baptismi, verum etiam quaincumque rationabilem et gravem, quae impediat earumdem solemnitatem administrationem. ut, e. g., si tempus omnino deficiat, si instet periculum a paganis, si sa-

ccrdoa non habent neque commode habere possit oleum catechumenorum, sanctum chrisma, sal benedictum, aliaque necessaria pro perficiendis iisdem solemnitatibus. In his autem casibus monendum esse missionarium, quod si non omnes, sed solum aliquas caeremonias baptismi adhibere possit, eas adhibeat, ac deinde, cum tempus et occasio opportuna adfuerit, easdem caerimonias, vel omnes, vel quas omisit, in ecclesia, vel oratorio supplere teneatur », — S. C. de P. F. 21. lan. 1789.

« Parochum male se gessisse, baptizando cum stola violacea, et liniendo puerum periclitantem extra ecclesiam oleo etiam catechumenorum. In casu enim necessitatis, iuxta ritualis praescriptum, omnia sunt omittenda, quae baptismum praecedunt, quaeque postmodum supplenda sunt in Ecclesia, ad quam praesentandus est puer cum convalescit».—S. R. C. 23. Sept. 1820. *Galacurit. et Calceat.*

« l.° In baptismo domi conferendo ob imminens mortis periculum, omissis caeremoniis, quae baptismum praecedunt iuxta rubricam ritualis romani, illa poterunt adhiberi, quae baptismum subsequuntur ». 2.° In casu infirmitatis et impossibilitatis adhibendi omnes caeremonias « posse et teneri uti illis caeremoniis quibus possunt uti ». — S. 0. 10. Apr. 1861. *C.* 598.

434. — ὀ'ὀι *olea anni praecedentis in benedictione fontis*

« Instante Rmo Dno episcopo Anneciensi; ut in universis paroeciis suae dioeceseos, de apostoliea venia permittatur usus sacrorum oleorum, anno praecedente benedictorum, usque ad Sabbatum ante Pentecosten exclusive, ne eo tempore absint a propriis paroeciis rectores vel vicarii, quorum ministerio christifideles egent: S. R. C. rescribendum censuit: — R. Parochos curet, ut presbyter, vel clericus, si possibile sit in sacris constitutus, nova olea sacra recipiat. Quod si aliquod adhuc extet impedimentum, idem parochus, vel per se, vel per alium sacerdotem benedicat fontem, sine sacrorum oleorum infusione, quae privatim opportuno tempore fiet: nisi aliquem baptizare debeat, tunc enim in ipsa benedictione solemni vetera olea infundat. Atque ita servari mandavit ». — S. R. C. 31. lan. 1896. *Annecien.*

« Sacerdos, qui dum fontem baptismalem in Sabbato Sancto benedicit non potest olea sancta aquae benedictae immiscere, vel quia haec illi deficiunt, vel ob aliam legitimam causam, potestne fontem nihilominus eo die benedicere, oleorum sanctorum immixtionem ad alium diem differendo; an vero integram fontis benedictionem omittere eo die tenetur? — R. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundani; et communicetur decretum S. R. Congr. diei 12. Apr. 1755. *in Lucana.* Parochi qui ante fontis benedictionem olea sancta recipere non potuerunt, illa subinde privatim ac separatim in aquam mittere poterunt ». — S. C. de P. F. 5. Mar. 1816. pro Sin.

« Perdurantibus belli civilis calamitatibus in regno Hispaniarum, accidit ut Rnms Oriolen. episcopus, superiori anno 1836. olea sacra feria V. in coena Domini consecrare nequiverit, pro solemni benedictione fontium baptismalium parochialibus in ecclesiis peragenda insequente Sabbato Sancto, neque eadem olea a vicinioribus episcopis parochi habere potuerint, siquidem ob communia incommoda pene omnes episcopales sedes proprio sunt viduatae pastore, ita ut, communicationibus interceptis, grex

a pastore, filii a parente, ecclesia ab episcopis, non sine magno animarum salutis detrimento, separentur. Huiusmodi in angustiis constituti parochi praebendati Oriolen. dioeces diversas inter se protulere sententias: et, nonnullis negantibus, bene multi opinabantur benedictionem solemnem fontium baptismalium perfici posse, adhibitis oleis superiori anno consecratis. In qua opinionum et sententiarum varietate, id sumpsere consilii ut S. hanc R. C. requirerent ut certam sequerentur regulam in re tanti momenti ac propterea insequentia dubia enodanda humillime proposuerunt, nimirum:

I. An talis benedictio (fontis baptismalis in Sabbato Sancto) fieri debeat cum chrismate et oleo praecedentis anni: an potius omittenda sit infusio chrismatis et olei, usquedum accipiantur recenter consecrata?

H, An, in baptismo solemni infantium, utendum sit huiusmodi aqua, benedicta quidem cum reliquis caeremoniis missalis sed absque consecratione, seu mixtione sacrorum chrismatis et olei; an vero aqua consecrata praecedenti anno, quae ad hunc finem conservetur?

III. An, supposito quod aqua baptismalis benedicta sit cum veteribus oleis, eo quod recenter consecrata non habeantur, infundi debeat in piscinam simul ac nova recipiantur olea, et iterum cum his alia benedicenda sit aqua iuxta caeremonias ritualis romani: an vero illa conservari et uti debeat, usque ad benedictionem in vigilia Pentecostes, prout in missali?

IV. An in baptismo solemni ungendi sint infantes oleo et chrismate praecedentis anni, dum recenter consecrata non habentur: an vero omittenda sit haec caeremonia, et postea supplenda, quum novum oleum et novum chrisma recipiantur?

R. Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad II. Negative ad utrumque sed fieri debet nova fontis benedictio cum oleis anni praecedentis: seu provisum in prima parte superioris dubii.

Ad III. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam».— S. R. C. 23. Sept. 1837. *Oriolen.*

« Factis debitis diligentiis, si nova olea non suppetant, posse missionarium ex privilegio Clementis VIII. uti veteribus oleis per quatuor annos et ultra ». — S. 0.14. Febr. 1704. C. 486. 487.

435. — 7)e *aqua benedicta adhibenda in collatione* ***baptismi***

«Dignentur (EE.VV.) nobis permittere ut in collatione baptismi possimus uti aqua benedicta quidem iuxta ritum in rituali romano mandatum, sed tamen absque sacris oleis intra mixtis. Contingit enim saepe ut non tantum deferri nequeat aquae copia sufficiens numero baptizandorum, sed quoque desint sacra olea, quibus adhibitis, possit aqua nova benedici.

R. Negative, excepto casu necessitatis; et missionarii se gerant iuxta instructionem S. Caroli Borromaei (in parte 2. quinti Synodi dioecesani). — *En dicta instructio:*

‹ Quod si intra annum prae temporis diuturnitate aliaque causa illam aquam corrumpi contigerit, in sacrarium prope fontem parochus proiiciet statimque fontem purgabit: et vero, si in urbe est, ad metro-

politanam, si in dioecesi, ad plebanam ecclesiam veniet, unde proprio vasculo nitido aquam baptismalem accipiat, in parochialemque ecclesiam secreto ferat, ubi quamprimum in fontem effundat, baptismalique aquae allatae tantum etiam aquae purae nitidae et recentis addet quantum satis erit. Hoc ipsum quoque praestabit si etiam aqua baptismalis per annum aliquo modo defecerit ». — S. O. 30. Ian. 1765.

437. — *De baptismo in domibus privatis*

Circa baptismum in domibus privatis conferendum in Resp. S. R. C. 27. Apr. 1877. *Ascidana* dicitur: quod episcopus «omnino curare debet, *prudenter tamen et caute,* removere abusus, qui in hac re irrepserunt; efficiatque, ut infantes ad baptizandum iuxta ecclesiae praescriptionem et communem praxim deferantur ». — *Ac* de consuetudine administrandi domi baptismum S. C. C., re cognita, sub die 20. Ian. 1894. censuit respondere: Servetur rituale romanum; salvis exceptionibus, quas ex rationabilibus causis episcopus concedere pro suo prudenti arbitrio censnerit.

« 1. An, in bis locis ubi non est ecclesia seu oratorium commune, liceat sacerdoti solemniter, id est adhibitis omnibus caeremoniis et precibus in rituali romano praescriptis, baptizare liberos Christianorum in eorum domibus privatis? — 2. An liceat solemniter baptizare in domibus privatis, ubi quidem est ecclesia, sed ita distans ut ad eam infantes suos deferri nolint parentes, ne quid ipsis ex aëris intemperie accidat mali, quod supra modum reformidant Annamitae? — R. Ad 1.m Non solum licere sed debere. Ad 2.,l,n Ne in hac re a sanctissimis Ecclesiae institutis recedatur, omnem curam adhibere debet missionarius, ut parentes ab hac sua irrationabili contradictione recedant; quod si suis persuasionibus et monitis nihil proficiat, tum sibi persuadere poterit rem esse deductam ad casum necessitatis; impossibile enim erit, hos infantes baptizare, repugnantibus parentibus in quorum sunt potestate; proinde licitum erit iis infantibus baptismum conferre extra ecclesiam, et in privatis domibus, vel ubi a parentibus permissum erit, omissis sacris ritibus et caeremoniis, animo tamen eas supplendi in ecclesia, quam primum hoc fieri permissum erit. Si vero praevideatur quod parentes infantium, neque decursu temporis infantes suos ad ecclesiam pro supplendis caeremoniis deferri permittant, tunc satius erit, ut in ipsis privatis domibus ritus ac caeremoniae per rituale romanum praescriptae, in actu collationis baptismi adhibeantur; potius enim erit, ut laudabilis consuetudo, quae tantum concernit maiorem erga hoc sacramentum decentiam et reverentiam, celebrandi baptismum in ecclesia omittatur, quam ut priventur parvuli baptizati non exiguis spiritualibus bonis, quae ex adhibitis super eos sacris caeremoniis ab Ecclesia institutis, in eos derivantur ». — S. C. de P. F. 21. Ian. 1789.

« In locis missionum, ubi catholici haud raro incolunt procul ecclesiis vel oratoriis publicis, v. g., decem vel viginti miliariis geographicis ab eis distant, et translatio infantium in tenera aetate per tantam locorum distantiam magnis periculis et incommodis obnoxia est, num ibidem liceat missionario advocato baptizare hos infantes solemniter in domibus privatis, vel extra mortis periculum baptismum ministrare sine caeremoniis? — R. Affirmative, seu baptismum in casu ministrari posse in

privatis domibus, servato ritu Ecclesiae consueto ». - S. R. C. 4. Febr. 1871. *Vicar. Apost.* ad dnb. 3.

438. — *Baptizandi nomen*

Si puerum baptizandum deterens nolit prorsus eum baptizari, nisi imposito impii alicuius nomine, non ideo tas est baptismum differre, sed puer baptizandus est addito, submissa voce, nomine alicuius Sancti. — C. S. 0. lun. 1883., C. 605.

439. — *An liceat baptismum vernacula linqua ministrare*

S. C. de P. F. d. 30. Apr. 1808. respondit: ‹ Baptismum in Ecclesia latina administrandum esseidiomate latino iuxta rituale romanum, ceterum nihil obstare, quominus lingua vernacula explicentur ea omnia, quae pertinent ad ipsum sacramentum baptismi ». — S. C. S. O. 9. Maii 1879. ‹ praxim posse servari » rescripsit vio. ap. Coeincinae Occid., interrogationes faciendi primum latine, easque immediate vertendi in linguam vernaculam, ut eas neophiti intelligerent, eisque patrini et matrinae eadem lingua responderent. Itemque *Pater* et *Credo* latine a sacerdote baptismum ministrante recitabantur, dum a neophitis vel patrinis sive matrinis vernacula lingua recitabantur. Maxima enim erat difficultas docendi neophitos vel fideles, qui patrini vel matrinae esse poterant, latinas responsiones: ob maximam discrepantiam latinae linguae et linguarum Extremi Orientis. — Eadem S. C. Un. Inquis. 23. Aug. 1880. ad quaesit.: ‹ Utrum liceat in baptismatis collatione interrogationes lingua vulgari facere, vel saltem dictas interrogationes primo latine factas dein in vulgarem linguam vertere, nt ab adulto baptizando intelligantur, vel a patrinis et matrinis, si agatur de baptismo infantium »? respondit: Quoad primam partem *non expedire:* quoad secundam *affirmative.* — Ac idem S. 0. 23. Aug. 1886. et 24. Maii 1882.: « Baptismus conferendus est semper in lingua latina. Interrogationes vero fiant in lingua latina et repetantur in lingua vernacula ». — ‹ Utrum patrini in baptismo recitare possint *Pater* et *Credo* lingua vernacula, dum parochus ea recitat latino sermone? — R. Posse — S. R. C. 30. Dec. 1881. *Unjellen.* ad 10. Cf. M. E. V. 7. P. 1. p. 246.

440. — *Caeremoniae supplendae*

« 4. Qaenam servari debeant caeremoniae et preces, quando supplendae sunt cum adulto catholico, valide post nativitatem baptizato, omissis tamen caeremoniis, quae, iuxta rituale, baptismum praecedere vel sequi debent; an scilicet illae quae in rituali assignantur pro baptismo adultorum, vel quae pro baptismo infantium? 5. Quae ex his caeremoniis servari debent, quum adultus, ab haeresi fidem catholicam conversus, baptizandus est sub conditione, ob dubium fundatum de validitate baptismi, ipsi a ministro haeretico collati? — R. Ad 4.ᵐ caeremoniae et preces serventur, quae in rituali assignantur pro baptismo infantium. Ad 5.“ quatenus supplendae sint et supplendae credantur caeremoniae, ut in dubio, illae supplendae sunt, quae pro adultorum baptismo sunt praescriptae ». — S. R. C.,27. Aug. 1836. *Rhedonen.* ad 4. 5.

‹ Au liceat sub conditione baptizare publice et cum suis caeremoniis parvulos rationis expertes, qui in protestantisme dubie et sine cae-

remoniis iam baptizati, sub conditione baptizari debent? — K. baptismum sub conditione parvulis de quibus in casu administrandum esse secreto, et cum caeremonis in rit. rom. praescriptis». — S. C. S. O. 2. Apr. 1879.

442. — *De patrino haeretico, rei censura innodato*

«In aliqua paroecia Hungariae accidit, ut mater a fide catholica apostataverit, quia parochus in baptizanda eiusdem prole patrinum haereticum, inhaerendo legibus Ecclesiae, reiccerit: quum ex declaratione S. Poenit. 10. Dec. 1860. ad 19. notorie censuratus ad munus patrini admitti possit, si ex eius reiectione gravia damna imminere videantur; quaeritur: *Utrum haec declaratio etiam ad patrinos haereticos extendi possit; an rero praestet, sicut nonnulli volunt, in huiusmodi casibus difficilibus baptismum sine patrino administrare.* — 11. Negative, et praestare ut baptismum conferatur sine patrino, si aliter fieri non possit ». — S. C. S. O. 3. Maii 1893. — C. 604.

Declaratio cit. S. Poenit. sequentis est tenoris:

« Quomodo se gerere debeant parochi in celebratione matrimoniorum illorum, qui notorie in ecclesiasticas censuras inciderint? — K. Curandum pro viribus, ut ecclesiasticis censuris innodati debito modo cum Ecclesia reconcilientur: at si reconciliari recusent, et, nisi matrimonium celebretur, gravia inde mala imminere videantur, parochus Ordinarium consulat, qui habita rerum et circumstantiarum ratione, omnibusque perpensis, quae a probatis auctoribus et praesertim a S. Alphonso, lib. 6. tr. 1. cap. 2. n. 54. traduntur, ea declaret quae magis expedire in Domino indicaverit, exclusa tamen semper missae celebratione ». — S. Poenit. 10. Dec. 1860.

« Item quomodo se gerere debeant episcopi, si qui ex supra dictis censura innodati se sisterent, ut sive in sacramento confirmationis, sive baptismatis patrinum agat? — B. Ut in praecedenti ». — S. Poenit. 10. Dec. 1860.

« An possit SSma Eucharistia notorie censura innodatis ministrari, quin prius fuerint, uti par est, cum ecclesia reconciliati? — B. Negative ». — S. Poenit. 10. Dec. 1860.

443. — *De patrinis, ipsis parentibus*

« Supremae S. C. examini subiecta sunt dubia, anno superiori ab amplitudine tua Emo S. C. de P. F. praefecto transmissa, relate ad sacramenti baptismatis administrationem, quorum primum quaerebat, utrum in casu necessitatis, nimirum deficientibus omnino extraneis patrinis, liceat parentibus propriam sobolem in solemni baptismo materialiter tenere, seu potius in casu illo solemni privatus baptismus sit subrogandus.

Porro quaestionis ratio postulat, ut praenotetur discrimen solemnis a privato baptismo: ex eo enim facile inferri poterit, an solus patrini defectus postulet, quod solemni privatus subrogetur. Privatus igitur baptismus, ut probe noscis, ille dicitur, in quo nulla alia caeremonia a rituali praescripta adhibetur, nisi ablutio baptizandi, verbis formae prolatis, iis videlicet, quae baptismo iure divino sunt necessaria. Solemnis vero censetur, quando ii adhibentur ritus ac caeremoniae, quas rituale

romaninn memorat acceptas et approbatas ab apostoliea et vetustissima traditione fuisse, et ad eius solemnitatom pertinere, lain vero relate tui usum rituum ipsorum, rituale ipsum admonet, eos haud licere omittere, nisi causa necessitatis, quod quidem eadem suprema S. C. oraculo suo confirmavit. Cum enim quaesitum fuerit anno 1663.: *in locis, ubi non adest ecclesia parochialis neque fons baptismalis, conferri possit baptismus cum omnibus solemnitatibus et caeremoniis Ecclesiae consuetis:* Decreto feria IV» 28. Februarii praedicti anni praescriptum fuit: *quod possint, imo teneantur uti illis caeremoniis, quibus possint uti.* Quare liquet illico privatum solemni baptismo substituendum non esse, eo quod aliqua fieri nequeat caeremonia; nam, hac omissa, ceterae adimplendae sunt. Hisce positis, quamvis vix concipi possit, quomodo desertis in locis, in quibus nullus alius occurrit praeter baptizandorum parentes, caeremoniae in baptismo adhiberi queant: tamen, admisso quod earum aliquae servari possint, defectus patrini non efficiet, ut ceteri ritus omitti debeant vel possint, et sic baptismus fiat privatus: sed missionarii tenentur *illis uti, quibus possint.* Imo sacer Ordo censet, posse hoc in casu praesentiam extranei patrini per baptizandorum parentes quodammodo suppleri. Quandoquidem nil impedit, quominus patrinorum vices gerant, snos infantes materialiter tenendo, et pro iis baptizanti respondendo, citra tamen veri et proprie sumpti patrinatus praerogativam, videlicet citra necessitatem obeundi onera, quae eiusmodi munus secum fert contrahendi impedimentum cognationis spiritualis, usum matrimonii prohibens. Ita fiet, ni in solemnitate baptismi omnes quadam ratione serventur ritus, et parentum materiali praesentia, formalis patrinorum suppleatur. Ceterum per hoc intelliges, minime quempiam eximi ab onere curandi pro posse, ut in solemni baptismo unus saltem patrinus proprie dictus adhibeatur. Patrinorum siquidem praesentia in baptismate, ex vetustissima traditione, semper tanquam praecipua caeremonia in Ecclesia Christi habita est, ut spiritualis generationis significatio servaretur per patrinos, et ipsorum sponsione in tuto religiosa pueri educatio poneretur.

Quaerebat praeterea amplitudo tua, utrum aliquibus in casibus parentes licite possint tanquam patrinum designare personam aliquam absentem, quamvis illius assensus habeatur post collatum baptismum. Indubium profecto est, posse per interpositam personam, seu per procuratorem patrini munus obiri: verumtamen hoc in casu iura exigunt, ut persona absens acceptet tempore habili munus patrini, ac mandatum edat favore eius, qui debet eum in tali caeremonia representare. Ratio est, quia patrinus formalem habere debet voluntatem acceptandi et exercendi pro viribus onera patrinatui inhaerentia. Quapropter probe intelliges, ratione a te proposita patrinos designari haud posse.

Tandem sacer Ordo una tecum est in improbanda parentum incuria, qui munus patrini non selectis idoneis personis, sed cuicumque, qui eis, cum baptismus conferri debet, occurrit, committunt, licet pro certo habeant, ipsum suum spiritualem filium non amplius esse revisurum. Quare tibi summopere commendat, ut etiam in hac re ritualis romani praescriptum fideliter servetur, quod obtinebitur, si parentes de officii gravitate moniti, inducantur ad idoneos patrinos, cum commode possint, eligendos.

Haec quae ex mente et mandato 8. Congregationis tibi significanda habui, communicabis quoque missionariis tibi snbiectis, ut pro re nata iisdem sese conforment ». — Instr. S. C. de P. F. 15. Sept. 1869. — C. 601.

De religiosis, patrinis

Clemens X. Br. *Caelestibus et aposiolicis* 12. Sept. 1671. declarat «contrariam sacris canonibus universalique Ecclesiae consuetudini », sequentem propositionem, nempe « omnes religiosos ac sanctimoniales posse sine causa, sine culpa, sine superiorum suorum aut Ordinariorum licentia esse in confirmatione patrinos ».

De haereticis, patrinis — Cf. de Virt Theol. n. 367., C. 604. 606.

Cognatio spiritualis patris baptizantis

« Titius baptizavit proprium filium; ignorans fecit; timens sed timore inani ne moreretur: quem baptizavit praesentibus nonnullis mulieribus. Confessarius eumdem exprobavit, sed absolvit. Petit nunc a S. Poenit.. inscio Titio quem in bona fide reliquit, dispensationem ab impedimento cognationis spiritualis, ut debitum petere et reddere possit; a. 1869.

R. S. Poenit. oratoris Ordinario facultatem concedit sive per se sive per proprium oratoris parochum ipsum oratorem, si ita sit, audita eius sacramentalis confessione, a censuris et poenis ecclesiasticis si quas ob praemissa incurrerit, et ab incestus reatibus, si forte post contractam spiritualem cognationem ab usu matrimonii non abstinuerit, apostoliea auctoritate absolvendi cum poenitentia salutari. Eundemque oratorem, si aliud non obstet canonicum impedimentum coniugale reddere posse et debere declarandi. Et cum eodem super recensito cognationis spiritualis superveniente impedimento, ut illo non obstante coniugale debitum ab uxore sua exigere licite et libere possit apostoliea speciali et expressa auctoritate misericorditer dispensandi. Pro foro conscientia; ita quod praesens gratia, si et quando opus fuerit, oratori eiusque uxori etiam pro foro externo suffragetur ».

450. 451. — *De patrino infantem tenente*

« Per verba (ritualis), *patrino infantem tenente,* haud susceptio absoluta requiritur, cum *tenere* aeque intelligatur ac sufficiat, si patrinus, ut in more est, physico contactu infantis iungat se cum eo cuius manibus ille tenetur, et ad aquae infusionem comitetur deferentem, quin opus sit ut patrinus vel matrina tantum, amoto deferente, infantem suas in manus excipiens, sacerdoti baptizandum exhibeat ». — S. C. de P. F. 21. lun. 1856.

459. — *Cognatio spiritualis patrini in privato baptismo*

« Quidam christianus patrinus fuit cuiusdam infantis propter periculum mortis domi baptizati, cuius matrem postea accepit in uxorem. Propter diversas theologorum sententias circa impedimentum cognationis spiritualis: quid de isto matrimonio censendum? — R. Consulendum SSmo pro dispensatione matrimonii, *quatenus opus sit,* super impedimento cognationis spiritualis, et etiam pro sanatione in radice. — SSiiius in audientia 4. Maii 1817. preces remisit eidem vic. apost. cum facultatibus necessariis et opportunis, ut illos (dummodo orthodoxae fidei cultores

sint, et sub obedientia S. K. E. vivant. \ iveroqne et mori intendant) a patratis excessibus absolvere, et eum eisdem, imposita tamen aliqua poenitentia salutari, dispensare possit super exposito impedimento cognationis spiritualis: quo non obstante, renovato inter eos caute consensu, ne oriantur scandala, matrimonium de novo valide contrahere, atque iu eo postmodum permanere libere et licite valeant: prolemque susceptam, si qua sit, et suscipiendam legitimam decernat. Si vero aut separatio aut scandala rationabiliter ex hoc timeri possent, tunc, relictis coniugibns in bona fide, Sanctitas Sua, de plenitudine apostolicae potestatis, matrimonium sic milliter per eos contractum in radice benigne sanavit, descriptis tamen nominibus et cognominibus contrahentium atque obtentae dispensationis in libro secreto matrimoniorum ». — S. C. de P. F. 18. Mart. 1817.

455. — *Cognatio spiritualis quoad procuratorem*

‹ Spiritualis cognatio non contrahitur a procuratore sed a mandante». — S. C. C. 20. Apr. 1586.. 15. Mart. 1631., 13. Sept. 1721., 11. lun. 1881., Cf. A. S. S. V. 14. p. 411. seqq.

tetr U

460. — *De dispositionibus ad baptismum recipicndun necessariis*

‹ An sit necessarium ut adulto baptizando explicetur eucharistiae mysterium? — K. Adultos, extra mortis periculum, per se loquendo, teneri, nisi tale in contrarium urgeat motivum, ut expediens prudenti missionario indicetur dilatio post baptismum. Quoad moribundum pariter teneri, nisi vel tempus non suppetat, vel tanta praevideatur in eo animi perturbatio, ut a susceptione baptismatis detrahere valeat ». — S. C. de P. F. 10. Maii 1703. C. 552.

« 1. Non licere baptizare adultum barbarum, rudem et stupidum, non credentem explicite in Dominum lesum Christum: sed missionarium teneri ipsum instruere de omnibus iis, quae sunt necessaria necessitate medii, iuxta captum baptizandi. — 2. Non licere baptizare barbarum infirmum, si missionarins sit moraliter certus eum non sufficienter,' iuxta proprii captus mensuram, intellexisse mysteria religionis christianae sibi explicata, aut ea sufficienter non credere, et, ex solo motivo non contradicendi, promittere se servaturum mandata eiusdem religionis. Si vero missionaries prudenter credat infirmum barbarum, quando dicit *credo et faciam,* revera tunc sufficienter credere, serioque promittere se servaturum ut supra, debere baptizari. Si autem de praedictis missionarins dubitet, et tempus non suppetat illum melius instruendi, immineatque periculum mortis, debere etiam baptizari sub* conditione ». — S. C. F. P. 10. Maii 1703. ct 23. Aug. 1703. ad episc. Quebec. C. 551. 589.

‹ In foliis ab amplitudine tua ad S. C. de Propaganda Fide transmissis exponebatur quemdam missionarium saepius appellari ad conferendum baptismum adultis moribundis, qui licet profiteantur propositum sibi baptismum se libenter recepturos, se vere renuntiare diabolo, credere in Deum, et anteactae vitae poenitere, attamen ex circumstantiis maximum relinquunt dubium circa sinceritatem huiusmodi dispositionum: supradietnm vero missionarium consulere volentem ex una parte reverentiae sacramenti,et ex altera parte saluti aeternae infirmi iam iam morituri, conferre baptismum sub hac conditione, si *tu es vere dispositus,*

expresse intendens sc non baptizare, sepositis bonis dispositionibus. Hinc quaerebatur: I. Utrum talis modus conferendi baptismum licitus sit vel non.

Exponebatur praeterea nonnullos ex illis infirmis, recepto sub huiumodi conditione baptismo, postea supervivere, imo ct aliquoties e sua infirmitate penitus convalescere, et posse rectius disponi, et quaerebatur: 2. Utrum ipsi superviventes, et rectius dispositi debeant indiscriminatim omnes rursus baptizari saltem sub hac conditione, *si non fuisti baptizatus.*

S. Congregatio supremae et universalis Inquisitionis, cuius indicio haec dubia delata fuerunt, maturo super iisdem adhibito examine snb feria IV. Augusti 1870. respondendum mandavit praesenti instructione.

Explorata res est, tres in adulto requiri dispositiones ad baptismum rite suscipiendum: fidem nempe, poenitentiam et intentionem illum percipiendi. Fides profecto necessaria est, qua adultus debet esse sufficienter instructus, iuxta propriae intelligentiae mensuram, de mysteriis christianae religionis, et ea firmiter credere; et necessaria item est poenitentia, qua debet peccata sua dolere, et actum elicere vel contritionis, vel attritionis: ac tertio necessario requiritur intentio seu voluntas suscipiendi hoc sacramentum, eaque deficiente, non imprimitur in adulto baptismatis character. At enim vero fides et poenitentia in adulto requiruntur, ut licite sacramentum suscipiat, et fructum sacramenti consequatur: intentio vero necessaria est ad illud valide consequendum, adeo ut qui baptizatur adultus sine fide ac poenitentia, illicite quidem at valide baptizatur; et contra qui baptizatur absque voluntate sacramentum suscipiendi nec licite nec valide baptizatur. Hisce praemissis facile erit dignoscere missionarium in proposito casu non bene se gessisse, quando baptismum administrans adulto moribundo, eodem calculo habuit dispositiones requisitas ad baptismum licite administrandum, et eas quae ad illum valide percipiendum necessario requiruntur. In dubio enim utrum adultus morti proximus sufficienter instructus sit de fidei mysteriis, et ea sufficienter crediderit, atque in dubio utrum ipsum anteactae vitae sincere poeniteat, quum mortis necessitas urgeat: sacramentum absolute administrare ei debet absque ulla conditione. In dubio vero utrum ipse vere intendat baptismum suscipere, si praevio diligenti examine de hac intentione adhuc dubitetur, baptismus conferri debet sub conditione dummodo sit capax baptismi. Ne tamen norma quaedam desit huiusmodi missionario, hic adnexum amplitudine tuae transmittitur decretum eiusdem Congr. supremae et univers. Inquis, latum feria V. coram SSmo die 23. Augusti 1703. super quaestione ab episcopo Quebec, proposita. (Cf. hic par 2.am 2). Praeterea nec bene se gessit missionarins quando baptismum conferens snb conditione intendit se non baptizare, sepositis bonis dispositionibus in suscipiente baptismum: nam in casu missionarins debet tantum intendere se baptizare quatenus suscipiens sit capax baptismi, idest illum sincere percipere velit.

Tandem quoad secundum dubium animadvertendum est baptismum ne sub conditione quidem passim ac temere esse iterandum, et tunc solum conditione uti licere cum prudens et probans subest dubitatio, an quis fuerit valide baptizatus, quemadmodum traditur in catechismo romano P. 2. de sacramento baptismi, n. 57.

Ceterum si praedicta dubietatibus missiouariorum diluendis non sufficiant, eas amplitudine tua S. Congregationi exponere curabit, ut omnibus perpensis circumstantiis removeantur». — Instr. S. O. 6. lun. I860, ad Yic. Apost. Tche-Kiang.

463. — *Baptismus non differendus*

« Circa pueros vero propter periculum mortis, quod potest saepe contingere, cum ipsis non possit alio remedio subveniri, nisi per sacramentum baptismi, per quod eripiuntur a diaboli dominatu et in Dei filios adoptantur, admonet, non esse per quadraginta aut octoginta dies seu aliud tempus insta quorumdam observantiam sacrum baptisma differendum; sed quamprimum commode fieri potest, debere conferri; ita tamen, quod mortis imminente periculo mox sine ulla dilatione baptizentur, etiam per laicum vel mulierem, in forma Ecclesia, si desit sacerdos, quemadmodum in decreto Armenoram plenius continetur ». — Decr. pro lacobitis seu B. Eugenii IV. *Cantate Domino.*

‹ Consuetudinem huius missionis circa baptismum quod a catecbistis aliisve probatis laicis, absente sacerdote, illico administratur infantibus, bona licet valetudine utentibus, de qua dubitabas, S. C. plenissime approbavit: hominum quippe vita, infantium praesertim, continuis est obnoxia periculis ». — S. C. de P. F. 11. Febr. 1804. ad Vic. Apost. Cocinc.

‹ Circa praxim ab amplitudine tua statutam quoad parvulorum baptisma *intra decem dies ad summum, per sacerdotes, si detur opportunitas, rei per catechisiam non vero per aliam personam, excepto casu necessitatis, conferendum,* EE. PP. standum omnino existimarunt Synodi Sutchuensis praescriptionibus ». — S. C. de P. F. 11. Sept. 1841.

Ex Synodo Sutchuensi: ‹ Praeterea, cum in hisce regionibus vigeat consuetudo minime tuta, ut parentes recens natos infantes in eodem lecto secum deponant, aliunde vero missionarii districtus suos nonnisi semel in anno perlustrare valeant, ne periculum subsit infantibus intereundi sine baptismate, uti iam non semel accidit, in singulis christianitatibus specialiter edoceantur viri idonei atque mulieres, in primis vero catechista, qui pueros recenter natos etiamsi non infirmos baptizent, supplente dein presbytero, cum adventaverit, baptismatis caeremonias, moneanturque parentes, ut, quam primum commode fieri poterit, eos aqua salutari ablui procurent. Prudens valde est ut intra triduum abluantur; ne autem sacramentum tam necessarium diu nimis protrahatur cum periculo salutis, praefinimus octo dies ab infantis nativitate, mandam usque ut ultra hunc terminum non differatur ».

464. — *De baptismo filiorum infidelium, haereticorum, apostatarum*

‹ Retulit ad hanc S. C. de P. F. P. Didacus a Varallo, qui Tripolitanis missionibus multos annos praefuit, plurimas non sine gravi animaram detrimento inter earum partium verbi divini administros suhortas esse circa baptismum dubitationes: An et quemadmodum pro diversis cum personarum tum periculi circumstantiis liceat ipsis, aut etiam ex debito incumbat salutari lavacro infidelium, qui sibi consulere non possunt, necessitati subvenire.

Quas dubitationes decem capitibus comprehensas, sed insuper inultis velut incidentibus quaesitis implicatas S. C. diligenti examine adhibito,

facile agnovit, non tain nova ulla sanctione seu definitione indigere, quam simplici quadam explanatione communis doctrinae, quae de baptismo infidelium filiis praebendo ex veteri Ecclesia consuetudine profecta multi identidem declarata est ct confirmata Sacrarum Congregationum decretis et Apostolicis Constitutionibus quarum summam duobus novissime decretalibus Benedictus XIV. complexus est, opportunisque pro casuum et circumstantiarum varietate partitionibus velnt distinctis luminibus illustravit. Atque ex bis quidem tria imprimis documenta suppetunt ad subiectam materiam propius pertinentia, e quibus in omni eius generis dubitatione sacri ministri consilii capiendi agendique normam petere debebunt. Sunt autem: 1. Extra imminens mortis periculum non licere, invitis aut insciis parentibus, baptizare infantes filios eorum infidelium, qui aut suis legibus vivunt, aut Christianorum imperio vel dominio civiliter tantum subiecti sunt. 2. Nec baptizandos eiusmodi filios infantes ultro etiam ac sponte a parentibus oblatos, si post baptismum in parentum infidelium potestate relinquendi sunt. 3. Sic infantibus eisdem in proximum vitae discrimen adductis baptismum impertiendum, modo id fiat sine scandalo: quae plane'constabunt ex decretis inferius proferendis. Ne vero in huius generalis doctrinae applicatione ad peculiares casus ambigendi locus relinquatur, censuit S. Congregatio singulis questionum propositarum articulis totidem esse responsionibus satisfaciendum.

I. Primum quaesitorum caput tria haec dubia complectitur. 1. Utrum licite baptizari queant infidelium filii amentes a nativitate, de quibus nulla spes est fore, ut aliquo deinceps rationis intervallo potiantur. 2. Utrum sacri administri teneantur de huiusmodi amentibus inquirere, eosdemque baptizare. 3. Utrum per se an per alios.

R. — Quoad primum communis est doctorum sententia, duce S. Thoma *3. p. q. 68. art. 12.,* amentes a nativitate, in quibus nec praesens appareret, nec futurus speratur usus rationis, inter infantes computari, et quoad susceptionem baptismi eodem casu esse per totam vitam atque pueri, qui versantur in proximo mortis periculo: sicut enim isti pueri, qui nondum rationis usum attigerunt, consulere sibi non valent; sic nec illi amentes ullo vitae tempore providere sibi possunt, quia, utpote perpetuo amentes, nunquam rationis usum attingunt. Quatenus ergo vere probabili ac prudenti indicio censeatur illa rationis impotentia, licite baptizari possunt. Neque enim quoad huiusmodi amentes locum habet ea ratio, quae generatim obstat, ne licite baptizentur filii infidelium invitis parentibus, quod nimirum praecavendae perversionis causa non sine parentum offensione essent ab eorum cura et potestate abstrahendi: non, inquam, valet haec ratio quod perpetuo amentes, quos a perversionis periculo subtrahit perpetua ipsorum amentia, tutoque ideo possunt in cura et potestate parentum relinqui. Caute tamen ac prudenter in illis aut inquirendis aut baptizandis gerere se sacros ministros oportebit, ne in Christianam religionem infidelium odium, et saevitia in fideles concitetur.

Quoad secundum, cum sacris ministris id imprimis propositum esse debeat, ut Christo ct Ecclesiae quamplurimas posssunt animas lucrifaciant, non est ambigendum, quin ad inquirendos et baptizandos huiusmodi amentes teneantur moralem eam omnem diligentiam praestare, quam

proprii nnnieris ratio in rebus gravissimi momenti exposcit: ea semper cautione adhibita, quam ad vitandum scandalum Christianae prudentiae leges praescribunt.

Tertio. Ad id vero tenentur missionibus addicti sive per se ipsos, quatenus legitime impediti non sint, sive per alios, quorum vicariam operam tum maxime laudabiliter adhibebunt, eum perspexerint, commodius ae tutius per alios, quam per se ipsos, amentium saluti consultum iri.

II. Secundo dubio quaeritur, quemadmodum se gerere missionum administri debeant erga filios infidelium amentes, quorum non ita stupida est amentia, ut non aliqua edant rationis indicia, in his maxime, quae ad animalis vitae rationem pertinent, in quibus videlicet imbecilla quaedam se prodit vis et facultas rationis, qualis apparet in pueris quatuor vel quinque annorum, quique adeo praecipua fidei mysteria percipere satis non valeant. Quaeritur insuper, an peccent ministri, qui amentes huiusmodi quasi praescitos habentes, omnem de illis curam et sollicitudinem abiicinnt.

K. — Ubi difficultas suboritor in gradu vehit amentiae diiudicando, res eo demum revocanda est, ut exploretur, an ii, de quibus quaeritur, tali rationis usu polleant, quo bono et mali moralis discrimen cognoscere, atque adeo in malo eligendo culpae se reos reddere valeant. Hinc triplex casus emergit: vel enim moraliter constat eos tali facultate pollere, vel moraliter constat non pollere, vel denique post sufficiens examen dubium incertumque manet an polleant.

1. Itaque, si prudenti iudicio peccati capaces existimantur, utendum regula, quam praescribit S. Thomas *3. p. q. 68. art. 12.* his verbis: *Quidam sunt, (pii. etsi non omnino sanae mentis existant, in tantum tamen ratione utuntur, quod possint de sua salute cogitare, et intelUgere sacramenti virtutem: de talibus idem est indicium, sicut de his, qui sanae mentis existant, qui baptizantur volentes, non autem inviti.* Isti ergo more adultorum ad baptismum adducendi sunt. Qua in re servandae omnino regulae, quas Ecclesia praescripsit, quasque, utpote in catechismo romano dilucide explicatas, non attinet hoc loco repetere.

2. Si prudenti iudicio culpae capaces non censentur, vehit pueri, qui non adhuc sufficientem rationis usum attigerunt, cum distinctione utendum: vel enim ista rationis impotentia perpetua fore prudenti etiam indicio existimatur, suntque baptizandi, ut superius ad primum dubium dictum est: vel spes aliqua subest fore, ut deinceps sese magis in ipsis facultas rationis exerat, tuncque iterum distinguendum: aut enim in proximo mortis periculo versantur, suntque baptizandi, modo id fiat sine scandalo; aut non adest huiusmodi periculum, suntque expectanda certiora rationis indicia, ut more adultorum ad fidem et baptismum adducantur.

3. Quod si dubia tantum signa suppetunt, locus erit prudenti regulae, quam suppeditant probati doctores, nimirum: si necessitas non urgeat, expectari potest ac debet commodior et maior cognitio: si autem necessitas urgeat, tunc in casu dubio inclinandum in favorem religionis et fidei Christianae, et spiritualis salutis baptizandi.

Ceterum qui eiusmodi homines quasi damnatos iam ac desperatos negliguut turpem negligentiam turpiori excusatione obtegere satagunt.

Deo soli compertus est electorum numerus in suprema felicitate locandus, estque prorsus insanae temeritatis id sibi indicium arrogare: *Quis enim cognovit sensum Domini ? aut quis consiliarius eius fuit ? Ad Horn.* **II.** Hoc potius cogitent religiosi viri, nolle Deum aliquem perire, sed omnes ad veritatis agnitionem venire, ipsosque in partem eius muneris vocatos, quod a Christo discipulis suis demandatum est, ut eant et fructum afferant, ut pro Christo legatione fungantur, atque in salute hominum procuranda Christo inserviant et collaborent.

Nusquam igitur fas est amentes illos negligere, sed intentis semper oculis et animis prospiciendum, ut, si quidem in proximo mortis periculo versentur, eos prudenti cautione adhibita minister baptizet; sin minus, opportuna momenta expectet, ut cum sufficientia rationis indicia ediderint, eosdem more adultorum ad suscipiendum baptismum rite praeparet.

III. Utrum ipsi ministri, antequam ad baptismum amentibus huius secundi generis aut praebendum aut negandum sese inducant, rem totam, ubi sine gravi incommodo fieri potest, ad episcopos, vicarios vel missionum praefectos referre teneantur, ab eisdemque consilium et agendi normam petere?

R. — Tenetur quisque in suo munere fungendo errandi periculum, quoad licet praecavere, omnemque, quam rei gravitas postulat, diligentiam in id adhibere. Nil porro tam consentaneum ecclesiastiae disciplinae et ordini hierarchic© a Christo in Ecclesiae instituto, quam ut inferiores in sacris muneribus obeundis a superioribus dirigantur. Proinde ubi casus incidit, quo sacerdos missionibus addictus anceps animi pendeat. num, attentis circumstantiis, fas sit necne baptismum ministrare, non satis ille errandi periculum praecavere censendus est, si, ubi commode fieri potest, maiores suos adire negligit, et paratum sibi in eorum sententia, consilio et auctoritate subsidium respuit.

IV. Ubi non adsunt episcopi, vicarii aut praefecti, num qui missionibus dat operam, proprio consilio inducere sese debeat ad baptizandos praedictos amentes, adhibito prius diligenti examine imploratoque Sancti Spiritus ope?

B. ⊢ Tenentur sane religiosi ministri eo casu et diligens examen adhibere, et divinam opem enixe implorare. Sed meminerint, in eo studium suum imprimis versari oportere, non ut ipsi novas sibi regulas fingant, sed ne in applicandis Ecclesiae regulis aberrent. Quae sint autem istae regulae, quod ad proposita dubia pertinet, partira ex iam dictis intelligi possunt, partira ex dicendis innotescent.

V. Utrum licite ageret minister, qui post diligens examen ambiguos illos amentes, praetermissa instructione, occulte baptizaret, hac vel simili conditione adhibita: *Si incapax es auditus fidei, rei irremediabilis et invincibilis ignorantiae tenebris involutus:* aut etiam simplicius: *Si incapax es instructionis et doctrinae adultis necessariae ante susceptionem baptismi, ego te baptizo,* etc.?

E. — Nil ad hoc praecludendum dubium aptius afferri potest praeclara illa sententia D. Thomae *2. 2. q. 10. art. 12. Maxima habet auctoritatem Ecclesiae consuetudo, quae semper est in omnibus aemulanda.* Huius consuetudinis auctoritate potissimum inductus est S. Doctor, ut negaret licere filios infidelium, invitis parentibus, baptizare, ut habetur in Constit. *Postremo mense* n. 6., quo minime mirum est, illam S. Tho-

nine doctrinam et ab aliis communiter receptam, et eum aliorum tribunalium ecclesiasticorum, tum etiam supremae Inquisitionis sententiis atque indiciis roboratam et confirmatam esse, quemadmodum testatur Benedictus XIV. laudata Constitutione *Postremo mense* n. 5. et Constitutione *Probe* n. 10. Eiusdem porro consuetudinis auctoritas perinde valet ad illam excludendam conditionis formulam, quae in baptismo ministrando adiicienda proponitur. Tribus fere de causis comperimus Ecclesiae consuetudine invaluisse, ut conditio in baptismo conferendo adhibeatur: cum de baptismo antea collate, utrum necne valeat, prudenter dubitatur: eum necessitas cogit dubiam materiam adhibere; cum dubitatur num snbiectnm capax sit baptismi, velnt in monstruosis partubns, vel. ut in partu difficili, cum dubitatur num sacramentum confici valeat eam partem abluendo, quae sola potest ablui. Uno verbo: conditio ex Ecclesiae consuetudine in baptismo tum adhibetur, eum dubitandi locus est, num aliquid defuerit aut desit, quod ad valorem sacramenti requiratur. Quoties vero constat, nil tale deesse. nusquam auditum est, licere ministro, dum ritum baptismi exequitur, conditiones ex suo arbitrio adiicere, quibus sacramenti confectio impediatur. Proinde quod in illo primo casu S. Thomas concludebat, hic etiam concludendum est, periculosum esse praeter consuetudinem hactenus in Ecclesia observatam, hanc de novo assertionem inducere. Quamobrem sacres ministros ab usurpanda proposita formula omnino abstinere oportebit, eamque normam sequi, quae ad secundum dubium praescripta est.

VI. Utrum missionum ministris id liceat, quod ab Honorato Turnelio propositum dicitur, qui exposita quorumdam theologorum sententia existimantium, infantes filios infidelium omnes insciis parentibus baptizari posse, Bubiicit. ut fertur, se in eo casu ad Sanctam Sedem aut ad viciniores praelatos petendi oraculi causa recursurum: hoc praesidio deficiente, imploraturum Sancti Spiritus opem, atque ex eius ductu agendi consilium sumpturum, ac demum in tali materia unumquemque in sua sententia relicturum?

E. — Doctorum opiniones ad Ecclesiae decreta sunt exigendae, non ipsa decreta ad opinantium libitum inflectenda.

Proinde, quidquid Turnelius aut privati alii senserint, firmior hic adest auctoritas posita in Summorum Pontificum constitutionibus et sacrarum Congregationum decretis, quae omnem nunc fidem penitus abrogant ei opinioni, quae isto quaesito suscitari quodammodo videtur, quae generatim statuit, licere infantes filios infidelium invitis aut insciis parentibus baptizare. Sane Benedictus XIV. Constit. *Postremo mense* n. 7. proponit velut fixum ac ratum, *quod nefas sit hebraeorum infantes, reluctante parentum arbitrio, baptizare,* nisi tamen urgeat mortis periculum, ut deinceps explicat. Ae ne quis per calumniam vellet aliud esse *invitis,* aliud insciis parentibus agere, inane istud ae plane commentitium discrimen exploditur Constitutione *Probe* n. 10. ubi S. Thomae doctrinam probat, qua docet infantes infidelium *sine parentum consensu* nequaquam baptizari posse. Quam doctrinam Pontifex ait et communiter receptam et ecclesiasticorum tribunalium indiciis confirmatam.

Ad planiorem porro huius doctrinae explanationem, operae pretium fuerit tria hic potissimum S. Congregationis decreta subiicere. quae superius indicata quidem fuere, sed quae reiicere in hunc locum oportuit.

ut responsorum series dubiorum seriei responderet. Primo anno 1705. die 18. Febr., quo in Constit. *Postremo mense* n. 8. quaestioni respondens felici memoriae praesulis Caroli Naigrot: « An filii infantes infidelium possint baptizari invitis parentibus?» editum est sequens responsum: «Emi, audito voto 1)1). Consultorum, dixerunt non licere nisi in articulo mortis ». Alterum, quo ad postulatum episcopi Quebec, de infantibus, (pios parentes ultn.-et sponte ad baptismum offerunt, responsum est die 4. Naii 1793.: « Non licere, si sint filii infidelium et in potestate eorum relinquendi, secluso tamen mortis imminentis periculo». Cui consentaneum est aliud editum dic 15. Martii 1770.: «Non licere extra mortis periculum conferre baptismum ab utroque parente infideli oblatis, quoties iidem infanfes post receptum baptisma sub potestate et educatione eorumdem infidelium genitorum sunt relinquendi ». Tertium die 28. lanuarii 1637. ad dubium de infidelium infantibus filiis, in proximo vitae discrimine constitutis, responsum est: « Baptismum posse conferri infantibus in articulo mortis moraliter certo constitutis, si tamen id fiat sine scandalo». Ex quibus decretis tres illae generales praeceptiones eruuntur, (piae initio attingendae fuerunt, ut ad ipsa dubia enodanda ratio et via praemuniretur, nimirum: 1. Non licere, nisi in articulo seu moraliter certo imminentis mortis periculo, infantes infidelium filios, invitis seu insciis parentibus, baptizare. 2. Neque licere extra idem periculum (siquidem in decretis *articulus* et *periculum* promiscue accipiuntur) infantes a parentibus infidelibus ultro etiam oblatos baptizare, si post baptismum in parentum infidelium potestate relinquendi sunt. Neque ad huius praescriptionis vim infringendam aut effugiendam valere debebit discrimen quod obiici solet inter materialem ac formalem perversionem. Hanc distinctionem non ignorabat magnus ille Pontifex Benedictus, qua tamen non attenta, generatim pronunciat Constit. *Postremo mense* n. 26., grave perversionis periculum in hanc materia rem esse maximi momenti. Idemqne constat ex allatis decretis omnino praecavendum. 3. In ipso quoque mortis articulo baptizandos quidem filios infantes infidelium, sic tamen, ut scandalum vitetur, nec proinde maius quoddam infidelium odium in christianam religionem atque in Christianos saevitia concitetur. Proinde in omni eventu divinam sane opem implorent sacri ministri, ne unquam aut istorum decretorum oblivio eos capiat, aut fas sibi esse putent, privatum suum indicium eisdem anteferre.

VIL et VIII. Utrum licet opinione illa superius exposita saltem uti cum, saeviente peste, de centum pueris, ut plerumque accidit, nonaginta pereunt; aut cum populares morbi pessimae indolis multo maximam partem absumunt puerorum, antequam rationis usum attingant?

B. — Repetenda hic sententia I). Thomae de maxima parte auctoritatis, quae inest in Ecclesiae consuetudine, quae semper in omnibus est aemulanda, et adversus quam periculosum est nova inducere. Non defuerunt primis Ecclesiae saeculis, dum christiani cum infidelibus permixti degebant, vastitates et pestilentiae; nec propterea in more unquam positum fuit, ut Ecclesiae SSmi pastores pueros infidelium, quibuscum vivebant, invitis vel insciis parentibus baptizarent. Degunt etiam nunc vel in alma urbe inter christianos hebraei, suisque moribus vivere permittuntur; nec tamen Summi Pontifices unquam concessere, ut sive palam sive occulte infantes hebraeorum filii, invitis aut insciis parentibus, ba-

ptizarentnr ob eam causam, quod saeviente populari lue inulto plures ex illis infantibus intereunt. Ex quo facile intelligitur, duplicem, quod ad praesens institutum pertinet, periculi rationem distingui oportere, videlicet: periculum illud commune et vagans quod sanis etiam hominibus in iis locis impendet, quae populari morbo affliguntur; alterum proprium ac certum in quo sunt quos mali tabes inficit, aut qui quocumque modo in praesens vitae discrimen adducuntur. Pontificum porro constitutiones et Congregationum decreta, dum filios infidelium invitis parentibus baptizari vetant praeterquam in mortis periculo, loquuntur de isto praesenti periculo, quod hominem baptizandum determinate attingit, quodque interdum vehit per synonymam vocem nomine articuli mortis exprimitur, non autem loquuntur de illo communi et vaganti periculo, in quod nec vocabulum nec notio articuli mortis ullo modo convenit.

Deinde animadvertendum, tametsi vi morbi plerique infantes absumantur, semper tamen nonnullos superesse, vel quibus morbum parcit, vel qui morbum vincunt. Isti porro, si omnes indiscriminatim infantes baptizantur, consequens est, ut sub cura infidelium remaneant, pravis eorum superstitionibus imbuendi. Atque hoc ipsum est, quod fieri vetent et Pontificum et Sacrarum Congregationum decreta.

In illa tamen vastitate, quam interdum barbaris praesertim regionibus exitiales morbi aderunt, erit plane, in quo religiosi viri laudabilem operam impendant, ingentemque laborum suorum fructum referant. Multum proficient illos baptizando qui *in articulo mortis moraliter certe constituti,* ex laudatis decretis, caute semper ac prudenter baptizandi sunt. Qua in re studiose providere debent, ne quis eorum incuria et negligcntia pereat. Deinde illis calamitosissimis temporibus contingere quandoque poterit, ut. extinctis parentibus dissipatisque incolis, plerique pueri abiecti ac deserti iaceant omni humana ope destituti. In illis perquirendis miseris infantibus praesentem et eximiam suae caritatis significationem edent religiosi viri missionibus addicti, non ut eos raptim baptizatos denuo abiiciant, sed colligant, paterna pastoralique ope invent curentque, ut sive sua, quoad facultates ferent, sive exterorum opera, quibus illos rite commendare poterunt, ii pueri ab infidelium convictu seiuncti ad christianae vitae officia, simulque ad honestum aliquo laboris vel opificii genus instituantur.

IX. An potiori iure infantes filii haereticorum vel schismaticorum, qui sua dubia materia vel forme baptizari solent, denuo sub conditione baptizari queant, dum videlicet non adhuc idonei sunt percipere, speculativos errores parentum?

R.— Involuta quaestio ac per partes singillatim enodanda. Quaeritur enim: 1. de baptismo infantibus haereticorum vel schismaticorum filiis ministrando: 2. de causa baptismi sub conditione iterandi; 3. de usu vel facultate rationis in puero baptizando.

Quoad 1. Certum est quidem penes Ecclesiam ius esse baptizandi infantes filios haereticorum vel schismaticorum, ac praepedire ne parentum erroribus imbuantur: neque de hoc Ecclesiae iure ulla dubitatio moveri potest. Cardo proinde difficultatis in hoc vertitur, quid agendum, cum Ecclesia ius illud suum exequi non potest, nec periculum amovere, quod infantibus illis imminet, dum sub cura et potestate manent parentum haereticorum vel schismaticorum. Hinc non immerito sacri ministri

uti poterunt praestantium theologorum sententia, qui censent: « Idem dicendum videri in eo casu de haeretico et de quocumque alio infideli, si idem sit morale periculum. Ex quo concludunt, ut minister catholicus licite baptismum praebeat *, necessarium esse, ut probabilem spem concipiat fore, ut huiusmodi puer baptizatus possit suo tempore in vera fide instrui. Quod si nulla via possit huiusmodi spem moralem habere, deberet certe potius a baptismo abstinere, supponendo parvulum non esse in extrema necessitate, in qua quilibet alius baptizari potest.

Quoad 2. Ubicumque ad alias haereticorum pravitates haec etiam accedit, ut ad baptismum dubiam materiam vel formam adhibeant, id sane satis est causae, cur baptismus sub conditione iterari debeat. Verum hac in re non quibuscumque rumoribus plane fidendum; sed ritus, quo puer baptizatus est, diligenter quantum fieri potest ac sollicite indagandus, tumque si dubius manet valor prioris baptismi, baptizandus iterum erit sub conditione, siquidem casus incidat, quo ex superiore doctrina baptismus sit ministrandus.

Quoad 3. Latet aliquid ambiguitatis in extrema illa clausula, dum haereticorum vel schismaticorum filii *nondum idonei sunt percipere speculativos errores parentum.* Hic subobscure significatur provectior aetas, in qua adolescens, licet iam usum rationis attigerit, non eo usque tamen adhuc progressus est, ut subtiles parentum errores dignoscere valeat. De tali puero vel adolescente quaeri videtur, num minister catholicus licite possit illum vel absolute vel sub conditione baptizare, nullo verbo habito de illis speculativis erroribus, hoc praetextu, quod nondum valet satis illos percipere. Uno verbo, quaeritur, utrum puer pollens iam usu rationis, in haeresi vel schismate educatus eique adhaerens, licite baptizari queat, quin antea de illius sectae erroribus, quibus iam imbutus est, moneatur atque ad illam sectam detestandam eiurandamque adducatur. Responsio petenda ex his, quae de praeparatione ad baptismum adultis ministrandum in rituali et catechismo romano praescribuntur, ac passim a catholicis doctoribus explicantur. Adultus baptizandus petit *ab Ecclesia* fidem, proinde ipsum praecipua fidei Christianae capita edoceri oportet, eamque fidem profiteri, quam sancta catholica romana Ecclesia tenet ac profitetur, eique Ecclesiae ac supremo eius capiti Romano Pontifici debitam obedientiam spondere. Quamvis ergo puer, de quo quaeritur, nondum valeat speculativos parentum errores propria velut intelligentia introspicere ac penetrare, non licet tamen eum ignorare, sectam illam pravos errores profiteri ab Ecclesia damnatos, debetque omnino et illam sectam et eius errores eiurare ac detestari, seque catholicum romanum profiteri. Religiosi viri, qui missionibus navant operam, id sibi muneris datum esse existimare debent, ut oves, quae perierunt, ad ovile Christi adducant. Quis autem ad ovile Christi pertinere illos censeat, qui sectis adhaerent, quae ovile Christi insectantur, hostilemque animum instar luporum adversus Ecclesiam gerunt? Amplificatur Ecclesia illis aggregandis, qui eam ut matrem ac magistram agnoscunt, audiunt et colunt, nec ut suos agnoscit, qui datam sibi a Christo potestatem iuxta fidem ac praescriptum ipsiusmet Ecclesiae agnoscere ac vereri impie detrectant.

X. Utrum sub gravi teneantur missionibus addicti operam ac studium adhibere, ut idonei paresque fiant exeqnendis muneribus, de quibus

hactenos dictum est, ne perire sinant tot animas, quae ipsorum incuria et laboris impatientia damnantur.

R. Nullus hic ambigendi locus. Certum est apud omnes unumquemque teneri moralem quam potest diligentiam in eo ponere, ut aptus idoneusque suis muneribus obeundis reddatur. Quae obligatio eo gravior est, quo gravioris momenti sunt ipsa munera, quibus quisque fungitur. Ex quo patet, quam gravi se eulpa obstringeret ille minister cuius incuria et negligentia. quod Deus avertat, perire contingeret minimum quemque pusillorum, pro quibus Christus sanguinem suum fudit. Quocirca suum in primis studium in id conferre debent sacri ministri, ut ea doctrinae subsidia comparent, quae sibi necessaria sunt ad sua munera rite obeunda. Haec autem petere illos oportebit ex probatis auctoribus, iisque maxime, qui de rebus ad missiones pertinentibus pertractarunt, quos utpote satis notos haud opus est hoc loco nominarim percensere. In primis vero respicere nusquam desinant in decreta et rescripta Seclis Apostolicae inviolabili auctoritate comprobata, quam christifidelibus suis voluit esse ut omnis salutaris veritatis, sic omnis verae pietatis certissimam ducem ac magistram ». — Hyacinthus Gerdii episcopus Dibonen. Instr. S. C. de P. F. 17. Aug. 1727.

‹ S. C. scite animadvertit dubium de administratione baptismi parvulis recens natis ex haereticis progenitoribus falso niti principio, scilicet, quod eos domi tantum baptizare non liceat extra mortis periculum, bene .vero in ecclesia, si ad eam pro baptismi susceptione deferantur. Quoniam vero ex hac falsa persuasione periculum imminet graviter delinquendi, nedum adversus ecclesiasticam, sed etiam divinam legem, qua subiectum praescribitur cui non licet administrare baptismum; idcirco praesentem instructionem exarari iussit, praefato R. P. D. vic. ap. transmittendam, quatenus, eadem missionariis isthic degentibus communicata, singuli veram causam addiscant, propter quam pluries ab Apostolica Sede definitum est, non licere filiis, ex haereticis parentibus natis, baptismi sacramentum extra periculum mortis administrare, atque in posterum caveant a sollicitandis parentibus haereticis, ut filios suos ad ecclesiam baptismo initiandos adferant.

Prohibet quidem Ecclesia *Clementina unica, de Baptismo,* ne, articulo necessitatis excepto, *propter quam nequeat ad ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi,* domi baptizentur infantes, nisi sint magnorum principum filii: verum hac lege, qua locus indicitur administrandi baptismum, nihil statuitur de filiis ex haereticis parentibus natis, quos aliunde constat neque domi, neque in ecclesia, si bene valeant, posse a catholicis baptizari: scilicet cum divino ac naturali praecepto interdictum sit sancta dare canibus et proiicere margaritas ante porcos, atque inter catholicae religionis misteria maxime sancta sint ac utilia sacramenta, per quae merita Passionis D. N. I. C. communicantur, et omnis vera iustitia in nobis vel incipit, vel coepta augetur, vel amissa reparatur: non licet ista dare canibus, id est profanis, qui, cum primum per aetatem poterunt, ea contempturi sint, suoque vitio corrupturi. Atqui nemo non videt filios ex haereticis parentibus genitos, qui suorum genitorum curae ac educationi permittendi sunt, cum primum ad discretionis aetatem pervenerint, in qua suorum actuum compotes esse possint, paternis erroribus fore imbuendos, et fidem catholicam, quam per sponsores

in baptismo profiteri debent, sacrilege cinraturos, ad maiorem sui condemnationem et catholicae Ecclesiae in qua regenerati sunt graviorem contemptum. Ilac itaque de causa, non licet eos in infantili aetate, extra mortis periculum, baptizare, ct ministri catholici contra fidelis dispensatoris otbciuin peccant, qui eosdem ad suscipiendum baptismum admittunt.

Nullatenus ergo moveantur missionarii ad procurandum praedictis tiliis baptisma, quamvis futurum sit, ut hoc sacramento perpetuo careant, errore parentum quo illud minime necessarium arbitrantur ad aeternam salutem consequendam. Equidem nec illis prodesse potest baptismus apostatis a catholica fide, usu rationis accepto, mox futuris, nec sanctitas sacramenti patitur ut cum manifesto profanationis periculo eisdem conferatur. Instante vero mortis periculo, aut quolibet valetudinis vitio infecti praedicti parvuli, quo prudenter decessuri credantur antequam annos discretionis attingant, non modo licet, sed sollicite curare debent missionarii, ut sacramento baptismi tempestive regenerentur, non solum in ecclesia, sed etiam domi, si parentes obfirmata voluntate nolint eos ad ecclesiam deferri; tunc enim cessat proximum perversionis periculum, atque aeternae saluti infantis necessario remedio citra culpam, imo etiam cum merito ministri, prospicitur. Quotiescumque tamen in domibus haereticorum baptismum eorum infantibus, ut supra periclitantibus, administrari contingat, solemnitates omittant, quae ad sacramenti substantiam non pertinent; nam ecclesiastica regula cautum est ne coram haereticis, in eorum domibus, adhibeantur ». — Inst. S. 0.21. lan. 1767. A. S. S. V. 25. p. 252. seqq., C. 566.

An baptizari possint pueri, qui in potestate parentum infidelium relinquendi sunt, sed fundata subest spes, fore in religione catholica institui possint? — R. «Remittendum prudenti arbitrio et conscientiae missionariorum (audito, si fieri possit, praefecto apostolico), qui in expositis circumstantiis baptizare possint pueros a parentibus non baptizatis oblatos, dummodo in singulis casibus non praevideatur ullum adesse grave perversionis periculum, et dummodo non constet parentes ob superstitionem filios offerre baptizandos ». — S. 0.1867. C. 592.

« Pueri infidelium, aut haereticorum filii extra mortis periculum, etsi a parentibus oblati, non baptizentur, quando remanere debent in potestate parentum aut infidelium, aut haereticorum, nec erunt educandi in sanctitate fidei catholicae. S. 0. 26. Aug. 1885 ». — Synod. Dioeces. Albanens. an. 1886. P. 2. art. 2. n. 13.

« Licere parocho infantem coniugum, quorum alter fidem catholicam profitetur, baptizare de consensu alterutrius, etiamsi sciat alterum coniugem, videlicet haereticum, postea curaturum, ut infans baptizetur a ministro haeretico; sed coniux catholicus tenetur coniugem haereticum monere, filium iam esse legitime baptizatum ». — S. 0. 29. Nov. 1672.. C. 547. 557. 565.

« l.° An tuto admitti possit ad fidei catholicae professionem puella decem annorum in monasterio degens, eiusdem patre haeretico invito? 2.° An tuto admitti possint ad fidei catholicae professionem puellae in monasterio degentes, qnarum parentes haeretici consentientes sunt, imo spondent se easdem in matrimonium daturos catholicis viris, quamvis quoad se ipsos declarent haereticos se esse et tales permanere velle?

3.° An tuto admitti possint ad fidei catholicae professionem puellae, ut in praecedenti, quamvis ipsi (parentes) catholici non sunt, sed indifferentes, hoc est increduli?... 5.° An sine mora admittendae sint ad fidei catholicae professionem et sacramentorum susceptionem puellae in praesenti bene dispositae: vel earum admissio differenda erit usque ad matrimonium cnm catholico viro, propter timorem perversionis? 6.° Si differenda: an admittendae sint in monasterio, ut edoceantur catholicam fidem, vel expectandum usque ad tempus matrimonii cum catholico viro? — B. Ad 1.K“ Curet prius vicarius apost. totis viribus consensum patris pnellae obtinere: si consensus non obtineatur, perpendat serio incommoda, quae ex talis puellae admissione in Ecclesiam provenire praevideantur, tum quoad periculum proximum perversionis eiusdem puellae, tum quoad grave damnum scholae ac missionis catholicae: et quatenus nulla aut spernenda incommoda praevideantur, eamdem admittat sine mora: quatenus vero gravia praevideantur incommoda futura, eiusdem admissionem ad formalem et publicam professionem fidei catholicae differat, nisi periculum mortis immineat: et interim curet eam hortari ut in bono proposito perseveret, atqne Deum procetur, ut obstacula omnia auferre dignetur; simulque curet, ut ipsa in monasterio manere pergat; et tali modo suam educationem catholicam compleat et perficiat. Ad 2.nm et3."“ Affirmative: curent ut parentes stent promissis. Ad 5.nn‘ et 6.nm Provisum per responsiones ad 1."“ 2. et 3.n“; et si ulteriores difficultates exurgant. R. P. D. vicarius apostolicus recurrat in singulis casibus ». — S. I. *C. 21.* Iui. 1880., C. 1693. 1695.

ll u'!f

465. — *De dubie baptizatis*

« Generatim loquendo, ut christiani habendi sunt ii, de quibus dubitatur, an valide baptizati fuerint. — Censendum est validum baptisma in ordine ad validitatem matrimonii ». — S. O. 9. Sept. 1868.

Negativa dubia non admittuntur, adeoque baptismus iterari non potest. — S. C. de P. F. 30. Sept. 1848., C. 652.

« In indicando an iterandus sit baptismus sub conditionata forma, nec nimia difficultate, nec nimia utendum facilitate est ». — Instr. S. C. de P. F. 23. lunii 1830.

466. — *De baptismo infantium expositarum*

«...lam vero baptismati comprobando unius sufficere testimonium, vetus iurisperitornm axioma est, ut videtur in Glossa, cap. *Nuper,* ad verbum AT?s? *iuratus, de Testibus et attestationibus: Quandoque tamen bene creditur uni, quando non sit praeiudicium alicui: puta utrum aliquis sit baptizatus, vel utrum esset ecclesia consecrata, et ubi, quis vult probare se egisse poenitentiam per confessorem suum.* Et in can. *Placuit.* in verbo *Testentur, de Consecrat.,* dist. 4.: *Creditur ergo testimonio unius m baptismo et in consecratione ecclesiae.* Hoc tamen intelligendum est, dummodo testi, aut mari aut feminae, fides adhiberi prudenter possit, aut idem si testatur qui baptiza vit: hic siquidem se ipsum asserens baptismum hebraeo infantulo ministrasse, non rem modo a se gestam, sed etiam poena dignissimam suo ipse testimonio confirmaret. In S. Spiritus xenodochium proiectorum perfugium feruntur non raro infantes chartam collo suspensam prae se ferentes, in qua scriptum legitur iam baptismum

eidem collatum esse. Cum adhuc in minoribus a secretis S. C. Concilii numere fungebamur, S. Spiritus parochus interrogavit, quid sibi agendum esset in huinsmodi casibus? Proposita quaestio fuit in Congregatione, die 18. Decembris 1723. ut declarat *Thesaurus resol.* torn. 2., pag. 412.; die autem 15. Januarii 1721. ita rescriptum fuit: Si non lateret (pii chartulam scripserat, cidemque tides tuto praestari posset, tunc infantem ut baptizatum habendum esse, ac ne baptismo quidem initiandum *sub conditione.* ut aperte liquet in toni. 3. praefati Thesauri, pag. 2. ».— Benedictus XIV. C. *Postremo mense.* 28. Febr. 1747.

‹ Si testimonium (de baptismo collato) sit ab homine incerto, in re adeo gravi ignoto testimonio deferri non potest: quare tunc rebaptizandus est infans sub conditione, etiamsi schedulam de suscepto baptismate a collo suspensam ferat, ut pro expositis utitur in locis quibusdam ». — 8. C. 5. lan. 1724.

467. — *De baptizatis a catechistis in locis missionum*

*... *G-eneratim* ac *sine delectu,* cum adiunctione etiam seu conditione, quemlibet rebaptizandum non esse... illis tantum permitti baptismum conditionate administrari, de quibus, diligenti praemissa perquisitione, grave ac rationabile iuris factive dubium relinquantur, an sacramentum alias rite susceperint. Qua de re eis proderit prae oculis habere tradita a Benedicto XIV. in suis Instit. 84. in *Synodo dioe.,* praecipue lib. VII. cap. VI. Licet vero a diligenti eiusmodi praevia inquisitione vix forte unquam abstinendum esse absque periculo iniuriae sacramenti, perfacile appareat; mature tamen perpensis libratisque omnibus, quae in supradicta epistola ab operario Boyer adnotantur, et A. T. testimonio firmantur, de quibusdam locis vicariatus istius, attenta catechistarum ac fidelium qualitate, ita ut perquisitio, aut examen ad validam invalidamve baptismi collationem dignoscendam, arguendamve, aut omnino institui nequeant, aut nulliter et sine ulla dubii illustratione certo fieret, S. eadem C., iis in adiunctis et iuxta exposita, durantibusque circumstantiis absque aliis, ut in tuto salus animarum ponatur, baptismum addita conditione administrari posse declaravit ». — S. C. de P. F. 8. Sept. 1869.

468. — *De baptizatis ab haereticis*

«1.An- baptizati ab haereticis promiscue sint sub conditione baptizandi.— 2. An saltem illi, quos non constat in particulari valide baptizatos fuisse. — R. Ad 1."ⁿ⁽ et 2.um Detur responsum latum a S. C. Concilii sub die 27. Martii 1683. nempe *non esse rebaptizandos, nisi adsit dubium probabile de invaliditate baptismi ».* — S. C. S. 0. 6. Aprilis 1859. Ep. Harlemen.

« Utrum conferri debeat baptismus sub conditione haereticis, qui ad catholicam fidem convertuntur ex quocumque loco proveniant, et ad quamcumquc sectam pertineant. — R. Negative; sed in conversione haereticorum a quocumque loco, vel a quacumque secta venerint, inquirendum est de validitate baptismi, in haeresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si compertum fuerit, aut nullum, aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute; si autem pro temporum aut locorum ratione, investigatione peracta, nihil sive pro validitate,

sive pro invaliditate detegatur. ant adime probabile dubin in do baptismi validitate supersit, rune sub conditione secreto baptizentur; demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abiurationen et professionem fidei ». — S. 1. C. 21. Feb. 1883., 20. Nov. 1878. S. C. de P. F. 23. Inn. 1830. ‹ Triplex igitur in conciliandis haereticis distinguitur procedendi methodus: 1. si baptismus absolute conferatur, nulla sequitur abiuratio, seu absolutio, eo quod omnia abluit sacramentum regenerationis; 2. si baptismus sit sub conditione iterandus, hoc ordine procedendum erit: *a)* Abiuratio seu fidei professio, *b)* baptismus conditionatus, *c)* confessio sacramentalis enm absolutione conditionata; 3. quando denique validum indicatum fuerit baptisma, sola recipitur abiuratio seu fidei professio, quam absolutio a censuris sequitur ». — Instr. S. C. I. 20. Ini. 1859. Collectam S. C. de P. F. n. 642. seqq. 1689.

« Quoad abiurationem vero standum est Albidi regulae, scilicet quod si agatur de adolescentibus, qui annum 14. attigerint, sola professio fidei catholicae ab iis exigenda est antequam admittantur ad sacramenta; si vero agatur de iis qui 14. aetatis annum excesserint, formalis sectae abiuratio, cui pertinuerint est exigenda ». — Instr. S. I. C. 20 Nov. 1878.

471.472.— *De operatione caesarea. mortua matre*

‹ ... Illud potius rationi absonum, atque ab omni pietate remotum pro inani quadam integritate pudoreque servando defuncta genitrici, viventem natum aeternae morti addicere. Certe non modestia, non virtus, unde tantum profluit malum. Haec autem fetus extractio de praegnantis defunctaeque alvo matris quamvis patefacienda, ut dicimus, ac persuadenda sit, expresse tarnen cavet, prohibetque Sanctitas Sua, ne missionarii in casibus particularibus se ingerant iu demandanda sectione, multoque minus in ea peragenda. Sat proinde missionariis fuerit illius notitiam edidisse, curasseque ut ius perficiendae rationem addiscant, qui chirurgicis intendunt, laici homines, tum vero cum casus tulerit, eiusdem praxim ipsorum oneri ac muneri reliquisse ». — S. C. S. O. 15. Febr. 1760.

DE CONFIRMATIONE

473.*— *Concilium Tridentinum de Confirmatione S. 7.*

* *Can. 1.* Si quis dixerit, confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, et non potius verum et proprium sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim (piandam, qua adolescentiae proximi fidei suae rationem coram Ecclesia exponebant: A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, iniurios esse Spiritui Sancto eos, qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt: A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, sanctae confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem; A. S. ».

475. 476. — *De materia et forma confirmationis*

‹ Confirmationem ab episcopo factam, id est impositionem manuum, sanctam et venerande esse accipiendam censemus ». — Professio fidei Waldens, praescripta.

« Aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt,chrismando renatos». —Conf.fid.Mich. Palaeol.

« Dum quidam missionarins (Induito Apostolico confirmandi munitus) in eo erat ut confirmationis sacramentum pluribus eliristianis administraret. territus est a gentilibus, in atrio adstantibus. Omissa proinde prima manuum impositione, lectaque praepropere oratione *Omnipotens* usque ad verba *de coelis,* et neglecta commemoratione septem donorum, protulit formam: *Signo te,* etc. Quaeritur an, attenta Enc. Benedicti XIV. A'.r *quo primum,* et scandalo quod oriretur, si sub conditione illi Christiani iterum confirmarentur, tuta conscientia possint relinqui in bona tide? — R. Non esse repetendam confirmationem sub conditione ». — S. C. de P. F. 6. Aug. 1840.

* Cum ex accidentali casu omissae fuerint caeremoniae finalis benedictionis in confirmatione, peracta tamen manuum impositione et unctione, dubium ab episcopo propositum est: An pueri, de quibus agitur, sint valide confirmati? — R. Affirmative ». — S. C. S. 0. 22. lun. 1892.

479. — *De benedictione chrismatis* — Cf. n. 304.

484. — *De ministro confirmationis*

« De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Haec autem pontificibus solis deberi ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et illa lectio Actuum Apostolorum, quae asserit Petrum et loannem esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteris seu extra episcopum, seu praesente episcopo, cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet: sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum Sanctum Paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar quam ad consultationem respondere ». — Innoc. I. Epist. 25. ad Decentium Eugubinum c. 3.

« 28. Confirmatio iuvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio reservatur Papae et episcopis propter cupiditatem lucri temporalis et honoris ». — Pr. Io. Wikléff. d. a Cone. Const.

« An abbati nullius SSmae Trinitatis Cavensis competat ius confirmandi alienos subditos in aliena dioecesi ex episcoporum consensu in casu. — R. Negative ». — S. C. C. 11. Dec. 1897.

De validitate confirmationis a presbyteris schismaticis et catholicis orientalibus collatae

« 1. Se qualcuno degli scimatici ritornasse all'unità della Chiesa, e non avendo con chi potere esercitarsi nel rito greco, abbracciasse il rito latino (s'intende essendo semplice laico e non sacerdote) pu<> il veseovo di rito latino confermarlo *sub conditione?* — 2. Se i figli cattolici battezzati scismatici possa il veseovo loro latino riconfermarli *sub conditione?*

K. Ad 1."m et 2.,m Non expedire quod confirmati a sacerdotibus schismaticis denuo liniantur post reditum ad unitatem; et ad mentem:

La mente è che nei casi particolari s'informi il veseovo dei luogo preciso ove i convertit! furono cresimati. Che se fosse in Bulgaria od in

Cipro, in Italia o nell'isole adiacenti, o presso i maroniti lihancsi, o in *ultra luogo ove* espressamcnte sia revocata tai facoltn, debba riconfcrmarli *absolute.* Se in Valachia e Moldavia. nelFAsia o in altri luoghi, in cni non fn espressamente rivocata, *acquiescat.* Che se si dubitasse del hiogo. del modo, ‹» di ultra ragiouevole cireostanza, *recurrat in casibus particularibus,* et consulat Benedict. XIV., de Syn. dioee., lib. 7., c. 7., et seqq. Sedulo autem curet idem episcopus vicarius apostulions admonere catholicos sibi subditos licitum ipsis non esse extra casum extremae necessitatis petere pro tiliis suis baptismum a schismaticis vel haereticis ›. — S. C. S. O. 3. Iui. 1853.

‹ Xella fena IV, 6 corrente, è stato proso ad csame il dnbbio elevato da Monsig. patriarea di Gerusalemmc intorno al valore delle crcsime che dai preti scismatiei si conferiscono ai neo-convcrtiti dalle scisma alia religione cattolica simultaneamente al battesimo che reiterano sacrilegamente, cioè. se la cresima amministrata nolle condizioni espresso dal prelodato Monsignor patriarca debba considerarsi come valida, oppnre se il fanciullo debba o possa almeno essere nuovamente eonfennato *sub conditione.* Questi Emi inquisitori generali dopo matura considerazione hanno giudicato di rispondere: Iuxta exposita non expedire, ut confirmati, de quibus in casu iterum ab episcopo inungantur, nisi ad tonsuram et Ordines promovendi sint, vel ipsi, vel eorum parentes id petant: quo in casu confirmationis sacramentum secreto conferatur, et sub conditione ». — S. C. S. O. 16. Mart. 1872.

‹ In hoc patriarchatu latino semper validum habitum fuit sacramentum confirmationis collatum a sacerdotibus schismaticis Palaestinae infantibus immediate post baptismum: et ideo sic confirmati, si ad catholicam fidem convertuntur, non amplius confirmantur. Nunc aliquando evenit, ut infantes, quorum pater catholicus est et mater schismatica, postquam baptizati fuerint ritu latino, clanculum a matre ad sacerdotem schismaticum aderantur, a quo rebaptizantur et confirmantur. Insuper etiam aliquando evenit ut parentes neo catholici, quorum filii a sacerdote ritus latini baptizati fuerant, ad schisma revertantur, in eoque denuo baptizandos filios ad sacerdotem schismaticum offerant qui eos rebaptizat et confirmat, postea vero poenitentes iterum cum filiis suis sic rebaptizatis et continuatis ad fidem catholicam convertantur. Quaeritur igitur utrum sacramentum confirmationis sic collatum infantibus immediate post sacrilegam eorum rebaptizationem sit validum.

R. Non expedire ut confirmati de quibus in casu, iterum ab' episcopo inungantur, nisi ad tonsuram et ordines promovendi sint, vel ipsi aut eorum parentes id petant, ac nisi, facta inquisitione circa modum collationis confirmationis, reperiatur pennicillum adbibitum fuisse, quibus in casibus confirmationis sacramentum secreto conferatur et sub conditione ». — S. C. S. 0.14. lan. 1885. Patr. lerosolym.

‹ 1. Se i sacerdoti orientali autorizzati ad amministrare il battesimo ai bambini di ritu latino possano contemporaneamente amministrare loro anche la cresima. — 2. Qualora un sacerdote orientale abbia amministrato ad un bambino latino battesimo e cresima contemporaneamente, deve la cresima reiterarsi *absolute* o *conditionate.* o non reiterarsi. — 3. Ove si dubiti del fatto, se eioè un bambino latino battezzato da sacerdote orientale, sia stato dal medesimo anche cresimato, deve starsi

alia presunzionc atfermativa, o si deve reiterare la cresima sotto condizione.

IL Negative, et. ad mentem. Mens est quod cum saepe et gravissime id a S. Sede vetitum sit, moneantur episcopi orientales ut et ipsi sacerdotes suos ab huiusmodi administratione omnino prohibita deterreant. Ad 2."m Detur decretum supremae Inquisitionis diei 14. Januarii 1885.— Cf. praecedentem Resolutionem. - Ad 3."',' Recurrant in casibus particularibus, expositis omnibus ad rem facientibus ». — S. C. de P. F. 5. lui. 1886.

485. *Simplex sacerdos sacramentum confirmationis ex S. Sedis Apostolicae delegatione, administrans*

« Referenti* Secretario, nonnullos missionum superiores, aliosque, quibus ab Apostoliea Sede extraordinaria sacramentum, confirmationis administrandi facultas conceditur, in illius administratione usos quandoque esse vestibus ac ornamentis episcopalibus: EE. PP. declararunt, ac vigore praesentis Decreti declarant, nemini prorsus charactere episcopali non insignito, vel cui alias usus Pontificalium ex vero legitimoque privilegio non competit, licuisse, vel licere in collatione chrismatis adhibere rochettum, mitram, baculum, pastorale, annulum, vel crucem pectoralem; statueruntque supplicandum esse Sanctissimo pro approbatione huius declarationis, necnon efibrmandam Instructionem pro simplicibus sacerdotibus confirmationem, ut supra, administrantibus. — Sanctitas Sua benigne approbavit, et ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari mandavit ». — S. C. de P. F. 21. Mart. 1774.

4. — *Instructio pro simplici sacerdote sacramentum confirmationis ex Sedis Apostolicae delegatione administrante*

«...Sacerdos igitur, cui facultas haec fuerit concessa, in primis curet apud se habere chrisma, per catholicum antistitem cum eadem S. Sede communionem habentem confectum, ac sciat, sibi nunquam licere sine eo confirmationem administrare, vel illud ab episcopis haereticis aut schismaticis recipere.

Animadvertat insuper, num in facultate sibi ab Apostoliea Sede impertita alia etiam facultas expressa legatur, utendi scilicet chrismate ante annum benedicto, alias eo non utatur, nisi forte in casibus necessitatis, cum a sacris canonibus id prohibitum sit.

Licet omni tempore administrari valeat confirmatio, congruum tamen est, ut praecipue, in hebdomada Pentecostes, et circa horam tertiam, in qua Spiritus Sanctus illapsus est Apostolis, conferatur.

Quo ad aetatem confirmandorum attinet, prae oculis habendum est cathechismi romani monitum in haec verba: *Illud observandum est, omnibus quidem post baptismum confirmationis sacramentum posse administrari, sed minus tamen expedite hoc fieri, antequam pueri usum rationis habuerint. Quare si duodecimus annus non exspectandus videatur, usque ad septimum certe hoc sacramentum differre maxime convenit.* Quod sane monitum in pueris benevalentibus locum habet. Nam, si agatur de eo, qui gravi morbo laboret, ex quo decessurus praevideatur, non solum prohibitum non est illi ante septennium, sacrum chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hac vita demigrans maiorem gloriam, iuxta

S. Thomae doctrinam in coelis consequatur. Aliae insuper, iuxta probatam plurium theologorum sententiam, esse possunt legitimae causae antevertendi septennium in collatione huius sacramenti, et praesertim, cum praevidetur lutura diutina absentia episcopi, vel presbyteri, cui, ut supra, tacta sit facultas illud administrandi, vel alia urget necessitas.

Ut confirmandi, qui usum rationis habent, digne hoc sacramentum recipiant, debent esse in gratia, et ideo conveniens valde est, ut illius susceptioni praemittant .saeranientalem confessionem. Si enim conscii alienius peccati lethalis, quod absit, ad confirmationem accederent, nou solum huius sacramenti gratiam non reciperent, sed gravissimo sacrilegio se illigarent.

Iuxta veterem Ecclesiae usum, confirmandi deberent esse ieiuni, optandumque propterea esset, ut ipsum in praesentia etiam servaretur.

Sacro chrismate liniendi ante diligenter erudiendi sunt iuxta doctrinas Catechismi Romani de natura, dignitate, effectibus, ac dispositionibus ad digne sacramentum huiusmodi recipiendum pracrequisitis. Item oportet, ut instruantur circa fidei rudimenta, decalogi, et Ecclesia praecepta, actus virtutum theologalium, ac orationem dominicam, et apostolorum symbolum memoria teneant.

Ceterum missionarii non omittant populos sibi creditos etiam hortari, ut confirmationem debito tempore recipiant, nec non ut parentes filios suos confirmari curent; etsi enim hoc sacramentum non sit de necessitate medii ad salutem, tamen sine gravis peccati reatu respui non potest, ac negligi, cum illud suscipiendi opportuna adest occasio. Porro haec doctrina, si pro omnibus, qui sunt undique, christifidelibus vera est, multo magis locum habet in illis, qui in terris degunt haereticorum vel paganorum, in quibns quandoque adversus catholicos persecutiones ingruunt; unde opus est, ut septiformis Spiritus virtute roborentur, qua non solnm corde credant ad iustitiam, sed etiam ore confessionem faciant ad salutem, seque paratos exhibeant pro Christo etiam sanguinem fundere.

Cum hoc sacramentum indelebilem in anima characterem imprimat, reiterari non debet, et propterea qui est confirmatus ad illud recipiendum non audeat accedere, sienti excommunicatus, interdictus, divinis communicans cum haereticis, aut schismaticis, vel qui ritus idolatricos usurpat, sive alio modo publice peccat; item qui praeceptum paschale non adimpleverit.

Caveant confirmandi ne sordida fronte, capillisque impexis ad hoc sacramentum accedant, vestibus tamen sint induti, quemadmodum et patrini, simplicibus et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud susceptnrae, et quae matrinarum officium exercebunt, non se in Ecclesia cum vanis ornamentis, aut fucata facie, sed cum omni modestia et reverentia praesentem.

Si quis ex confirmandis turpe nomen, vel ebristiano homini non conveniens, haberet, aliud in confirmatione assumat.

Quamquam de necessitate huius sacramenti non sit, ut in eo recipiendo patrinus, vel matrina adhibeatur, id tamen laudabilis Ecclesiae consuetudo suadet, sacrique canones praescribunt.

Ab hoc vero munere excluduntur tum minores annis quatuordecim. tum qui sacramentum confirmationis nondum receperunt. Verum quia con-

tingere potest ut in locis missionum nullus adsit, qui antea confirmatus fuerit, permittitur in hoc casu, ut aliqui sine Patrino confirmentur, qui postea Patrini ceterorum esse poterunt.

Ad Patrinos huiusmodi quod attinet, hae insuper regulae erunt observandae: I. Ut non plures, sed unus tantum, sive vir, sive mulier, in patrimnn, aut matrinam adhibeatur. II. Ut nec foeminis mares, nec maribus foeminae Patrini officium praestent, sed suo quisque sexui Patrinus adhibeatur. III. Ut nisi necessitas cogat, idem non sit, sed diversus continuationis patrinus a patrino baptismi. IV. Ut a Patrini munere arceantur exconimunicati, interdicti, publici peccatores, aut qui praeceptum paschale omiserunt.

Circa cognationem spiritualem, quae in hoc sacramento contrahitur, haec statuit Tridendina Synodus: *Ea quoque cognatio, quae ex confirmatione contrahitur, confirmantem, et confirmatum, üliusque patrem, et matrem, ac tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimenti omnino sublatis.*

Quod quidem concilii decretum locum habet in iis, qui ad Tridentini statuta servanda adstringuntur. Ceteri vero disciplinae in suis regionibus vigenti hac in parte se conforment.

Cum tempus advenerit, quo sacerdos utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut supra, tributa, administrare confirmationem intendit, vestibus sacerdotalibus, vel saltem alba et stola indutus, stans ante altare versus ad populum hinc inde dispositum (masculis a dexteris, foeminis vero a sinistris) circumstantes summarie de praemissis admoneat, eisque praesertim denunciet, quod nullus alius nisi solus episcopus confirmationis ordinarius minister est; se vero paratum esse illam conferre iure per S. Sedem delegato.

Mox delegationis decreto, sive brevi apostolico lingua vernacula, alta et intelligibili voce lecto, iterum moneat adstantes, quod nullus confirmatus discedat, nisi benedictione aceepta, quam ipse post omnium confirmationem daturus est. Item, quod infantes, si quos in prima aetate insta de causa confirmandos existimaverit, per patrinos teneantur in brachiis dexteris, et quod adulti ponant pedem suum super pedem dexterum patrini sui.

Hac altera monitione completa, pariter stans, et versa facie ad confirmandos, innetis ante pectus manibus, confirmandis vero genua flectentibus, et manu ante pectus iunctas tenentibus, dicit, etc ». — S.' C. de P. F. 4. Maii 1774., G. n. 666.

Monitio extraordinarii ministri omissa

« De confirmatione a presbytero ex apostolico induito collata,quamvis, ut narras, omissa quandoque fuerit monitio de ministro huiusce sacramenti, et de facultate extraordinaria presbytero administranti elargita, iuxta instructionem S. C., nihilominus validum fuit sacramentum. Moneas tamen missionaries ceteroquin oportet servandam omnino esse instructionem de qua sermo ». — S. C. de P. F. 11. Sept. 1841.

489. — *De puerorum confirmatione*

« Simultanea collatio baptismi et confirmationis in pueris admittenda non est. nisi forte in mortis periculo iuxta praxim ». — S. C. de P. F. 21. Mart. 1851., C. nn. 668. 673. 680.-683.

«Neminem confirmandum, nisi saltem septimum attigerit suae aetatis annum; neque ab hae latinae Ecclesiae praxi recedendum, nisi ob causas omnino graves, e. g., si infantes periculose decumbant, aut ob distantiam locorum, amissa praesente occasione, aliam vix essent habituri ». — S. C. II. Dec. 1850.

‹ Cum longe minor aetas pro admittendis ad sacramentum continuationis requiratur, quam pro admittendis ad primam communionem, ceu tradit catecbismus romanus, de Confirm, n. 18. et docet Benedictus XIV. de Syn. dioec. lib. 7. eap. 10. n. 2. 3.. reformari tibi proponitur iuxta allatam doctrinam articulus 22. p. 19. in Actis Synodalibus) ita ut prius locus sit confirmationi conferendae postea vero, opportuno tempore primae communioni suppeditandae ». — S. C. C. 19. Nov. 1854. ad ep. S. Dionys.

Consuetudo probatur confirmandi pueros ante primam communionem.

« *Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.* Abrogata, quae toto fere saeculo inoleverat, consuetudine, visum tibi est in mores dioecesis tuae inducere ut pueri, antequam divino Eucharistiae epulo reficiantur, Christianum confirmationis sacramentum, almo inuncti chrismate, suscipiant. Quod utrum nobis probetur significari tibi desiderasti: placuit autem de re tam praecipua, medio nemine, ad te praescribere et qua simus mente aperire.

Propositum igitur tuum laudamus cum maxime. Quae enim ratio istic aliisque in locis invaluerat, ea nec cum veteri congruebat constantique Ecclesiae instituto, nec cum fidelium utilitatibus. Insunt namque puerorum animis elementa cupidinum, quae, nisi maturrime eradantur, invalescunt sensim, imperitos rerum pelliciunt atque in praeceps trahunt. Quamobrem opus habent fideles, vel a teneris, *indui virtute ex alto,* quam sacramentum confirmationis gignere notum est; in quo, ut probe notat angelicus doctor, Spiritus Sanctus datur ad robur spiritualis pugnae et promovetur homo spiritualiter in aetatem perfectam. Porro sic-confirmati adolescentuli ad capienda praecepta molliores fiunt, suscipiendaeque postmodern Eucharistiae aptiores, atque ex suscepta uberiora capiunt emolumenta. Quare quae a te sapienter sunt constituta optamus ut fideliter perpetuoque serventur. Ut autem de tuo studio, in commissi gregis utilitatibus procurandis, benevolentiae nostrae testimonium habeas, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis fratrer, universaeque dioecesi tuae amantissime in Domino impertimus.

Datum Hornae apud S. Petrum, die XXII. lunii. anno MDCCCXCVII. Pontificatus Nostris vicesimo. — LÉO XIII. ›

490. — *De confirmationis obligatione*

‹ 19. Item utrum credat, quod Christianus contemnens susceptionem sacramentorum confirmationis, vel extremae unctionis, aut solemnizationis' matrimonii, peccet mortaliter ». — Artt. de quibus errorum Wikleff etHuss suspecti ex mandato Martini V. B. *Inter cunctas* interrogandi sunt.

492.— *De dispositionibus praerequisitis ad confirmationem et extremam unctionem*

«Utrum danda sit confirmatio et extrema unctio illis neophvtis, qui in articulo mortis baptizati omnino rudes sunt, et vi morbi defati-

gati instrui nequeunt? — R. Nec conferendum sacramentum confirmationis, nec extremae unctionis illis neophytis moribundis, quos rnissionarius capaces baptismi credidit, nisi saltem habeant aliquam intentionem percipiendi confirmationem ad robur animae suae adiieendum, et recipiendi sacram unctionem in beneficium animae pro mortis tempore ordinatam ». — S. C. I. 10. Apr. 1861.

-194. — *De caeremoniis confirmationis*

Confirmatio administrari potest sine mitra ct pluviali « cum gravi et urgente causa ». — S. C. de P. F. 22. Mart. 1669. — « Adstante causa posse privatim confirmare absque mitra ct baculo pastorali, adhibita stola ». — S. O. 12. Febr. 1851.

‹ In administrando confirmationis sacramento debetne ab episcopo simul et ab adstantibus recitari *Credo, Pater* et *Ave:* vel sufficit ut episcopus patrinos moneat de obligatione docendi confirmatos eas preces, uti praescribitur in pontificali romano? — R. Consuetudinem ea recitandi, utpote laudabilem, servandam ». — S. R. C. 13. Iui. 1883. — *Conversance.*

« Nous ne faisons point usage de bandelette. Il serait très difficile, pour ne pas dire impossible, de s'en procurer. Nous nous contentons d'essuyer le front avec un linge ou avec du coton. — R. « Si, ut dicitur, vittae comparari difficillime possunt, tolerandam praxim de qua hic agitur ». — S. C. S. 0. 11. Dee. 1850. Vic. Ap. Sandwic.

De patrino.

« Nullus non confirmatus potest esse in confirmatione patrimis, et si fuerit non contrahit cognationem spiritualem. S. C. C. 16. lun. 1654. ». — Synod, dioeces. Albanens. au. 1886. P. 2. art. 3. n. 8.

« Verum, quia contingere potest ut in locis missionum nullus adsit qui antea confirmatus fuerit, permittitur in hoc casu, ut aliqui sine patrino confirmentur, qui postea patrini caeterorum esse poterunt ». — Instr. S. C. de P. F. 4. Maii 1774.

« Utrum in administratione sacramenti confirmationis episcopus possit, sicut in Policastrensi dioecesi decessor facere consueverat, ministri et patrini partes uno eodemque tempore sustinere, dextera scilicet manu confirmandi frontem sacro chrismate signare ut minister, ac sinistra confirmandum ipsum tenere ut patrimis? — R. Episcopus confirmans in casu officium patrini gerat per procuratorem ». — S. R. C. 14. lun. 1873. *Policestren.* C. n. 691.

An idem esse possit patrimis, qui levet infantem a sacro fonte et eundem suscipiat in sacramento confirmationis? — R. Negative, nisi tamen necessitas cogat. Cap. 100. dist. 4. de Consecr., A. S. S. V. 16. p. 537. seqq. Res tamen levis, si quis aliter agat. S. Alph. 1. 6. n. 187.

‹ Non esse probandum usum, ut vir unus pro maribus et una mulier pro feminis ab episcopo vel parocho deputetur omnibus ad patrini matrinaeve munus obeundum : sed tolerandum in casu necessitatis ab episcopo indicandae, ad formam pontificalis romani ». — S. C. C. 14. lun., 12. Ini. 1823.

‹ 1." Cum in rubricis de sacramento confirmationis dicatur: *Adulti seu alii maiores ponant pedem suum super pedem dexteram patrini sui,*

quaeritur, an sufficiat si patrimis ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi? 2/ An confirmandus, tempore confirmationis, quando episcopus dicit: A'., *signo te signo Crucis,* etc., praeter nomen suum baptismale, possit aliud nomen Sancti sibi imponi curare? — Ad 1,-Sufficere. Ad 2."“ Posse ». — S. Ii. C. 20. Sept. 1749. *Jaurinen.*

DE EUCHARISTIA

495. — *Concilium Tridentinuni de Eucharistia, S. 13.*

« *Cap. 1. De reali praesentia D.* A'. *lesu Christi in SS. Eucharistia sacramento.* — Principio docet sancta Synodus et aperte ac simpliciter profitetur, in almo sanctae Eucharistiae sacramento, post panis et vini consecrationem, Dominum nostrum lesum Christum, verum Deum atque hominem, vere, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rernm sensibilium contineri, nec enim haec inter se pugnant, ut ipse Salvator noster semper ad dextram Patris in caelis assideat, iuxta modum existendi naturalem; et ut multis nihilominus aliis in locis sacramcntaliter praesens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, et constantissime credere debemus: ita enim maiores nostri omnes, quotquot in vora Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt, hoc tam admirabile sacramentum in ultima coena Redemptorem nostrum instituisse; cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius corpus illis praebere, ac suum sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est: quae verba a sanctis Evangelistis commemorata, et a D. Paulo postea repetita, cum propriam illam et apertissimam significationem prae se ferant, secundum quam a patribus intellecta sunt; indignissimum sane flagitium est, ea a quibusdam contentiosis et pravis hominibus ad fietitios et imaginarios tropos, quibus veritas carnis et sanguinis Christi negatur, contra universum Ecclesiae sensum detorqueri: quae tanquam columna et firmamentum veritatis, haec ab impiis hominibus excogitata commenta, vehit satanica, detestata est. grato semper et memore animo praestantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

Cap. 2. De ratione institutionis sanctissimi huius sacramenti. — Ergo Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum; et in illius sumptione colere nos sui memoriam praecepit: suamque annuneiare mortem, donec ipse ad indicandum mundum veniat. Sumi autem voluit sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur et confortentur viventes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, et ipse vivet propter me= et tanquam antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus praeservemur. Pignus praeterea id esse voluit futurae nostrae gloriae, et perpetuae felicitatis, adeoque symbolum unius illius corporis, cuius ipse caput existit, cuique nos, tanquam membra, arctissima fidei, spei et charitatis connexione adstrictos esse voluit: ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata.

Cap. ❚›. De excellentia sanctissimae eucharistiae super reliqua sacramenta.· - Commune hoc quidem est sanctissimae eucharistiae cum cacteris sacramentis, symbolum esse rei sacrae, ct invisibilis gratiae formam visibilem: verum illud in ea excellens ct singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur: ct in eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est: nondum enim eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cum vere tamen ipse affirmaret, corpus suum esse, quod praebebat, et semper haec tides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus verumque eius sanguinem sub panis et vini specie una cum ipsius anima et divinitate existere; sed corpus quidem sub specie panis, et sanguinem sub vini specie ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, et sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque vi naturalis illius connexionis et concomitantiae, qua partes Christi Domini, qui iam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: Divinitatem porro propter admirabilem illam eius cum corpore et anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est, tantundem sub alterutra specie atque sub utraque contineri, totus enim et integer Christus, sub panis specie; et sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, et sub eius partibus existit.

Cap, 4. De iranssubstantiatione. — Quoniam autem Christus redemtor noster, corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit: ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta haec Synodus declarat, per consecrationem panis et vini conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, et totius substantiae vini in substantiam sanguinis eius, quae conversio convenienter et proprie a sancta catholica ecclesia transsubstantiatio est appellata.

Cap. 5. De cultu ct veneratione huic sanctissimo sacramento exhibenda. — Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles pro more in catholica ecclesia semper recepto, latriae cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, nt sumatur, institutum; nam illum eundem Deum praesentem in eo adesse credimus, quem Pater aeternus introducens in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem magi procidentes adoraverunt: quem denique in Galilea ab Apostolis adoratum fuisse, scriptura testatur. Declarat praeterea sancta Synodus, pie et religiose admodum in Dei ecclesiam inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam et festo die praecelsum hoc et venerabile sacramentum singulari veneratione ac soleinnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter et honorifice illud per vias et loca publica circumferretur. Aequissimus est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cum christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos et memores testentur animos erga communem Dominum et Redemptorem pro tam ineffabili et plane divino beneficio, quo mortis eius victoria et triumphus repraesentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio et haeresi triumphum agere: ut eius adversarii in conspectu tanti splendoris, et in tanta universae Ecclesiae laetitia positi, vel debilitati et fracti tabescant, vel pudore affecti et confusi aliquando resipiscant.

Cap. 6. De assenaudo sacrae eucharistia sacramento, et ad infirmos deferendo. — Consuetudo asservandi in sacrario sanctam eucharistiam adeo antiqua est, ut eam saeculum etiam Xicaeni Concilii agnoverit. Porro deferri ipsam sacram eucharistiam ad infirmos, et hunc usum diligenter in ecclesiis conservari, praeterquam quod eum summa aequitate et ratione coniuetum est,- tum multis in Conciliis praeceptum invenitur, et vetustissimo catholicae ecclesiae more est observatum. Quare sancta haec Synodus retinendum omnino salutarem hunc et necessarium morem statuit.

Cap. 7. De praeparatione, quae adhibenda est. ut digne quis sacram eucharistiam percipiat. — Si non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere, nisi sancte: certe, quo magis sanctitas et divinitas coelestis huius sacramenti viro christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia et sanctitate ad id percipiendum accedat, praesertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: Qui manducat et bibit indigne, indicium sibi manducat et bibit, non diindicans corpus Domini. Quare communicare volenti revocandum est in memoriam eius praeceptum: Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, haec sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris: quod si, necessitate urgente, sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.

Cap. 8. De usu admirabilis huius sacramenti. — Quoad usum autem, recte et sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum sacramentum accipiendi distinxerunt; quosdam enim docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere, ut peccatores: alios tantum spiritualiter, illos nimirum, qui voto propositum illum coelestem panem edentes, tide viva, quae per dilectionem operatur, fructum eius et utilitatem sentiunt: tertios porro sacramentaliter simul et spiritualité!: hi autem sunt, qui ita se prius probant et instruunt, ut vestem nuptialem induti ad divinam hanc mensam accedant. In sacramentali autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici a sacerdotibus communionem acciperent; sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent: qui mos, tanquam ex traditione apostolica descendens, iure ac merito retineri debet. Demum autem paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, et obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concordent, memoresque tantae maiestatis, et tam eximii amoris lesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad manducandum: haec sacra mysteria corporis et sanguinis eius, ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione ac pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint; et is vere eis sit animae vita, et perpetua sanitas mentis; cuius vigore confortati ex huius, miserae peregrinationis itinere ad coelestem patriam pervenire valeant, eundem panem

angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis, veritatem dicere, nisi detegantur et refellantur errores; placuit sanctae Synodo hos canones subiungere, ut omnes, iam agnita catholica doctrina, intelligant quoque, quae ab illis haereses caveri vitariquo debeant.

Can. 1. Si quis negaverit, in sanctissimae eucharistiae sacramento contineri vere, realiter, et substantialiter corpus et sanguinem, una cum anima et divinitate Domini nostri lesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit in sacrosancta eucharistiae sacramento remanere substantiam panis et vini, una cum corpore et sanguine Domini nostri lesu Christi: negaveritque mirabilem illam et singularem conversionem totius substantiae panis in corpus et totius substantiae vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis et vini; quam quidem conversionem catholica Ecclesia aptissime transsubstantiationem appellat; A. S.

Can. 3. Si quis negaverit, in venerabili sacramento eucharistiae sub unaquaque specie, et sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili eucharistiae sacramento non esse corpus et sanguinem Domini nostri lesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante vel post, et in hostiis seu particulis consecratis, quae post communione reservantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, vel praecipuum fructum sanctissimae eucharistiae esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, in sancto eucharistiae sacramentum Christum unigenitum Dei filium non esse cultu latriae, etiam externo, adorandum, atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus, secundum laudabilem et universalem Ecclesiae sanctae ritum et consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, et eius adoratores esse idolâtras; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, non licere sacram eucharistiam in sacrario reservari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam: aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Christum in eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, et non etiam sacramentaliter ac réaliter; A. S.

Can. 9. Si quis negaverit, omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, iuxta praeceptum sanctae matris Ecclesiae; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, non licere sacerdoti celebranti seipsum commonicare; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem praeparatio-? nem ad sumendum sanctissimae eucharistiae sacramentum, A. S. Et, ne tantum sacramentum indigne, atque ideo in mortem et condemnationem sumatur; statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, (pios con-

scientia peccati mortalis gravat, qiiantinm-iimque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris necessario praemittendam esse confessionem sacramenta leni. Si quis autem contrarium docere, praedicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere praesumpserit, eo ipso excomninnicatus existai ».

496. — *Quimliu Christus maneat realifer praesens in eucharistia*

« 1. Quod si hostia consecrata eadat seu proliciatur in cloacam, lutum seu aliquem turpem locum, quod, speciebus remanentibus, sub eis desinit esse Coquis Christi et redit substantia panis. · 2. Quod si hostia consecrata a mure corrodatur seu a bruto sumatur, quod remantibns dictis speciebus. sub eis desinit esse Corpus Christi et redit substantia panis. — 3. Quod si hostia consecrata a insto vel a peccatore sumatur, quod dum species dentibus teritur, Christus ad coelum rapitur et in ventrem hominis non traiicitur ». — Errores loannis de Latone dd. a S. 0. a. 1371.

501. — *De materia eucharistiae*

‹ Apostolica prohibemus auctoritate, ut cum sicca faece vini, vel cum micis jKinis. nullus de eaetero sacrificare attentet ». — Decretum Alexandri III. ex Bulla a. 1263. ad Upsalensem episcopum.

De pane quoad missae sacrificium

‹ In hac regione... consuetudo orta est... panem conficiendi ex granis contritis et per aliquas horas in aqua infusis, non tamen usque ad corruptionem. Quae grana manibus comprimunt et, ex materia alba adveniente. panes conficiunt ferro calido, modo in Europa consueto... — Utrum licita sit supradicta confectio panis pro missa ? — K. Affirmative: curet tamen, si fieri possit, vic. ap.. ut frumentum ex quo panis eucharistico* conficitur, non contundatur solummodo, sed apto instrumento in farinam redigatur, quae deinde cribro exacte purgetur, et panis ex eadem conficiatur, modo in Europa usitato.— SSmus D. N. Pius d. p. PP. LX. resolutionem Emorum approbavit ». — S. C. S. O. 25. lun. 1852. vic. ap. Coimbaturen.

De vino quoad sacrificium missae

‹ Utrum in missae sacrificio possit adhiberi vinum confectum ex uvis passis (.vulgo *zibibo'*. — Pv. Detur decretum Fer. V. 22. Iui ii 1706. nempe: ‹ Licere, dummodo liquor extrahendus a *zïbibo* vel uvis passis, ex colore, odore et gustu dignoscatur esse verum vinum ». — S. C. S. O. 7. Maii 1879.

« Fu esposto da un vescovo della Francia, che avendo il vino di quel luogo un sapore acido, dovuto ad un ecccsso di acido tartarico, lo si suol raddolcire col tartrato di potassa, sale che si estrae dalla feccia dei vino, e il quale forma coli'acido tartarico in eccesso un bitartrato di potassa che précipita al fondo della botte. Chiedevasi intanto, se questo vino cosi medicato fosse lecito per la messa. — R. Non expedire». — S. O. 9. Maii 1892.

« Ad vini corruptionis periculum praecavendum duo remedia proponuntur: – 1. Vino naturali addatur parva quantitas *(Teau-de-rie ;* —

2. Ebulliatur vinum usque ad sexaginta et quinque altitudinis gradus.

An haec remedia licita sint in vino pro sacrificio missae, et quodnam praeferendum. — E. Praeferendum vinum prout secundo loco exponitur ». -S. C. S.O. 8. Maii 1887.

* In pluribus Galliae partibus,... vinum album, quod incruento missae sacrificio inservit, tam debile est ac impotens, ut diu conservari non valeat, nisi eidem quaedam spiritus vini *(spirito, alcool)* quantitas admisceatur. 1. An istiusmodi commixtio licita sit? 2. Et, si affirmative, quaenam quantitas huiusmodi materiae extraneae vino adiungi permittatur? — 3. In caso affirmativo, requiriturne spiritus vini ex vino puro seu ex vitis fructus extractus? — E. Dummodo spiritus *(alcool)* extractus fuerit ex genimine vitis, et quantitas alcoolica addita una cum ea (piam vinum, de quo agitur, naturaliter continet, non excedat proportionem duodecim pro centum, et admixtio fiat quando vinum est valde recens, nihil obstare quominus idem vinum in missae sacrificium adhibeatur ». — S. C. S. O. 30. Iui. 1890.

« Vinum dulce quod pro missae sacrificio adhiberi solet in Hispania spiritum ultra proportionem duodecim pro centum naturaliter continet. Quaeritur: — 1. Utrum decem partium spiritus pro centum commixtio, ut ex experientia constat, omnino ad vini dulcis conservationem necessaria, continuari possit. — 2. Utrum vinum ita confectum adhiberi possit in missae sacrificio.— E. Negative in ordine ad missae sacrificium ».— S. C. S. O. 15. Apr. 1891.

« Quum difficile sit meracum emere vinum in Europa,... iam abhinc pluribus annis tutius nec non facilius missionariis huius vicariatus visum est, vinum pro missae sacrificio in hac ipsa regione confici. Uvae vero quas in septentrionalibus sinensis imperii partibus reperire est, sacchari quantitatem nimis exiguam continent; ex quo fit ut vinum ex his ad sacrificium missae expressum alcoolis portionem infimam tantum habeat, et propterea vix incorruptum asservari possit, attentis praesertim diuturnis intensisque aestivi temporis ardoribus corruptioni quam maxime faventibus. Tollitur incommodum obtineturque vinum tuto servabile, nec non oculis, gustui olfactuique haud ingratum, si centum libris uvarum mox contusarum addantur decem librae *sacchari ex canna* (idest ex planta graminea, botanice *saccharum officinarum,* gallice vulgo *canne* a *suere* nuncupata) haecque massa deinde more solito fermentetur. Quae cum deferbuerit, ex centum libris massae (novem sacchari libras iuxta exposita continentibus) obtinentur sexaginta septem vini librae, quae ut ex calculo chimico coniicere licet, practice ad summum quatuor libras cum dimidia (id est circiter quintam decimam ponderis totalis partem) alcoolis ex saccharo geniti continent. Aliis verbis supradicta operatione obtinetur vinum ex vite verum, cuius centum partes sex vel septem alcoolis heterogenei seu non ex vite producti admixtas habent. Quam praxim eo libentius retinuimus quo maior in dies evadit nobis impossibilitas spiritum vini (alcooli ex vite genitum comparandi. Nunc autem, aliquo exsurgente dubio, humiliter quaeritur: — 1. An haec praxis ad obtinendum vinum pro missae sacrificio tuta sit. Si negative: 2. An valida? — 3. Quid si huiusmodi vinum adhibitum fuerit in missis *cx iustitia ?*

R. Vino pro sacrosancto missae sacrificio addendum potius esse spiritum seu alcool qui extractus fuerit ex genimine vitis, et cuius quantitas una cum ea. quam vinum de quo agitur naturaliter continet, haud excedat proportionem duodecim pro centum. Huiusmodi vero admixtio fiat quando fermentatio sic dicta tumultuosa defervescere inceperit,· et ad mentem. — La mente è che non potendo i missionari procurarsi da loro stessi lo spirito di vino distillandolo dal vino dei paese, ne estraggano il vino, oppure inescolino l'uva passa colFuva dei paese, facendola insieme fermentare ♦. — S. C. S. 0. 25. lun. 1891.

« In Brasilia difficillimum est verum vinum ad s. missae sacrificium conficiendum... nisi in ipsa eadem regione confectum. lamvero uva his in locis adeo debilis et aquosa est ut. ad tolerabile vinum habendum, aliquid sacchari e planta, quam vulgo *canna de assugar* appellamus, musto admiscere debeat: et hoc quidem modo fabricatum quoque est vinum, quo sacerdotes in s. missae sacrificio passim utuntur. Nunc vero, cognita responsione S. R. et Γ. I. 25. Innii 1891. lata, dubitationes et conscientiae anxietates ortae sunt... Utrum sic confectum vinum pros.missae sacrificio tuto adhiberi valeat necne.

R. Loco sacchari extracti e canna saccharina, vulgo *canna de assugar,* addendos potius est spiritus alcool, dummodo ex genimine vitis extractus fuerit, et cuius quantitas, addita cum ea quam vinum, de quo agitur, naturaliter continet, haud excedat proportionem duodecim pro centum; huiusmodi vero admixtio fiat quando fermentatio tumultuosa, ut aiunt, defervescere inceperit. — Sanctissimus relatam sibi Emorum Patrum resolutionem benigne approbare dignatus est ». — S. C. S. 0. 5. Aug. 1896.

« Archiepiscopus Tarraconensis in Hispania, exponit, vina dulcia, quae hac in regione conficiuntur quaeque magnopere a sacerdotibus pro missae celebratione desiderantur, post primam fermentationem iam duodecim vis alcoolicae gradus exsuperant, ad quos massilensia, nec permissa succi alcoolici additione pertingunt. — Nihilominus ut haec generosa et dulcia vina, licet maiori, qua massilensia, virtute praedita, ad exteras nationes tuto exportari queant, decem et octo vis alcoolicae gradibus polleant oportet; secus enim propter ipsam eorum dulcedinem novis fermentationibus sunt obnoxia, et in maris transmissione, ut plurimum acescunt. — Quam ob rem vinarii nostri mercatores, gratiam implorant ei similem quae episcopi Massiliensis supra laudati votis concessa fuit, facultate videlicet roborandi spiritu seu alcool, ex genimine quidem vitis extracto, vina praesertim dulcia, ita ut ea quae naturaliter plus minusve ad quindecim vis alcoolicae gradus pertingunt, ad octodecim increscant. Ita enim eorum impeditur corruptio, quam iteratis fermentationibus subire solent, tutiusque evehi possunt ad extera nationes, quae apto vino carent ad decorose litandum. — Praeterea, ut aiunt, in nonnullis Hispaniae regionibus viget perantiqua consuetudo qua plures sacerdotes vinum pro s. missae sacrificio sibi conficiunt praemissa vel ignea musti evaporatione vel uvarum ad solis radios exsiccatione, qui mos cohonestari videtur declaratione S. Officii die 22. lulii 1706. circa vinum ex acinis uvae passae confectum. — 1. Utrum praelaudatis vinis, praesertim dulcibus, pro eorumdem conservatione, tantum spiritus seu alcool, ex uva deprompti, addi queat ut ad septemdecim circiter vel octodecim vis al-

coolicac gradus increscant: quin cessent exinde esse materia apta pro s. missae sacrificio. - 2. Utrum licitum sit ad s. missae sacrificium conficiendum uti vino ex musto obtento, quod ante fermentationem vinosam per evaporationem igneam condensatum est.

R. Ad 1.ura Attentis noviter deductis, dummodo in casu proposito spiritus extractus fuerit ex genimine vitis, et quantitas alcoolica adiungenda, una cum ea quam vinum de quo agitur, naturaliter continet, non excedat proportionem scptemdecim vel octodecim pro centum, et admixtio fiat quando fermentatio tumultuosa, ut aiunt, defervescere incepit; nihil obstare quominus idem vinum in missae sacrificio adhibeatur. — Ad 2.""' Licere; duifimodo decoctio huiusmodi fermentationem alcoolicam haud excludat, ipsaque fermentatio naturaliter obtineri possint, et de facto obtineatur. — Sanctissimus relatas sibi Emorum Patrum resolutiones benigne approbare dignatus est ». — S. C. S. 0. 7. Aug. 1896.

504. — *De pane azymo ei fermentato*

‹ Sacramentum eucharistiae ex azymo conficit Romana Ecclesia ». — Conf. fid. Midi. Palaeol.

* In azymo sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici. Sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta sua ecclesiae sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem ». — Cone. Flor. Decret. Union. Graecor, in B. Eugen. IV. *Laetentur coeli;* Prof. fid. Graec. preset. a Gr. XIII., Prof. fid. Orient, praescr. ab Urb. VIH. et a Ben. XIV.

505. — *De Communione in alio ritu*

« Omnibus fidelibus cuiuscumque ritus, sive latini sive orientalis, degentibus in locis, in quibus non sit ecclesia aut sacerdos proprii ritus, facultas in posterum a S. Sede conceditur S. Communionem, non modo in articulo mortis, et pro paschali praecepto adimplendo, sed etiam quovis tempore devotionis gratia, iuxta ritum ecclesiae existentis in praedictis locis, dummodo catholica sit, recipiendi ». — S. C. de P. F. 18. Aug. 1893. A. S. S. V. 27. p. 441. Cf. C. n. 1998. seq.

De disciplina orientalium conservanda et tuenda

«...Rata quidem permanent quae in hoc Benedictus XIV., decessor noster illustris, sapienter provideque decrevit per Constitutionem *Demandatam,* in forma epistolae, die datam XXIV. decembris anno MDCCXLIII., ad patriarcham Antiochenum Graecorum Melchitarum omncsqiie eiusdem ritus episcopos eidem patriarchae subiectos... In quo praestando, hoc tanquam principium ex ipsa deprompsimus, sacerdotes nempe latinos eo tantum consilio ab Apostolica Sede in illas regiones mitti, ut sint patriarchis et episcopis *in adiutorium et levamen;* cauto proptcrca *ne, utendo facultatibus sibi concessis, eorum iurisdictioni praeiudicium inferant et numerum subditorum imminuant* (Const. *Demandatam,* n. 13.): ex quo perspicuum extat quibus legibus officia eorumdem Latinorum ad hierarchiam Orientalem sint temperanda.

Itaque rerum capita quae sequuntur visa sunt in Domino praescribenda et sancienda, ut facimus Apostolica fulti auctoritate; iam nunc declarantes velle nos atque edicere, ut eadem bcnedictina decreta, quae

de Graecis Xlelchitis primitus data sunt, fideles omnes cuiusvis in Oriente ritus universe attingant.

I. Missionarins quilibet latinus, e clero saeculari vel regulari, qui orientalem quempiam ad latinum ritum consilio auxiliove inducat, praeter *swspokfiOMe»· a divinis* quam *tpso facto* incurret, ceterasque poenas per eamdem Constitutionem *Demandatam* indictas, officio suo privetur et excludatur. Quae praescriptio ut certa et firma consistat, exemplar eius patere vulgatum apud latinorum ecclesias iubemus.

II. Ubi desit proprii ritus sacerdos, cui patriarcha orientalis mandet spiritualem suorum administrationem. ibi eorum curam suscipiat parochus alieni ritus qui easdem atque ipsi species*, azymum vel fermentatum. ad consecrandum adhibeat; anteferantur qui eas adhibeat ritu orientali. — Fidelibus autem sit facultas communicandi utrovis ritui non eis tantummodo locis ubi nulla ecclesia nec sacerdos sui proprii ritus habeatur, prout a sacro consilio christiano nomini propagando decretum est die XVIII. Angusti anno MDCCCXCIII., verum etiam ubi, propter longinquitatem ecclesiae suae, non eam possint, nisi eum gravi incommodo, adire: de quo Ordinarii esto indicium. Idque fixum resideat, eum qui alieno ritu vel diu communicaverit, non propterea censendum mutasse ritum, sed in ceteris officiis omnibus perseverare parocho suo addictum.

¦ P»i i*|
i ·*··

Il tar ι<

III. Sodalitates religiosorum latinae. quae inventuri instituendae in Oriente dant operam, si quo in collegio alumnos ritu orientali non paucos numerent, sacerdotem eiusdem ritus, patriarcha consulto, apud se habeant ipsorum commodo alumnorum, ad missae sacrificium, ad sacram synaxim. ad catechesim patria lingua impertiendam ritusque explicandos; aut saltem diebus dominicis ceterisque de praecepto occurrentibus festis talem sacerdotem arcessant, ea officia praestiturum. Quam ob causam eisdem sodalitatibus quaevis privilegia, etiam speciali mentione digna, quibus gaudeant nt alumni orientalis ritus, quamdiu in collegiis ipsarum degant, latinum sequantur, adempta esse omnia edicimus: de ritualibus autem abstinentiis servandis moderatores cum religiosa aequitate videant. — Item alumnis externis prospiciatur: quos ad proprias ipsorum ecclesias seu curias remitti aut perduci oportebit, nisi videatur eos cum internis ad eiusdem ritus officia admittendos.

IV. Eadem praescripta transferenda sunt, quoad fieri possit, ad religiosarum sodalitates, puellis educandis in asceteriis scholisque deditas. Quod si qua immutatio per tempora et res opportuna inciderit, ea non ante fiat quam patriarchae consensus accesserit et venia Apostolicae Sedis.

V. Nova, ritu latino, inventuris collegia vel domus religiosorum utriusvis sexus ne in posterum aperiantur, nisi Apostolica Sede rogata et consentiente.

λ I. Presbyteris tum latinis tum orientalibus neque in suis, neque in alieni ritus ecclesiis, fas est qnemquam absolvere a casibus qui suis cuiusque Ordinariis sint reservati, nisi facultate ab eisdem permissa: qua in re quodvis privilegium, vel speciali mentione dignum, prorsus revocamus.

VII. Orientalibus qui ritum latinum, etiamsi ex pontificio rescripto, susceperint, revertere ad pristinum. Apostolica Sede exorata, licebit.

VIII. Mulieri latini ritus, quae viro nupserit ritus orientalis, aeque ac mulieri orientali, (piae nupserit latino, integrum erit ut ad ritum viri, ineundo vel durante matrimonio, transeat; matrimonio autem soluto, resumendi proprii ritus libera erit potestas.

IX. Quicumque orientalis, extra patriarchale territorium commorans, sub administratione sit cleri latini, ritui tamen suo permanebit adscripts; ita nt, nihil diuturnitate aliave causa ulla suffragante, recidat in ditionem patriarchae, simul ac in eius territorium revenerit.

X. Nulli, utriusvis sexus, Ordini vel Instituto religioso latini ritus, quemquam orientalem inter sodales suos fas erit recipere, qui proprii Ordinarii testimoniales litteras non ante exhibuerit.

XI. Si (pia ex dissidentibus communitas vel familia vel persona ad catholicam unitatem venerit, conditione velat necessaria interposita amplectendi latini ritus, huic ritui remaneat ea quidem ad tempus adstricta, in eius tamen potestate sit ad nativum ritum catholicum aliquando redire. Si vero eiusmodi conditio non intercesserit, sed ideo ipsa communitas, familia, persona a latinis presbyteris administretur, quia desint orientales, regrediendum ipsi erit ad ritum suum, statim ut sacerdotis orientalis fuerit copia.

XII. Matrimoniales et ecclesiasticae, quaecumque sint causae, de quibus ad Apostolicam Sedem appellatio fiat, nequaquam delegatis apostolicis definiendae, nisi aperte ea iusserit, committantur, sed ad sacrum consilium Christiano nomini propagando omnino deferantur.

XIII. Patriarchae Graeco Melchitae iurisdictionem tribuimus in eos quoque fideles eiusdem ritus, qui intra fines turcici imperii versantur ». — Leo XIII. B. *Orientalium dignitas* prid. cal. Dec. 1894.

509. — *Modicissima aqua vino permiscenda*

« Perniciosus in tuis partibus inolevit abusus, videlicet, quo in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio quam de vino: cum secundum rationalem consuetudinem Ecclesiae generalis plus in ipso sit de vino quam de aqua ponendum. Ideoque fraternitati tuae mandamus, quatenus id non facias, nec in tua provincia fieri patiaris ». — Honorius III. C. 13. *de Celebr. missar.* C. n. 797.

An aqua, vino admixta in calice, in Christi sanguinem convertatur?

‹ Quaesivisti utrum aqua cum vino in sanguinem convertatur. Super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quod, cum de latere Christi duo praecipua tinxerunt sacramenta, redemptionis in sanguine ac regenerationis in aqua, in illa duo vinum et aqua, quae commiscentur in calice, divina virtute mutantur... Alii vero tenent, quod aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino... Praeterea potest dici, quod aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa... Illud autem est nefarium opinari, quod quidam dicere praesumpserunt, aquam videlicet in phlegma converti... Verum inter opiniones praedictas illa probabilior indicatur, quae asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari ». — Innocent. III. C. 6. *de Celebrat, missar.*

521. — *Consecrationis forma*

«Veram quin in supraseripto decreto Armenorum non est explicata forma verborum, qnibus in consecratione corporis et sanguinis Domini sacrosancta Romana Ecclesia. Apostolorum doctrina et auctoritate firmata, semper uti consueverat, illam praesentibus duximus inserendam. In consecratione corporis hac utitur verborum forma: *Hoc est enim Corpus meum;* sanguinis vero: *Hic est enim cali.r Sanguinis mei, nori et aeterni testamenti, mysterium fidei, qui pro robis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Panis vero triticeus, in quo sacramentum conficitur, an eo die., an antea coctus sit, nihil omnino refert: dummodo enim panis substantia maneat, nullatenus dubitandum est, quin post praefata verba consecrationis corporis a sacerdote cnm intentione conficiendi prolata, mox in verum Christi corpus consubstantietur ». — Cone. Flor. Deer, pro lacobit. sive B. Eugenii IV. *Cantate Domino.*

De ritus consecrationis efficacia

«29. Doctrina Synodi, qua parte tradere instituens fidei doctrinam de ritu consecrationis, remotis quaestionibus scholasticis circa modum quo Christus est in eucharistia, a quibus parochos docendi munere fungentes abstinere hortatur, duobus his tantum propositis, 1. Christum post consecrationem vere, realiter, substantialiter esse sub speciebus, 2. tunc omnem panis et vini substantiam cessare, solis remanentibus speciebus, prorsus omittit ullam mentionem facere transsubstantiationis seu conversionis totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam velut articulum fidei Tridentinnm Concilium definivit. ct quae in solemni fidei professione continetur: — Quatenus per inconsultam istiusmodi suspiciosamque omissionem notitia subtrahitur tum articuli ad fidem pertinentis, tum etiam vocis ab Ecclesia consecratae ad illius tuendam professionem adversus haereses, tenditque adeo ad eius oblivionem inducendam, quasi ageretur de quaestione mere scholastica; — Perniciosa, derogans expositioni veritatis catholicae circa dogma transsubstantiationis, favens haereticis ». — Pr. Svn. Pistor, d. a Pio VI.

526. — *Omnis et solus sacerdos est minister eucharistiae conficiendae*

« ... In qua Ecclesia idem ipse sacerdos est sacrificium lesu Christus: cuius Corpus et Sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, et vino in sanguinem, potestate divina: ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus, secundum claves Ecclesiae, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus lesus Christus ». — Cone. Lateranense IV. a. 1215. Cap. 1. Definitio adversus Albigenses aliosque haereticos.

« Firmiter credimus et confitemur, quod quantumcumque quilibet honestus, religiosus, sanctus et prudens sit, non potest vel debet eucharistiam consecrare, vel altaris sacrificium conficere, nisi sit presbyter, a visibili tangibili episcopo regulariter ordinatus. Ad quod officium tria sunt, ut credimus necessaria: scilicet certa persona, id est presbyter ab

episcopo, ut praediximus, ad illud proprie officium constitutus, et illa solemnia verba, quae a sanctis Patribus in canone sunt expressa, et fidelis intentio proferentis; ideo firmiter credimus et fatemur, quod quicumque sine praecedenti ordinatione episcopali, ut praediximus, credit et contendit, se posse sacrificium eucharistiae facere, haereticus et perditionis Core et suorum complicum est particeps atque consors, et ab omni sancta Romana Ecclesia segregandus ». — Professio fidei Waldensib. praescripta ab Innoc. 111.

527. — *De diacono ss. Viaticum ministrante.*

‹ Diaconus, qui ex mandato sui vicarii defert sacrum viaticum infirmis, potestne facere aspersiones aquae benedictae, dicere *Misereatur, Indulgentiam,* signare infirmum vel semetipsum, dicere *Dominus lobiscuni* cum oratione, et benedicere cum SS. sacramentum infirmum, et assistentes?— R. Deficiente presbytero, et vicarii ap. concurrente licentia, affirmative in omnibus ». — S. R. C. 14. Aug. 1858. *Torikini Occid.*

535. — *Dispensatio ss. eucharistiae extra missam*

« In administratione s. communionis versiculi et oratio, *Deus qui nobis,* sunt de praecepto; benedictio autem semper danda est, unico excepto casu, quando datur immediate ante vel post missam defunctorum, sub formula, *Benedictio Dei,* etc. ». — S. R. C. 30. Aug. 1892. *Strigonien.* ad 10.

« Preces dicendae sunt infra ablutionem et extersionem digitorum ». — S. R. C. 14. Ian. 1898. — In administratione ss. eu.ch., tempore paschali, ante vel post missam de requie, dici debent oratio et versiculi de tempore, omisso *Alleluia.* — S. R. 0. 26. Nov. 1878. *Senen.*

« An stola pro ministranda ss. eucli. extra missam semper esse debeat coloris officio illius diei convenientis, ut praescribit rit. rom., vel etiam esse possit alba, prout valde conveniens sacr. eucharistiae, ut multi censent doctores? — R. Affirmative ». — S. R. C. 12. Mart. 1836. *Trident.* ad 12.

« A sacerdote, redeunte ad altare post fidelium communionem, genuflectendum, antequam cooperiat sacram pixidem, et iterum genufiectendum antequam, pixide in tabernaculo reposita, ipsius tabernaculi ostiolum claudat. ». — S. R. C. 23. Dee. 1862. *Romana.*

De sacra Eucharistia infirmis deferenda in ipsa missa

« Generalis Ordinis S. loannis de Deo a S. R. C. humiliter postulavit, ut insequentia dubia circa modum deferendi infra missam sacram Communionem ad infirmos, vigentem in valetudinariis Ordinis sui, declarare dignaretur, nimirum: 1. An recitato ad altare *Confiteor, Misereatur, Ecce Agnus, Domine non sum dignus,* possit permitti quod sacerdos cum pyxide sine velo humerali deferat ad infirmos sacram Communionem, saltem a duobus candelas deferentibus comitatus, ct adhibita etiam umbella si fieri potest, praesertim si ab altari distent infirmi? 2. An modo supradieto deferri possit sacra Communio non solum in toto valetudinario, sive a parte postera altaris, sed etiam in aliquibus cubiculis, ex quibus, etsi altare non videatur, tamen vox sacerdotis celebrantis auditur? 3. An permitti possit ut, loco sacerdotis ss. Eucharistiam defe-

rentis ad infirmos. alter, et etiam laieiis, orationes recitet?— R. Ad 1.«· et 2.“" Nihil obstat, dmmnodo tamen in delatione ss. Sacramenti iinibella omnino adhibeatur. Ad 3.“" Nihil obstat quominus adstantcs recitent aliquas preces, dum distribuitur sacra Eucaristia ». S. R. C. 7. Febr. 1874. *Ordin. S. Ioann. de De‹›.*

«Au liceat celebranti in domo privata vel religiosa, terre ante purificationem s. Communionem, devotionis causa et non per modum Viatici, infirmo degenti in eadem domo, quamvis ad superiorem partem domus ascendendum sit. et per aliud ambulacrum transeundum sit? — R. Non licere iuxta decretum in Flor. 19. Dee. 1829. ad 1., sed, si necessitas urgeat, fiat, absoluta missa ». — S. R. C. 7. Dee. 1844. *lanuen.*

«An tempore ss. sacrificii missae, in administratione Viatici, praesertim in xenodochiis, liceat ab altari recedere usque ad aegrotorum lectum, recitando interim ps. Jfwerere, nt fieri solet extra missam? — R. Negative quoad ps. *Miserere.* Insuper animadvertendum quod si celebrans. pro Viatici administratione intra missam, altare e conspectu suo amittat, hanc administrationem non licere ». — S. R. C. 12. Dee. 1829. *Florent,* ad 1.

530. — *De dispensatione s. euchar. in sordido loco, et sine debitis caeremoniis ratione necessitatis*

‹ Aegrotis morti proximis, cuiuscumque sint conditionis, quamvis in sordido ac vili degant loco aut tugurio, ss. eucharistiae viaticum deferatur, eum apud Deum nulla sit acceptio personarum, ac pro nostra salute nec stabulum, nec crucis ignominiam exhorruerit ». — Alex. VII. C. *Sacrosancti* 18. lan. 1658.

«...Cum primum intellexit S. C., in quibusdam istius regioni dioecesibus, consuetudinem, seu potius abusum invaluisse, ut sacerdotes ss. sacram, a mane usque ad vesperam secum deferrent, ea tantum de causa quod in aliquem forte aegrotum incidere possent, ad metropolitanos eensuit scribendum, ut consuetudinem illam ab Ecclesiae praxi omnino abhorrere declararet... Talia edas decreta, ex quibus delatio ss. sacramenti ad urgentes tantum causas, atque ad actuale ministerii sacerdotalis exercitium coarctetur... ». — Instr. S. C. de P. F. 25. Febr. 1853.

« At ubi turearum vis praevalet et iniquitas, sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus, in sacculo seu bursa pixydem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat, et nunquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu clerici, associetur ». — Bened. XVI. C. *Inter omnigenas* 2. Febr. 1744.

« Sacr. viaticum absque stola ad infirmos deportari posse, in casu necessitatis ». — S. C. de P. F. 20. Sept. 1739. Pro Sin.

«...1. Utrum licere possit harum partium missionarii» occulte, et sine lumine et stola ss. sacram, administrare infirmis, quando aliter administrari non potest?... 2. Utrum vic. ap. permittere possit missionarii», ut deferant et administrent ss. sacram, euch. fhristianis... in earceribus detentis?... Facile posset illis sine periculo contemptus ss. euch. administrari, si licitum esset illud administrare sine superpelliceo et stola. – R. Ad 1?” Affirmative, agitur enim de facultate a S. Pontificibus iam concessa. Ad 2.um Affirmative, et quoad detentos ad tempus, quatenus pe-

tant, arbitrio tamen ct prudentiae vicarii apoàtolici ».

Dec. 1822 5. lui. 1851.

<An permitti potest, in hoc persecutionis tempore, ut fidei confessores ad mortem propter fidem damnati, ct quibus in carcere defertur ss. euch. sacram., occulte possint illud accipere suis manibus et sese occulte communicare, ne sacerdos illos more ordinario communicans cognoscatur ct prehendatur?... — R. Affirmative, dummodo nullo» irreverentiae aut alio periculo tantum sacramentum exponatur». — S. C. de P.F.21. lui. 1841.

« Quotiescumque ssmuin eucharistiae sacramentum ad infirmos seu publice seu occulte respective deferri poterit, deferendum esse. Quod si vel ob prohibitionem magistratuum vel alia ex causa periculum sacrilegii et irreverentiae timeatur, in loco magis vicino decenti, et, si locus decens non adsit, in ipsa domo infirmi, dummodo pariter decens locus adsit, celebrari permittatur ». — S. C. de P. F. 14. Dec. 1668. C. 709. 718.

« Xon est reprobandus parochus, qui defert ss. viaticum infirmo feria VI. *in Parascere,* dummodo private, et submissa, quinimo submississima voce, recitat psalmos consuetos per vias publicas, etiamsi dicat *(Horia Patri,* etc.: quia in tali circumstantia actio talis nihil habet esse cum functionibus Ecclesiae huius diei; ct considerandum est quod defert cum stola atque pluviali albi coloris, quando in feria supradicta color paramentorum est niger pro Ecclesiae functionibus: ideoque si defert privatim pro aliqua necessitate, non est reprobandus, si populum absque benedictione dimittat feria VI. *in Parasceue,* quia in publica Ecclesia non debet recondi ». — S. R. C. 15. Maii 1745. *Lucana.*

« Attentis circumstantiis (summae locorum difficultatis) S. R. C. commisit Rmo episcopo, ut pro suo arbitrio et prudentia indulgeat quod parochus et oeconomi huinsmodi in circumstantiis equitantes ac capite pileo cooperto sacrum Viaticum deferre valeant, comitante saltem uno homine, si fieri potest, accensam laternam deferente ». — S. R. C. 23. Maii 1846. *Bisinianen.*

« Licet deferre Viaticum absque ulla pompa, ac privata propemodum ratione, quoties ministrandum sit infirmis ab ecclesia parochiali valde procul commorantibus, et necesse sit transire per loca invia, dissita, et inaccessa; ac serventur praescriptiones ritualis romani, et detur decretum in una Bisinianensi 23. Maii 1846. ». — S. R. C. 12. lan. 1878. *Tempion.* ad 7.

«Utrum tuto sequi valeat regula ritualis parisiensis sic expressa: Si quando communio danda est, inventus non fuerit sufficiens numerus hostiarum, poterunt aliquot hostiae dividi in plurcs particulas, quae singulis distribuantur? — R. Servetur consuetudo dividendi consecratas, si adsit necessitas ». — S. R. C. d. 16. Mart. 1833., *Veronen.* ad 1.

« Episcopi, parochi, seu confessarii admoneant, nulli tradendas phires eucharistiae formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas ». — S. C. C. 12. Febr. 1679.

« Delationem ss. Sacramenti extra ecclesiam non esse permissam, nisi occasione solemnis processionis in festo et per octavam Corporis Christi, nec non occasione infirmorum, et orationis quadraginta horarum, iuxta ss. canonum decreta; et in praedictis casibus semper intervenire debere clerum cum cruce». — S. R. C. 12. lun. 1638. *Sulmonen.*

537. — *Communia ministranda in missa Defunctorum*

<An sacerdos possit aperire ciborium ad communicandos fideles in paramentis nigris? ». — R. Affirmative, seu posse in missis defunctorum, eum paramentis nigris, sacram communionem fidelibus ministrari, etiam ex particulis praeconsecratis, extrahendo pyxidem a tabernaculo. Posse item in paramentis nigris, ministrari communionem immediate post missam defunctorum; data autem rationabili causa, immediate quoque ante eamdem missam; in utroque tamen casu omittendam esse benedictionem. Missas vero defunctorum celebrandas esse omnino in paramentis nigris: adeo ut violacea adhiberi nequeant, nisi in casu quo die 2. Novembris sanctissimae eucharistiae sacramentum publicae fidelium adorationi sit expositum pro solemni oratione quadraginta horarum, prout cautum est in decreto sacrae huius Congregationis die 16. Septembris anni 1801. Et ita decreverunt, ac ubique locorum, servari mandarunt». — S. R. C. 27. lun. 1868. *Decr. Gener.*

549. — £S'. *eucharistia asservanda*

« Non potest episcopus iure proprio concedere facultatem asservandi SSmnm Sacramentum: l.° In Ecclesiis seu cappellis publicis, quae tamen titulo parochiali non gaudent, et>i utilitatibus paroeciae inserviant. 2.° In cappellis piarum communitatum publicis, i. e. quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante, et quae habitantibus omnibus aperiuntur. 3.° In cappellis seu oratoriis interioribus piarum communitatum, quando non habent cappellam seu oratorium publicum in sensu exposito, ut evenit c. g. in seminariis. — Implorandum est indultum a S. Sede quoad omnia ». — S. R. C. 8. Mart. 1879. *Nivernen.*

Si in oratoriis, in quibus ex apostolico privilegio asservatur ss. eucharistiae sacramentum missa quotidie celebrari nequit, ab Apostolica Sede indultum petendum est, quae semel saltem in quavis hebdomada illam praecipere solet. S. R. C. 14. Maii 1889. *Baionen.* Necesse item est, in iisdem oratoriis, ut per aliquot diei horas aditus pateat fidelibus ss. eucharistiam visitare cupientibus. —» S. R. C. 15. Nov. 1890. *Compostellana.*

« SS. eucharistiae sacramentum asservandum est uno tantum in loco cuiuscumque Ecclesiae, in qua custodiri debet, potest, solet ». — S. C. EE. et RR. 13.j)ct. 1620.

S. Tabernaculum, in quo asservatur ss. eucharistiae sacramentum potest vel omni ex parte interius panno serico albi coloris, vel laminibus deauratis tantum ornari. — S. R. C. 5. lun. 1889. *Calven. et Themen.*

« Num Tabernaculum, in quo reconditur ss. sacramentum conopaeo cooperiri debeat, ut fert rituale? Et quatenus affirmative: 2. Num conopaeum istud confici possit ex panno, sive gossypio, sive lana, sive cannabe contexto? 3. Cuiusnam coloris esse debeat? aliis opinantibus, ut Baruffaldus, conopaeum debere esse coloris albi, utpote convenientis ss. sacramento; aliis autem, ut Gavantus, eiusdem coloris cuius sunt pallium altaris et caetera paramenta, pro temporis testique ratione, praeter colorem nigrum, qui mutatur in colore violaceo in exequiis defunctorum. — R. Quoad primam quaestionem: affirmative. Quoad secundam: pariter affirmative. Quuad tertiam: utramque sententiam posse in

praxim deduci, maxime vero sententiam Garanti, quae pro se habet usum ecclesiarum Urbis ». — S. R. C. 21. Iui. 1855. *Briocen.* ad 10.

De ss. Sacramenti expositione et benedictione

«Non licere regularibus, etiam in eorum propriis ecclesiis, ss. eucharistiae sacramentum publice adorandum exponere, nisi ex causa publica, quae probata sit ab Ordinario; cx causa autem privata posse, dummodo ss. sacramentum c tabernaculo non extrahatur, et sit velatum, ita ut ipsa sacra Hostia videri non possit». — S. C. C. 17. Aug. 1630., D. n. 641. 753. 800. 882.

« Expositio ss. sacramenti facienda non est nisi *ob publicum causam ei gravem;* et pro personis particularibus infirmis aut afflictis, etc., quae in sui auxilium publicas preces exoptant, non exponatur detectum, sed ostiolo tabernaculi aperto, aut ad summum in pixide velata cum numero convenienti luminum et adsistentia sacerdotium. Et ita ordinarii fieri curabunt nedum in ecclesiis saecularibus, sed etiam regularibus ». — S. C. EE. et RR. 1. Sept. 1851.

« Quandocumque privata ex causa ss. eucharistia exponenda videbitur a tabernaculo nunquam extrahatur, sed, pyxide velata, in aperto eiusdem tabernaculi ostiolo, cum assistentia alicuius sacerdotis, stola et superpelliceo induti, et cum sex saltem luminibus cereis collocetur. Quod idem in ecclesiis saecularium servari mandamus ». — S. C. EE. et RR. 9. Dec. 1602., Bened. XIV. Inst. 30. n. 21.

‹ 1. Quum ex nonnullis ss. romanarum congregationum responsis aliqui putent sacram pyxidem, aperto tabernaculi ostiolo, posse fidelium pietati exponi, minime vero inde extrahi; alii vero educi posse opinentur tantum, ut cum ea populo benedicatur, quemadmodum fieri solet certis diebus in pluribus Ecclesiis regularium; quaeritur, num huiusmodi consuetudo admitti possit? 2. Et quatenus *negative;* permitti potest, vi consuetudinis, illis congregationibus seu religiosis familiis, quae etiam alibi ita facere consueverunt? 3. Concedine potest prudenti arbitrio Ordinarii etiam aliis congregationibus id petentibus?» — R. Ad 1.ᵐ Affirmative. Ad 2.ᵘᵐ Provisum in primo. Ad 3.ᵐᵐ Affirmative. — S. R. C. 16. Ian. 1886. *Palentina.*

« An sacerdos quando benedicit populum sacra pyxide debeat illam totam cooperire extremitatibus veli oblongi humeralis, quemadmodum iubet rituale romanum in delatione viatici, non tamen post viaticum, sed in diversa occasione?—R. Deberi in benedicendo populo cum sacra pyxide illam totam cooperire extremitatibus veli oblongi humeralis». — S. R. C. 23. Fcbr. 1839. *Meliten.* ad 1.

«An tolerari possit usus benedicendi populum cum pyxide parvo conopaeo contecta absque usu veli humeralis? R. Negative ». — S. R. C. 13. Iui. 1883. *Converpanen.*

« An instructio pro oratione XL. horar. Romae inssu f. r. Clementis XI. primum edita, etiam extra Urbem servari possit et debeat? — R. Praedictam Instr, extra Urbem non obligare, laudandos tamen, qui se illi conformare student, nisi aliud ab Ordinariis locorum statutum sit». — S.R.C· 21. Iui. 1749. *Patavina.*

Clavis tabernaculi retinenda est a parochis, rectoribus, saeristis aut alio quovis, ad quem spectat custodia tabernaculi, apud se. vel in loco

toto, et clavi clauso. Idqne a regularibus etiam servandum. – S. C. EE. et RR. 9. Febr. 1751.

* Quoad vero benedictiones ab istis fidelibus exoptatas, ac dari solitas vetusta consuetudine nonnullis in ecclesiis, vel, eum statua portatili B.M. V.. in solemnitatibus eiusdem Deiparae V.. aut novendialibus, piisqne aliis exercitationibus in eius honorem institutis, ut mense mariano nuncupato, etc., vel cum statua item infantis .lesu, tempore nativitatis Domini ad Epiphaniam usque, nil plane obstare ducimus quin tolerari ab A. T. mos eiusmodi queat». — S. C. de P. F. 1. Apr. 1854.

551. 644. 645. — *De pyxide, ostensorio et purificatorio*

‹ An et quando benedicenda sint pyxis, purificatoria, ostensori», vel saltem lunula, quae immediate inserviunt sacramento plus (piam alia, quae habent in missali propriam formam benedictionis·? — R. Servandas esse rubricas ». — S. R. C. 16. Nov. 1649. *lanuen.* ad 5.

<1. An purificatorium benedici debeat? Et quatenus affirmative. 2. Quaenam benedictio adhibenda? — Ad 1.uw Negative. Ad 2."“ Provisum in casu antecedenti ». — S. R. C. 7. Sept. 1816. *Tuden.*

‹ An permitti possit ciborium seu sacra pyxis ex cupro deaurato? item monstrantia 'ostensorium) et lunula. — R. Affirmative. — S. R. C. 31. Augusti 1867. *S. Hippol.* ad 6.

De lunula

« Numquid ad s. hostiam in ostensorio exponendam uti liceat lunula, quae consistit ex duobus orbiculis vitreis tenui limbo vel circulo argenteo deaurato circuminnetis et claudendis, ita ut sacra hostia subter inhaereat ipsi circulo argenteo, ast ante et retro vitreos orbiculos ipsos immediate tangat, et per eos erecta teneatur. — R. Prout in casu exponitur, nun decere sacras species inter vitreas laminas includere quarum superficies illas immediate tangant ».— S. R. C. 4. Febr. 1871. *Vicar. Apost. de Dania* ad 4.

‹ In plurimis Galliae ecclesiis atque oratoriis usus invaluit postremis hisce temporibus sacram Hostiam, quae in ostensorio exponenda est, recondendi intra duo crystalla apte cohaerentia, eamque in tabernaculo reponendi absque ulla capsa seu custodia. Hinc a sacrorum rituum congregatione expostulatum fuit: *An eiusmodi praxis licita sil?* — R. Affirmative: dummodo sacra Hostia in dictis crystallis bene sit clausa, atque crystalla non tangat, iuxta alias decreta ». — S. R. C. 14. lan. 1898.

553. — *De lampade coram ss. Sacramento, tie luce electrica*

* Generation utendum esse oleo olivarum; ubi ^vero haberi nequeat, remittendum prudentiae episcoporum ut lampades nutriantur ex aliis oleis quantum fieri possit vegetalibus ». — S. R. C. 9. Iulii 1864. *Plur. dioec.*

« Utrum *lux electrica* adhiberi possit in Ecclesiis?— R. Ad cultum. Negative. Ad depellendas autem tenebras, ecclesiasque splendidius illuminandas, Affirmative: canto tamen ne modus speciem praeseferat theatralem — S. R. C. 4. lun. 1895. *Decretum.*

554. — *De ciborii renovatione*

‹ Renovatio specierum sacramentaiium una cum vasorum purificatione octavo quoque dic facienda est dominicis diebus, nec differenda ad quindecim dies. C. *SSmus Clementis* VIII. 31. Aug. 1535 ». — Synod. Dioec. Alban., P. 2., art. 4., n. G. — Ex caeremoniali episcoporum, lib. 1., cap. 6., η. 2. « (Eucharistia) saltem semel in hebdomada mutetur et renovetur ».

558. — *De Communione sub utraque specie*

« 18. Item, utrum credat, quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum, ab Ecclesia universali observata, et per sacrum concilium Constantiae approbata, sit servanda sic, quod non liceat eam reprobare aut sine Ecclesiae auctoritate pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppositum praemissorum, tanquam haeretici vel sapientes heresim, sint arcendi et puniendi ». — Artt., de quibus errorum Wikleff et Huss suspecti ex mandato Martini V. in B. *Inter cunctas* sunt interrogandi.

« Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie asserere praesumant, populum Christianum debere sacrum eucharistiae sacramentum sub utraque panis et vini specie suscipere, et non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, etiam post coenam vel alias non ieiunum, et communicandum esse pertinaciter asserant contra laudabilem Ecclesiae consuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc est, quod hoc praesens concilium... declarat, decernit et definit, quod licet Christus post coenam instituerit et suis discipulis administraverit sub utraque specie panis et vini hoc venerabile sacramentum, tamen hoc non obstante sacrorum canonum auctoritas laudabilis et approbata consuetudo Ecclesiae servavit et servat, quod huiusmodi sacramentum non debet confici post coenam, neque a fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis a iure vel Ecclesia concesso vel admisso. Et similiter, quod licet in primitiva Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie: tamen haec consuetudo ad evitandum aliqua pericula et scandala est rationabiliter introducta, quod a conficientibus sub utraque specie, et a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur, cum firmissime credendum sit et nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus et sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri, etc. Quapronter dicere, quod hanc consuetudinem aut legem observare sit sacrilegum aut illicitum, censeri debet erroneum, et pertinaciter, asserentes oppositum praemissorum tanquam haeretici arcendi sunt et graviter puniendi per Dioecesanos locorum seu officiales eorum aut inquisitores haereticae pravitatis, etc. ». — Definitio Cone. Constans. Sess. XIII. de Commun, sub utraq. spec, confirm, a Martino V. per B. ***In*** *eminentis* VIII. kal. Mart. 1418.

« Consultum videtur, quod Ecclesiae in communi concilio statueret, laicos sub utraque specie communicandos: nec Bohemi communicantes sub utraque specie sunt haeretici, sed schismatici ». — Pr. 1G. errorum Martini Lutheri dd. a Leone V. per B. *Exurge Domine* 1G. Maii 1520.

‹ Cap. 1. *Laicos et clericos non conficientes non adstrinyi iure divino ad Communionem sub utroque specie.* — Itaque sancta ipsa Synodus, a Spiritu Sancto, qui Spiritus est sapientiae ct intellectus, Spiritus consilii et pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiae indicium ct consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo divino praecepto laieos, et clericos non conficientes, obligari ad eucharistiae sacramentum snb utraque specie sumendum; neque ullo pacto, salva fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat. Nam etsi Christus Dominus in ultima coena venerabile hoc sacramentum in panis et vini speciebus instituit, et Apostolis tradidit: non tamen illa institutio et traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstringantur. Sed neque ex sermone illo, apud loannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei communionem a Domino praeceptam esse: utcunque iuxta varias sanctorum patrum, et doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum: Et qui dixit: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: dixit etiam: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denique qui dixit: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo; dixit nihilominus: Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

Cap. 2. *Ecclesiae potestas circa dispensationem sacramenti eucharistiae.* — Praeterea declarat, hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quae suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire indicaret. Id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, eum ait: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei: atque ipsum quidem hac potestate usum esse, satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso sacramento, cura, ordinatis nonnullis circa eius usum: Caetera, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianae religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset, tamen progressu temporis latissime iam immutata illa consuetudine, gravibus et iustis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, et pro lege habendam decrevit: quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiae auctoritate pro libito mutare non licet.

Cap. 3. *Totum et integrum Christum, ac verum sacramentum sub qualibet specie sumi.* — Insuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, in supremae illa coena hoc sacramentum in duabus speciebus instituerit, et Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia, necessaria ad salutem, eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.

Cap. 4. *Parvulos non obliyari ad communionem sacramenialem.* — Denique eadem sancta Synodus docet, parvulos usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem eucharistiae communionem: siquidem per baptismi lavacrum regenerati, ct Christo incorporati adeptam iam liliorum Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

Can. 1. Si quis dixerit, ex Dei praecepto, vel necessitate salutis, omnes et singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi eucharistiae sacramenti sumere debere; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam catholicam non iustis causis et rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; A. S.

Can. 3. Si quis negaverit, totum et integrum Christum omnium gratiarum fontem et auctorem, sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenirent, necessariam esse eucharistiae communionem; A. S. ». —Cf. S. 22. Decret, super petitione concessionis Calicis.

560. — *De prima puerorum Communione*

«Nulla canonica lege sancitum est, ne communio ministretur pueris ante duodecimum annum... Meminerint parochi se pueris, quo rite dispositos invenerint, diutius denegare non posse panem illum supersubstantialem, qui est animae vita et perpetua sanitas mentis ». — S. C. C. 15. Mart. 1851. A. S. S. V. 22. p. 243.

« An decreta episcopi Anneciensis (quibus determinabatur modus admittendi pueros ad primam communionem, tempus quo haec fieri deberet, aetas 12. annor., etc.) sint confirmanda vel infirmanda, in casu? — R. Attentis locorum et temporis circumstantiis, affirmative ad primam partem iuxta modum». — Modus est, ne episcopus parochos prohibeat ab admittendis ad primam communionem iis pueris, de quibus certo constat eos ad discretionis aetatem iuxta Conciliorum Lateranensi IV. et Tridentini decreta pervenisse ». — « Sanctissimus vero in audientia diei 23. Iulii iussit declarari verba *ad primam communionem* esse intelligenda ad exclusionem primae communionis in forma solemni ». — S. C. C. 21. Ini. 1888. — Hanc vero card, praefectus explicationem episcopo transmisit: « Il parroco puô dare la s. communione ad un giovinetto, che crede istruito, e che dice avere la discrezione di capire qnello che fa, ma privatamente, senza alcuna solennità e pubblicità; ma quando si tratta di amministrare la s. communione in forma pubblica e solenne, secondo il costume delle Chiese di Francia, deve osservarsi il decreto vescovile ».

567. — *De Communione danda capite damnatis*

‹ Qui consuetudinarii sunt, recidivi, salutis incnrii, sacramenta per annos relinquentes etc. morbo correpti sacerdotem advocant, datis signis quibusdam infirmis quidem et valde suspectis; quae sacramenta ipsis ministrari absolute debent, supposito mortis periculo? quae negari? Quid si talis infirmus necdum primam communionem fecerit?

R. Consulat .missionarius) probatos auctores. Meminerit tamen in mortis articulo quemlibet fidelium, qui signa dat resipiscentiae, a quolibet sacerdote absolvi de quibusvis peccatis et censuris posse, et nemi-
nem tunc repelli a participatione sacramentorum, nempe extremae unctionis, si aegrotent, et ssmi Viatici, nisi quoad viaticum obiiciatur consuetudo, qua iis qui extremo supplicio mox punientur denegatur, de qua quidem consuetudine nihil hic pronunciatur ». — S, C. S. 0. 9. Maii 1821. C. 724.

‹ 1. Quid de ebristianis vel sacerdotibus, propter fidem non solum ad carceres perpetuos vel temporales damnatis, sed ad mortem laqueo vel gladio subeundam? Potestne illis deferri ss. sacramentum pridie, vel ipso die eorum exeeutionis? Et tunc debet illis administrari tanquam viaticum moribundis, vel tanquam communio ordinaria benevalentibus? — 2. Quid de ebristianis ad carcerem vel etiam ad mortem damnatis non propter fidem sed ob crimina vera, vel illis iniuste imputata (quod non raro)? Potestne illis attritis et sacramentaliter absolutis deferri ss. eucharistiae sacramentum, maxime si illud petant? — R. Ad 1.um› Affirmative, et per modum viatici. — Ad 2.0m Affirmative, et ad mentem, quae est ut vicarius ap. quam maxime curet, ut damnati ad mortem coelesti pane reficiantur ». — S. C. de P. F. 21. Iui. 1841. C. 728.

568. — *De praeparatione ad Communionem*

‹ 15. Magnus est error eorum, qui ad sacramentum eucharistiae accedunt, huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi conscii alicuius peccati mortalis, quod praemiserint orationes suas et praeparatoria: omnes illi indicium sibi manducant et bibunt. Sed si credant et confidant se gratiam ibi consecuturos, haec sola fides facit eos puros et dignos ». — Pr. Mart. Luth. d. a Leone X. — « 22. Sacrilegi sunt indicandi, qui ius ad communionem percipiendam praetendunt antequam condignam de delictis suis poenitentiam egerint. — 23. Similiter arcendi sunt a sacra communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, et omnis mixionis expers ». — Ppr. dd. ab Alex. VIIL Cf. C. 719. 722.

De dispositionibus necessariis ad ss. Viaticum recipiendum

* Infirmo ad mortem, qui absolutione peccatorum dignus habitus fuerit, ss. quoque Viaticum concedendum est ». — S. C. de P. F. 26. Iui. 1845.

<Non administrandum \iaticum, nisi saltem discernant cibum spiritualem a corporali, cognoscendo et credendo in sacra hostia praesentiam Christi Domini ». — S. C. S. 0.10. Apr. 1861.

573. 575. — *De Confessione Communioni praemittenda*

‹ 38. Mandatum Tridentini factum sacerdoti (sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali) confitendi quamprimum, est consilium, non

praeceptum.'—39. Illa particula *quamprimum* intelligitur, cum sacerdos suo tempore confitebitur ». — Ppr. dd. ab Alex. VII.

579. — *Frequens communio*

<56. Frequens confessio et communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota praedestinationis ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

Decretum S. C. C. 12. Febr. 167!). approbatum ab InnocentioXI. ‹ Etsi frequens quotidianusve sacrosanctae eucharistiae usus a ss. patribus fuerit semper in Ecclesia probatus: nunquam tamen, aut saepius illam percipiendi aut ab ea abstinendi, certos singulis mensibus aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum praescripsit, sed quasi humanam infirmitatem secura reputaret, nihil praecipiens, quid cuperet tantum indicavit, cum inquit: Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis missis fideles adstantes sacramentalis eucharistiae perceptione communicarent. Idque non immerito: multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variae ob negotia spiritus alienationes; multae e contra gratiae et Dei dona parvulis concessa; quae cum humanis oculis scrutari non possimus, nihil certe de cuiusque dignitate aut integritate, et consequenter de frequentiori aut quotidiano vitalis panis esu potest constitui, et propterea quod ad negotiatores ipsos attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus confessariorum secreta cordis explorantium indicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate et frequentiae fructu, et ad pietatem processu, laicis negotiatoribus et coniugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis praescribere debebunt. In coniugatis autem hoc amplius animadvertent, cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos serio admoneant, tanto magis ob sacratissimae eucharistiae reverentiam continentiae vacandum puriorique mente ad coelestium epularum communionem esse conveniendum.

In hoc igitur pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut a frequenti aut quotidiana sacrae communionis sumptione unica praecepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur, sed magis quid singulis permittendum per se aut parochos seu confessarios sibi decernendum putent, illudque omnino provideant, ut nemo a sacro convivio, seu frequenter seu quotidie accesserit, repellatur, et nihilominus dent operam, ut unusquisque digne pro devotionis et praeparationis modo rarius aut crebrius Dominici corporis suavitatem degustet.

Itidem moniales quotidie sacram communionem petentes admonendae erunt, ut in diebus ex earum ordinis instituto praestatutis communicent; si quae vero puritate mentis eniteant et fervore spiritus ita incaluerint, ut dignae frequentiori aut quotidiana sanctissimi sacramenti perceptione videri possint, id illis a superioribus permittatur. Proderit etiam praeter parochorum et confessariorum diligentiam opera quoque condonatorum uti et cum eis constitutura haberi, ut cura fideles ad sanctissimi sacramenti frequentiam (quod facere debent) accesserint, statira de magna ad illud sumendum praeparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos, qui ad freqnentiorem aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive laici negotiatores, sive coniugati, sive quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate sacramenti ac divini indicii formidine discant coelestem mensam, in qua

Christos est, revereri: *et* si quando se minus paratos senserint, ab ca abstinere seque ad maiorem praeparationem accingere. Episcopi autem, in quorum dioecesibus viget huiusmodi devotio erga sanctissimum sacramentum. pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiae et indicii temperamento alere debebunt, et ab eorum officio postulari sibi maxime persuadebunt, nulli labori aut diligentiae parcendum, ut omnis irreverentiae aut scandali suspicio in veri er immaculati agni perceptione tollatur, virtutesque ac dona in sumentibus augeantur: quod abunde continget, si ii. qui devoto huiusmodi studio, divina praestante gratia, tenentur, seque sacratissimo pane frequentius refici cupiunt, suas vires expendere seque probare eum timore et caritate assueverint... Porro episcopi et parochi seu confessarii redarguant asserentes, communionem quotidianam esse de iure divino... Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici sacerdoti non approbato ab episcopo aut Ordinario ›.

580. — *De hora ieiunii requisiti ad Communionem* — Cf. De 6/ Ecclesiae praecepto n. 1571.

De ieiunio quoad recenter baptizatos

‹ Sale a catechumenis in collatione baptismi praegustato, etsi ieiunium frangi videatur, adhuc tamen nullum dubium est, quin ad sacram Communionem, suscepto baptismate, admitti possint, imo vero debeant: ita omnino ecclesia, in cuius potestate est a generali lege ieiunii eucharistici, ab ipsamet iis inducta qui extra mortis periculum sacram Communionem recipere cupiunt, in peculiaribus casibus dispensare, in Rituali romano praescribente, ubi ritum tradit quo baptismus adultis conferendus est ». — S. C. de P. F. 13. Febr. 1806.

595. — *Ieiunium requisitum quoad missam*

‹ Se per ragione di scandalo o di ammirazione si possa giammai celebrare la seconda messa dopo la prima quando già è stato infranto il digiuno. — R. Negative ». — S. C. S. O. 2. Dee. 1874. C. 793.

606. — *De natura sacrificii missae*

* 5. Non est fundatum in evangelio, quod Christus missam ordinaverit ». — Pr. Ioann. Wicleff d. a Cone. Const.

‹ 45. Sacrificium missae non alia ratione est sacrificium, quam generali illa, qua omne opus, quod fit. ut sancta societate Deo homo inhaereat ». — Pr. Mich. Baii d. a S. Pio V.

« Profiteor in missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis ».— Prof. fid. Trid. Idem iisdem verbis habetur Prof. fid. Orient, praescr. ab Urb. VIII. et a Ben. XIV.

Concilium Tridentinum. Decretum de Sacrificio Missae. S. 22.

‹ Cap. 1. *De institutione sacrosancti missae sacrificii.* — Quoniam sub priori testamento, teste Apostolo Paulo, propter Levitici sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat: oportuit. Deo Patre misericordiarum ita ordinante, sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum lesum Christum, qui posset omnes quotquot sanctificandi essent, consummare, et ad perfectum adducere. Is igitur Deus et Dominus noster, etsi semel seipsum in ara erucis, morte intercedente, *

Deo Patri oblaturus erat, ut aeternum illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendum non erat, in coena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectae sponsae suae Ecclesiae visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum repraesentaretur, eiusque memoria in finem usque sacculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur; sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum constitutum declarans, corpus et sanguinem suum sub speeiebns panis et vini Deo Patri obtulit; ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, quos tunc novi testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; et eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecepit per haec verba: Hoc facite in meam commemorationem, uti semper catholica Ecclesia intellexit, et docuit; nam celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, eripuitque de potestate tenebrarum, et in regnum suum transtulit. Et haec quidem illa munda oblatio est, quae nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest: quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam praedixit: et quam non obscure innuit Apostolus Paulus, Corinthiis scribens, cum dicit, non posse eos, qui participatione mensae daemoniorum polluti sunt, mensae Domini participes fieri: per mensam altare utrobique intelligens. Haec denique illa est, quae per varias sacrificiorum, naturae et legis tempore, similitudines figurabatur; utpote quae bona omnia, per illa significata, vehit illorum omnium consummatio et perfectio complectitur.

Cap. 2. *Sacrificium visibile esse propitiatorium pro vivis et defunctis.* — Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in missa peragitur, idem ille Christus continetur, et incruente immolatur, qui in ara crucis semel seipsum cruente obtulit, docet sancta Synodus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut, si cum vero corde, et recta fide, cum metu et reverentia, contriti, ac poenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam et donum poenitentiae concedens, crimina et peccata, etiam ingentia dimittit. Una enim cademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cuius quidem oblationis cruentae, inquam, fructus per hanc uberrime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus, sed *et pro* defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, rite, iuxta Apostolorum traditionem, offertur.

Cap. 3. *De missis in honorem sanctorum.* — Et quamvis in honorem et memoriam sanctorum nonnullas interdum missas Ecclesia celebrare consueverit; non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit: unde nec sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum pa-

trocinia implorat: ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris.

Cap. I. *De canone missae.* — Et cum sancta sancte administrari conveniat. sitque hoe omnium sanctissimum sacrificium,· Ecclesia catholica, ut digne reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum canonem multis ante saeculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur. quod non maxime sanctitatem, ac pietatem qnandam redoleat, mentesqne offerentium in Deum erigat; is enim constat eum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

Cap. 5. *De solemnibus missae sacrificii caeremoniis.* — Cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli: propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quaedam submissa voce, alia vero elatiore, in missa pronuntiarentur, instituit Caeremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex apostolica disciplina et traditione, quo et maiestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per haec visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, quae in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Cap. 6. *De missa, in qua solus sacerdos communicat.* — Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam eucharistiae perceptione communicarent: quo ad eos sanctissimi huius sacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen, si id non semper fiat, propterea missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat, si quidem illae quoque missae vere communes censeri debent: partim quod in eis populus spiritualiter communicet; partim vero, quod a publico Ecclesiae ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur.

Cap. 7. *De aqua, in calice offerendo, vino miscenda.* — Monet deinde sancta Synodus, praeceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent: tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia e latere eius aqua simul cum sanguine exierit, quod sacramentum hac mixtione recolitur, et cum aquae in Apocalypsi beati loannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repraesentatur.

Cap. 8. *De missa vulgari lingua passim non celebranda: et mysteriis eius populo explicandis.* — Etsi missa magnam contineat populi fidelis eruditionem: non tamen expedire visum est patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem retento nbique cuiusque Ecclesiae antiquo, et a sancta romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre et magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant: et non sit, qui frangat eis, mandat sancta Synodus pastoribus, et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter missarum celebrationem vel per se, vel per alios ex iis, quae in missa leguntur, aliquid exponant: atque inter caetera sanctissimi huius sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus praesertim Dominicis et festis.

Can. 1. Si quis dixerit, in missa non offerri Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum; A.S.

Can. 3. Si quis dixerit, missae sacrificium tantum esse laudis, et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti; neque pro vivis et defunctis; pro peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus offerri debere; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in cruce peracto, per missae sacrificium, aut illi per hoc derogari; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, imposturam esse, missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, canonem missae errores continere, ideoque abrogandum esse; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, caeremonias, vestes, et externa signa, quibus in missarum celebratione Ecclesia catholica utitnr, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, Ecclesiae romanae ritum, quo submissa voce pars canonis, et verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem; A. S. ».

610. — *Missa pro infidelibus, pro haereticis, pro excommunicatis*

Benedictus XIV., Const. *Σχ quo,* 1. Mart. 1756., loquens de disciplina orientalium, qui in sacra liturgia memoriam regis faciunt, licet sit infidelis, haec habet: « Si quis autem quaereret, qua ratione id tolerari possit, ubi certo constet, reges illos, pro quibus orant, et quorum commemorationem in liturgia faciunt, infideles esse; huic Ven. Card. Bellarminus responderet (uti reipsa respondit...) nequaquam vetitum esse ex natura rei, ut aiunt Theologi, orare in missa etiam pro infidelibus; quandoquidem sacrificium crucis pro omnibus oblatum fuit. Et sane D.Thomas in 4. Sent. Dist. 12. q. 2. art. 2. q.a 2. ad 4. docet, quod quamvis S. Augustinus in libro *de Origine animae* scripserit, sacrificium pro iis tantum offerri, qui sunt membra Christi, haec tamen sententia ita accipi debet, ut eos omnes complectatur, qui vel iam Christi membra sunt, vel tales evadere possunt. Quare idem Cardinalis subdit, rem totam ex interdicto Ecclesiae esse dimetiendam: Certum est ex natura rei, si nulla sit prohibitio Ecclesiae, licere offerre pro huiusmodi hominibus; de infidelibus loquitur. Cumque huiusmodi prohibitio exstet quoad excommunicatos, adeoque quoad haereticos et schismaticos, non vero quoad infideles, qui excommunicatione non ligantur; hoc satis esse ait, ut de his commemoratio fieri possit in missa, atque etiam pro his sacrificium offerri iuxta manifestam hac de re traditionem, et constitutionem apostolicam. Sed quaeret aliquis, utrum,

si rex infidelis est, ut in Graecia, ubi Turea dominatur, et in India, et in laponia, et apud Sinas, ubi ethnici regnant, licent sacerdotibus, qui ibi sunt, expresse offerre pro rege. Respondeo: Existimo licere, modo rex ille non sit exeommunieatus, nt sunt reges haeretici, sed paganus sive ethnicus. Nam haec traditio, immo et constitutio, apostolica est, ut paulo ante ostendimus. Neque exstat, quod sciam, ulla Ecclesiae manifesta prohibitio. Ad haec non inutiliter subiiciendus occurrit textus Tertulliani ad Scapulam Cap. 2., ubi sie legitur: Sacrificamus pro saluto Imperatoris. sed Deo nostro et ipsius, sed quomodo praecepit Deus, pura prece; non enim eget Deus, conditor universitatis, honoris aut sanguinis alicuius. Verum relictis in sua probabilitate huiusmodi assertionibus, etc. ».

Missa pro defunctis utiliter offertur

‹ Quod si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis; eorum animas poenis purgatorii... post mortem purgari: et ad poenas huiusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynam, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum ecclesiae instituta ». — Conf. fid. Mich. Palaeol. Idem iisdem verbis definitur in C. Flor. Deer. Un. in B. Eugeni IV. *Laetentur coeli.*

611. — *Sacrificium missae a merito sacerdotis independens*

‹ In sacrificio eucharistiae... nihil a bono maius vel a malo minus perfici sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris et in virtute Spiritus Sancti ». — Prof. fid. Wald, praescr. 9

612. — *Missa de requie pro vivis applicata, vel pro aliis*

* 1.° An liceat sacerdotibus uti paramentis nigris, et celebrare missam de requie, ut satisfaciant obligationi, quam susceperunt, celebrandi secundum intentionem dantis eleemosynam, quando prorsus ignorant, quaenam sit illius intentio, pro defunctis necne? 2.° An liceat sacerdotibus uti paramentis nigris et celebrare missam de requie, ut satisfaciant obligationi, quam susceperunt celebrandi pro viris? — R. Ad 1utn affirmative; ad 2.°“ affirmative, modo non diverse praescripserit qui dedit eleesinam ». — S. C. de P. F. 13. Oct. 1856.

« An sacerdos in exequiis persolvendis missam celebrans, non recepto stipendio, debeat pro ipso defuncto, vel possit *pro aliis,* petentibus, et eleemosynam offerentibus sacrificium applicare queat? — R. Negative ad primam partem·, affirmative ad secundam ». — S. C. C. 27. Apr. 1895. M. E.V.9. P. 1.p. 73.

614. — *De. applicatione fructus sacrificii*

‹ 30. Doctrina Synodi, qua, dum profitetur, credere sacrificii oblationem extendere se ad omnes, ita tamen ut in liturgia fieri possit specialis commemoratio aliquorum, tam vivorum quam defunctorum, precando Deum peculiariter pro ipsis: dein continuo subiicit: Non tamen quod credamus in arbitrio esse sacerdotis applicare fructus sacrificii cui vult, imo damnamus hunc errorem, vclut magnopere offendentem iura Dei. qui solus distribuit fructus sacrificii cui vult, et secundum mensuram

quae ipsi placet; unde et consequenter traducit velut falsam opinionem invectam in populum, quod illi, qui eleemosynam subministrant sacerdoti sub conditione quod celebret unam missam, specialem fructum ex ea percipiant; sic intellecta, ut, praeter peculiarem commemorationem et orationem, specialis ipsa oblatio seu applicatio sacrificii, quae fit a sacerdote, non magis prosit (caetcris paribus) illis pro quibus applicatur, quam aliis quibusque; quasi nullus specialis fructus proveniret ex speciali applicatione, quam pro determinatis personis aut personarum ordinibus faciendam commendat ac praecipit ecclesia, speciatim pastoribus pro suis ovibus, quod velut ex divino praecepto descendens a sacra Tridentina Synodo diserte est expressum, S. 23. C'. 1. de R., Bened. XIV. C. *Cum semper oblatas,* § 2.; Falsa, temeraria, perniciosa, ecclesiae iniuriosa, inducens in errorem alias damnatum in Wicleffo ». — Pr. »Syn. Pist. d. a Pio VI.

« 19. Speciales orationes, applicatae uni personae per praelatos vel religiosos, non plus prosunt eidem, quam generales, caeteris paribus ». — Art. Joann. Wickleff. d. a C. Const.

621· — *De multiplici missarum stipendio* Ihl

« 10. Non est contra iustitiam, pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, et sacrificium unum offerre. Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione, etiam iuramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram». — Pr. d. ab Alex. VII.

« 8. Duplicatum stipendium potest sacerdos pro eadem missa licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post decretum Urbani VIII. ». — Pr. d. ab Alex. VII.

622. — *De obligatione celebrandi ratione beneficii*

« 1. An sacerdotes, obligati ratione beneficii, capellaniae, legati, aut stipendii celebrare quotidie missam per se ipsos possint aliquando a celebratione vacare? 2. Quando et quoties a dicta celebratione vacare possint? 3. An diebus licitae vacationis possint missam pro se ipsis, vel aliis, praeterquam pro fundatoribus celebrare, et quatenus affirmative, 4. An pro aliis celebrando possint stipendium pro huiusmodi celebratione recipere? 5. An illis diebus, quibus licite vacant a celebratione, teneantur missam ab aliis celebrari facere iuxta intentionem fundatorum? 6. An sacerdotes, ut supra, obligati celebrare missam quotidie, absque tamen onere celebrandi per seipsos, possint aliquando a celebratione vacare? — R. Ad 1.',m et 2.um affirmative, concurrente aliqua rationabili causa. Ad 3.„m 4.ura et 6."m negative. Ad 5.um distulit resolutionem ». S. C. C. 18. Sept. 1683. Et sub. d. 13. Nov. 1683. respondit quoad 5.““ dubium « quod dabitur resolutio in casibus particularibus ». Cf. A. S. S. V. 7. p. 179., Bened. XIV. Notifie. 56.

De obligatione applicandi missam diebus festis suppressis quoad bénéficiâtes

« Cum plnra beneficia a fundatione onus habeant missae in omnibus festis diebus applicandae, dubium emergit, utrum singuli bénéficiât] ad id obligentur, etiam in festis hucusque ab Apost. Sed. suppressis? —

R. Iuxta resolutiones, alias in similibus editas, teneri » — S. C. C. 15. Dee. 1856.

An obligatio extet celebrandi missam in tali Ecclesia, vel altari pro *diebus tantum festis de praecepto* impositam, etiam iis diebus, qui cum de praecepto essent tempore fundatoris postea suppressi fuerunt? — R. Negative, si nempe ea obligatio imposita fuerit pro maiori tantum populi commoditate. S. C. EE. et RR. 1. Mart. 1872. Cf. A. S, S. V. 7. p. 276.

De missa pro populo — Cf. n. 213.

623. — *De liceitate stipendii pro celebratione missarum*

‹ 54. Item, quae velut turpem abusum notat unquam praetendere eleemosynam pro celebrandis missis et sacramentis administrandis, sicuti et accipere quemlibet proventum dictum *stolae,* et generatim quodcumqne stipendium et honorarium quod suffragiorum aut cuiuslibet parochialis functionis occasione offertur; Quasi turpis abusus crimine notandi essent ministri Ecclesiae, qui secundum receptum et probatum Ecclesiae morem et institutum utuntur iure promulgato ab Apostolo accipiendi temporalia ab his quibus spiritualia ministrantur; Falsa, temeraria, ecclesiastici ac pastoralis iuris laesiva, in Ecclesiam eiusque ministros iniuriosa ». — Pr. Svn. Pistor, d. a Pio VI.

264. — *De oneribus missarum nimium non multiplicandis*

Prohibitum est C. Innocentii XII. *Nuper* 25. Dec. 1697. nova suscipere missarum onera, nisi prioribus iam susceptis *infra modicum tempus* satisfieri possit, vel si non possit id oblatores sciant et consentiant. Modicum autem tempus definivit S. C. C. 17. Jul. 1655. esse unum mensem. Hinc, ne missarum stipendia nimium accumulentur, plures fiunt in ead. C. praescriptiones. Inter alia praecipitur Ecclesiarum rectoribus, et superioribus regularibus, ut in loco magis patenti et obvio retineatur tabella onerum perpetuorum et temporalium litteris perspicuis et inteiligibilibus descriptorum. Itemque, ut duos libros retineant, ac in altero singula onera perpetua et temporalia, in altero autem missas manuales, earnmque adimplementum annotent, et singulis annis suis praelatis rationem reddant. Bencd. XIV. de Svn. l. 12. e. 7. n. 4. et 5., La-Croix n. 68. 98.100.106.110. 111. Cf. M. E. V. 5. P. 2. p. 17., V. 8. P. 2. p. 25., C. 866.

De missa alteri commissa, retenta parte stipendii

* 9. Post decretum Urbani potest sacerdos, cui missae celebrandae traduntur, per alium satisfacere, collate illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta ». — Pr. d. ab Alex. VII.

In beneficiis, quae conferuntur in titulum, non tenetur beneficiatus dare stipendium ad rationem redituum beneficii; « sed satis est, ut rector beneficii, qui potest per alium celebrare, tribuat sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem civitatis vel provinciae, nisi fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit ». — S. C. C. appr. Urbano VIII. C. *Cum saepe* 21. lun. 1625. Cf. A. S. S. V. 4. p. 39. seqq. 537. seq., C. 867.

‹ Licere capellano amovibili retinere partem stipendii, modo *pro capellania* certi reditus sint annuatim constituti, secus vero si huiusmodi

capcllauo *pro qualibet missa* celebranda certa detur eleemosyna S. C. C. 15. Mart. 1745.

«Capellani pro aliqua die cuiuslibet hebdomadae legitime impediti, qui missarum celebrationem per alium sacerdotem satisfaciunt, non tenentur huic sacerdoti persolvere stipendium pro capellanis statutum, sed solum eleemosynam manualem ». — S. C. C. 14. Apr. 1725.

‹ Integra eleemosyna solvenda (a parocho in missis manualibus) ; nisi morali certitudine constet excessum communis eleemosynae oblatum fuisse intuitu ipsius parochi ». — S. C. C. 25. Iui. 1874. Cf. M. E. V. 6. P. 1. p. 169. seqq.

Testator reliquit Ecclesiae N. 500. sent., ut ex redditibus quotannis tot missae celebrarentur quot celebrari possent, eleemosyna data trium libellarum pro unaquaque. Quaeritur: praedicta Ecclesia posset dare celebranti unam libellam aliis duabus sibi retentis? — Responsum fuit: «deberi sacerdoti celebranti solitam eleemosynam tantum; reliquum vero cedere ad commodum Ecclesiae ». — S. C. C. 3. Aug. 1638. A. S. S. V. 4. p. 41.

Catharina de Saccharo imposuit haeredibus celebrationem tot missarum annuarum in perpetuum, trium libellarum eleemosyna pro unaquaque, quot fructibus haereditatis celebrari possent. Harum pars contigit seminario, quod petiit a S. C., an posset pro unaquaque missa dare unam libellam. — Responsum fuit: affirmative. 18. Iui. 1690. —Cf. M. E. V. 1. p. 479. seqq.

De reductione missarum

« An episcopus possit *onera missarum, nondum acceptata,* reducere absque beneplacito Sedis Apost., sive huius S. C. quoties (ob tenuitatem legati) reductionem necessariam esse indicaverit ex eo, quod locus pius legatum acceptare recuset, non diminuto onere?— R. Negative ». S. C. C. 20. lun. 1682. Cf. Decreta eiusdem S. C. edita auctoritate Urbani VIII. 21. lun. 1625. et 23. Nov. 1697., C. *Nuper* Innocenti XII., La-Croix 63. seqq., L. 331., de Priv. 70., Lucidi de Visit, c. 7. § 1. n. 78., Bened. XIV. de Syn. 1.13. c. ult. n. 18., C. 866.

De ecclesiarum administratoribus

« An permittendum sit administratoribus ecclesiarum, aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiae, altarium, inservientium, paramentorum, luminum, vini hostiae et similium ». S. C. C. decreto ab Urbano VIII. approbato 21. Iui. 1625., et confirmato ab Innocentio XII. 23. Nov. 1697. respondit: «permittendum non esse, ut Ecclesiae ac loca pia, seu illorum administratores ex eleemosynis missarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in missarum celebratione, *nisi cum Ecclesiae et loca pia alios non habent reditus,* quos in usum earumdem expensarum erogare licite possunt, et tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quae pro ipsomet tantum missae sacrificio necessario sunt subeundae, et nihilominus eo etiam casu, curandum esse, ut ex pecuniis, quae supersunt, expensis, ut supra, deductis, absolute tot missae celebrentur, quot praescriptae fuerint *ab offerentibus eleemosynas* ». Praefata prohibitio respicit *missas manuales;* minime vero

legata aliasque perpetuas fundationes, a quibus integrum erit utensilium taxam praevalere, ut pluries ab eadem S. C. C. resolutum est in casibus particularibus. A. S. S. V. 21. p. 301. seq., M. E. Conversano V. 5. P. 2. p. 147. Itenique eadem S. C. C. 7. lui. 1726. statuit: ‹ Arohipresbyterum non teneri ad subministranda utensilia, de quibus agitur, (vinum et hostias) iis, qui celebrant in sua Ecclesia ex obligatione *beneficii, sire capellainae,* exceptis illis, cum quibus habent conventiones particulares. Quoad missas vero adventitias teneri ad dictam subministrationem, quatenus permittat eas in sua ecclesia celebrari, nec teneri ad has missas adventias admittendas, nisi solutis utensilibus per celebrantes ». — A. S. S. V. 12. p. 234. scqq., V. 21. p. 301. seqq., I). 96. ad 3.

625. — *Missarum stipendia intuitu personae*

‹ ....Exponunt: Ad notitiam devenisseBr.30.lun. 1741. *Quanta cura....* .....Quoniam in illis (Hollandiae) regionibus sub haereticorum, vel infidelium iugo nulla adsunt beneficia ecclesiastica, seu certi redditus ad vitae snbstentationem, Pastoribus et missionariis catholicis a piis fidelibus dari solent pinguia missarum stipendia et eleemosynae pro carumdem missarum celebratione, ut ex ipsis stipendiis et eleemosynis sustentationem recipiant in defectum, ut supra, beneficiorum, sive certorum reddituum ecclesiasticorum. Quandoque vero eadem stipendia et eleemosynae dantur ratione quidem particularis affectionis, vel gratitudinis erga illos missionaries, et pastores, sed non sine respectu ad supradictam sustentationem; multoties etiam, praecipue in exequiis, anniversariis, et maioribus festis, supradicta stipendia, et eleemosynae missarum dantur per modum unius honorarii, quod occasione sacramentorum poenitentiae, et sacrae communionis ex pia devotione fideles conferre solent. Quae cum ita sint, pastores, et missionarii nullum habuerunt scrupulum retinendi sibi ipsis partem stipendiorum et eleemosynarum, et demandare aliis sacerdotibus indigentibus, qui sub nomine *sacellani,* sive *coadiutores* assistunt, et vicem eorumdem missionariorum, et pastorum gerunt, quando sunt absentes, vel morbo impediti, aliisque in similibus necessitatibus; quod si missionarii, et pastores tenerentur totam deinceps tradere eleemosynam receptam pro celebratione missarum sacerdoti substituto, qui sacrificium offert, vel ipsi missionarii congrua substentatione privarentur, vel si partem et portionem dicti stipendii, sive eleemosynae dare nequirent sacerdoti celebranti praecipue pro sacellanis,et coadiutoribus ut supra necessariis, huiusmodi subsidium deficeret in illis regionibus, in quibus redditus certi, ac beneficia pro ministrorum Ecclesiae sustentatione deficiunt.

His igitur, aliisque particularibus circumstantiis sedulo perspectis, demississime supplicant Sanctitati vestrae pro opportuna declaratione.

K. SSmus D. N. Benedictus d. p. Papa XIV. vivae vocis oraculo benigne declaravit in prohibitione contenta in superius enunciato Brevi non comprehendi praedictos casus: et insuper mandavit hanc suae mentis declarationem praedictis oratoribus, aliisque, quibus opus fuerit, per officium S. Pocnitentiariae esse significandum... ». — S. Poenit. 6. Apr. 1742.

626. — *Quomodo lutandae missae*

«Si tribuens eleemosynam numerum missarum celebrandarum non praescripserit, tunc tot missae celebrari debent, quot praescripserit Ordinarius secundum inorem civitatis vel provinciae ».— Innoc. XII. C. *Nuper,* La-Croix n. 90.

627. —I *De mercimonio occasione missarum*

* Moderator cuiusdam diarii religiosi a *S. Poenitenliaria* postulat, utrum tuta conscientia suum diarium dare possit sacerdotibus ea conditione, ut celebrent numerum missarum respondentem pretio, quod ab aliis pro diario solvitur? — R. Affirmative, dummodo missae celebrentur ». — S. Poenit. 6. Oct. 1862.

‹ 1° Sacerdos sub praetextu libros religiosos divulgandi, potestne, tuta conscientia, hos emere et postea vendere pretio currente apud bibliopolas, ita ut 20. 30. vel 40. pro centum lucretur? — 2° Potestne missarum stipendia accipere pro venditis libris et ementi offerre gratuito libros lucro percepto proportionates ?— 3° Idem sacerdos potestne vendere praedictos libros aliis sacerdotibus stipendio missarum carentibus, cura obligatione missas pretio horum librorum respondente celebrandi, ita ut ipse lucrum 30. 40. vel 50. pro centum obtineat? — B. Quodlibet negotiationis vel mercaturae genus relative ad missas celebrandas sacerdotibus prohiberi iure canonico, et speciatim Constitutione Benedict. XIV. *Apostolicae servitutis.* Quod si praedicto sacerdoti dubium quodpiam remaneat, illud S. Poenitentiariae exponat ». — S. Poenit. 19. Nov. 1863.

« 1. An turpe mercimonium sapiat, ideoque improbanda et poenis etiam ecclesiasticis, si opus fuerit, coercenda sit ab episcopis eorum bibliopolarum vel mercatorum agendi ratio, qui, adhibitis publicis invitamentis et praemiis, vel alio quocumque modo missarum eleemosynas colligunt, et sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam sed libros aliasve merces rependunt?

2. An haec agendi ratio ideo cohonestari valeat, vel quia nulla facta imminutione, tot missae a memoratis collectoribus celebrandae committuntur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus sacerdotibus eleemosynis missarum carentibus subvenitur?

3. An huiusmodi eleemosynarum collectiones et erogationes tunc etiam improbandae et coercendae, ut supra, sint ab episcopis, quando lucrum, quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur?

4. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi atque etiam coercendi, ut supra, sint ii, qui acceptas a fidelibus vel locis piis eleemosynas missarum tradunt bibliopolis, mercatoribus, aliisque earum collectoribus, sive recipiant, sive non recipiant quidquam ab iisdem praemii nomine?

5. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi, ut supra, sint ii, qui a dictis bibliopolis et mercatoribus recipiunt pro missis celebrandis libros, aliasve merces harum pretio sive imminuto, sive integro ?

6. Au illicite agant ii, qui pro missis celebratis recipiunt stipendii loco libros vel alias merces, seclusa quavis negotiationis vel turpis lucri specie?

7. An liceat episcopis sine speciali S. Sedis venia ex eleemosynis missarum quas fideles celebrioribus sanctuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum decori et ornamento consulatur, quando praesertim ea propriis reditibus careant?

8. An et quid agendum ab episcopis, ne in iisdem sanctuariis plures missarum eleemosynae congerantur, quam quae ibi intra praescriptum, seu breve tempus absolvi queant?

9. An et quid agendum ab episcopis, ut missae, sive quae singulis sacerdotibus, sive quae ecclesiis et locis piis a fidelibus celebrandae committuntur, accurate et fideliter persolvantur?

R. Ad 1.'"" Affirmative. — Ad 2.0‹a Negative. — Ad 3.un' Affirmative. — Ad 4,e" Affirmative. — Ad 5.om Affirmative. — Ad 6.',m Negative. —- Ad 7."" Negative, nisi de consensu oblatorum. — Ad 8.um et 9.°™ standum constitutionibus apostolicis et decretis alias datis ».—S. C. C. 25. Iui. 1874.

V. « An et quomodo sustineatur decretum episcopi Calatanisiadensis, absolute prohibens sacerdotibus suae dioecesis, ne libros vel diaria religiosa pro missis celebrandis recipiant in casu ? »

Porro praedictus episcopus circa eam prohibitionem severius a se constitutam petierat:

‹ 1.* An illicite agant ii, qui cum non sint bibliopolae, nec mercatores, vel aliter missarum celebrandarum quaesitores, verum ecclesiastici viri, quibus sponte a fidelibus eleemosynae missarum traduntur, quique ad bonos libros vel diaria religiosa evulganda eas celebrandas, offerunt sacerdotibus, ut inde hi accipiant stipendii loco libros vel ephemerides? »

«2.° An illicite agant huiusmodi sacerdotes, qui vel eis oblatas a snpradictis ecclesiasticis missas acceptant, vel ipsi eas petunt celebrandas, ut inde queant *pro missis iam celebratis,* earum stipendii loco, libros vel diaria acceptare vel petere, cum ipsi aliunde sciant, aut sibi persuadeant, aliter non obtenturos easdem missas pro effectiva eleemosyna celebrandas? »

VI. ‹ An et quomodo improbandi sint moderatores vel administratores diariorum religiosorum, qui sacerdotibus missas celebrandas committunt, retento ex earum eleemosynis pretio diariis ipsis respondente in casu ? »

S. C. C. 24. Apr. 1875. respondit: ‹ Ad V. reformato dubio: *An et quomodo respondendum sit episcopo Calatanisiadensi in casu?* Negative in omnibus ad utrumque ».

« Ad VI. Negative, dummodo nihil detrahatur fundatorum vel oblatorum voluntati circa stipendii quantitatem, locum ac tempus celebrationis missarum, exclusa quacumque studiosa collectione missarum, et docto cui de iure de sequuta missarum celebratione, facto verbo cum SSmo ». Cf. A. S. S. V. 8. p. 653.

Decretum S. C. C. circa eleemosynas missarum

« Vigilanti studio convellendis eradieandisque abusibus missarum celebrationem spectantibus iugiter incubuit haec S. C., pluraque edidit

decreta, quibus omne hac in re damnabile lucrum removeri voluit, piasque testantinm voluntates et obstrictam benefactoribus fidem adamussim servari religioseque custodiri mandavit.

Quapropter ad cohibendam pravam quorumdam licentiam, qui ad ephemerides, libros aliasque merces facilius eum clero commutanda, missarum ope utebantur, nonnulla constituit, eaque, Pio PP. IX. fel. ree. approbante, edi et Ordinariis nota fieri curavit, ut ab omnibus servarentur· Propositis namque inter alia dubiis:

1. *An turpe mercimonium sapiat,* etc. (sunt dubia 1. 2. 3. 4. 5. supra relata cum respectivis responsionibus).

Sed cum postremis hisce annis constiterit salutares huiusmodi dispositiones ignorantia aut malitia saepius neglectas fuisse, et abusus hac in re valde latcque invaluisse Emi Patres S. C. Tridentini interpretes ac vindices, rebus omnibus in duplici generali conventu mature perpensis, officii sui esse duxerunt, quod pridem decretum erat in memoriam plenamque observantiam denuo apud omnes revocare, et opportuna insuper sanctione munire.

Praesenti itaque decreto statuunt, ut in posterum si quis ex sacerdotali ordine contra enunciata decreta deliquerit, suspensioni a divinis S. Sedi reservatae et ipso facto incurrendae obnoxius sit: clericus autem sacerdotio nondum initiatus eidem suspensioni quoad susceptos ordines similiter subiaceat, et inhabilis praeterea fiat ad superiores ordines suscipiendos; laici demum excommunicatione latae sententiae episcopis reservata obstringantur.

Praeterea cum experientia docuerit, mala quae deplorantur ex eo petissimum originem viresque ducere, quod in quorumdam privatorum manus maior missarum numerus congeritur quam iusta necessitas exigit, ideo iidem Emi Patres inhaerentes dispositionibus a Romanis Pontificibus, ac praesertim ab Urbano VII. et Innocentio XIII. in Const. *Cum saepe contingat,* alias datis, sub gravi obedientiae praecepto decernunt ac mandant, ut in posterum omnes et singuli ubique locorum bénéficiât! et administratores piarum causarum aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sint, sive laici, in fine cuiuslibet anni missarum onera, quae reliqua sunt, et quibus nondum satisfecerint, propriis Ordinariis tradant iuxta modum ab iis definiendum. Ordinarii autem acceptas missarum intentiones cum adnexo stipendio primum distribuent inter sacerdotes sibi subjectos qui eis indigere noverint; alias deinde aut S. Sedi, aut aliis Ordinariis committent, aut etiam, si velint, sacerdotibus aliarum dioeceseon, dummodo sibi noti sint, omnique exceptione maiores et legitima documenta edant inter praefixum congruum tempus quibus de exacta satisfactione constet.

Denique, revocatis quibuscumque induitis et privilegiis usque nunc concessis, quae praesentis decreti dispositionibus utcumque adversentur, S. Congregatio curae et officio singulorum Ordinariorum committit, ut praesens decretum omnibus ecclesiasticis suae jurisdictioni subiectis, aliisque quorum ex praescriptis interest, notum sollicite faciant, ne qui in posterum ignorantiam allegare aut ab huius decreti observantia se excusare quomodolibet possit, et insuper ut sive in sacra visitatione sive extra sedulo vigilent ne abusus hac in re iterum inolescant.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo I). N. Leoni PP. XIII per infrascriptnm 8. Congregationis praefectum, Sanctitas Sua hoc Emorum Patrum decretum ratum habuit, confirmavit atque edi mandavit, contrariis quibuseumque minime obstantibus.

Datum Romae, die 25. Mai. 1893. ».

629. — *De indulgentia plenaria lucranda altaris privilegiati*

* Sacerdos celebrans in altari privilegiato, legendo missam de festo semidnplici. simplici, votivam, vel de feria non privilegiata, sive ratione expositionis ss. sacramenti, sive stationis Ecclesiae, sive alterius solemnitatis, fruitur privilegio ac si legeret missam de *Requie* per rubricas eo die permissam ». — S. C. Indulg. 29. Febr. 1864. A. S. S. V. 1. p. 42. 45.

Sacerdos habens privilegium personale altaris privilegiati satisfacit oneri suscepto celebrandi in altari privilegiato, licet in altari celebret non privilegiato. — S. C. Indulg. 16. Febr. 1852.

‹ Qui quacumque ratione indulgentiam altaris privilégiât! non lucratur non potest satisfacere applicando aliam indulgentiam plenariam defunctis, pro quibus ad altare privilegiatum celebrare debuerat ». — S. C. Indulg. 2. Mai. 1852. Attamen « qui diebus permissis non celebravit in paramentis nigri coloris in altari privilegiato ad acquirendam indulgentiam plenariam debet lucrari indulgentiam plenariam pro iis defunctis, quibus missae fructum applicuit toties quoties diebus non impeditis usus non est indumentis nigri coloris ». — S. C. Indulg. 22. Febr. 1847. Decretum hoc praecedenti non opponitur. Nam in posteriori hoc decreto « tantummodo sacerdotibus pro quibus postulabatur de ratione, qua compensare debebant indulgentiam altaris privilégiât!, ad quam applicandam obligarentur, et quam, bona fide errantes, non erant lucrati, concessit S. Congregatio, ut compensatio fieret per applicationem alterius indulgentiae plenariae toties quoties illam altaris privilégiât! non fuerant lucrati ». — S. 0. Indulg. 24. Iui. 1885. A. S. S. V. 18. p. 94.

630. — *De missa de requit legenda ex obligatione*

* *S.* C., ut missalis rubricae inviolatae serventur, districte praecipit omnibus et singulis sacerdotibus, **...ut** missas privatas pro defunctis seu de *requie* in duplicibus nullatenus celebrare audeant vel praesumant. Quod si, ex benefactorum praescripto, missae huinsmodi celebrandae incidant in festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia expectantibns detrimento sit, sed dicantur de festo currenti cum applicatione sacrificii iuxta mentem eorum benefactorum ». — S. R. C. 5. Aug. 1662. *Deer.*

‹ Utrum sacerdos satisfaciat obligationi celebrandi missam pro defuncto, servando ritum feriae vel cuiuscumque Sancti, etiamsi non sit semiduplex aut duplex. — R. Affirmative ». — S. C. Indulg. 2. Apr. 1840.

635. — *De missa privata fer.* K. *et sabb. maioris hebdomadae*

Fer. V. in Coena Dni. praeter missam solemnem, aliam celebrare non licet. — S. R. C. 19. Dec. 1654. *Florent.* — Neque celebrari potest missa lecta in iis ecclesiis, in quibus non peraguntur reliquae functiones. — S. R. C. 31. Aug. 1839. *Teri. Ord. F. Franc,* ad 1. — Celebrari non potest missa privata vel solemnis in ecclesia, in qua non reponitur neque asser-

vatur .ss. sacramentimi in aliquo altari vel in alio loco decenti, vulgo *il Sepolero*. — S. R. C. 28. Mart. 1775. *I'rbis,* etc. — Potest superior regularis missam celebrare in privato oratorio, vel, si desit, in ecclesia, ianuis clausis, nt suos subditos communicet pro praecepto paschali, si nempe apud ipsos non agantur functiones consuetae hebdomadae sanctae. — S. 11. C. 31. Aug. 1839. *Tert. Ord. 8. Franc.* ad 2.

‹ An toleranda sit consuetudo vigens in quibusdam paroeciis, praesertim in ruralibus, celebrandi per parochum missam lectam feria V. in Coena Domini, quin peragi valeant eadem feria et seqnenti caeterae ecclesiae functiones praescriptae, ob clericorum defectum?

R. Affirmative, et ad mentem. Mens est ut locorum Ordinarii, quoad paroecias, in quibus haberi possunt tres quatuorve saltem clerici, sacras functiones feria V. et VI. ac sabbato maioris hebdomadae, peragi studeant, servata forma parvi ritualis s. m. Benedicti XIII. anno 1724. iussu editi; quoad alias paroecias, quae clericis destituuntur, indulgere valeant, ob populi commoditatem, ut parochi (petita quotannis venia) feria V. in Coena Domini missam lectam celebrare possint, priusquam in cathedrali vel matrice conventualis incipiat. Sanctitas Sua Sacrae Congr. responsum approbavit confirmavitque ». — S. R. C. 28. Iui. 1821. *Resol. Dub.* ad 1.

« Antiquus mos communionis cleri in missa solemni eius diei (fer. V. in Coena Diii), quo Ecclesia ssmae eucharistiae sacramenti institutionem et memoriam recolit summa religione hactenus observatus nullo modo omittatur ». — S. R. C. 27. Sept. 1716. *Decr. Gener.,* 23. Sept. 1837. *Mutinen.* ad 1.

Prohibentur missae privatae in sabbato sancto *iuxta priscam Ecclesiae praxim et doctrinam*. — S. R. C. 26. Apr. 1692. *Senen.,* 28. Iui. 1821., *Resol. Dub.* ad 3.

638. — *De stipendio pro secunda missa*

« 1. An parochus qui duas parochias regit, et facultatem habet bis in die celebrandi, utrique parochiae suam missam applicare teneatur, etsi reditus sint exigui? — 2. An parochus qui in una eademque paroecia ex facultate bis eadem die celebrat, utramque missam populi sibi commisso gratis applicare debeat? — 3. An vicarii, et alii sacerdotes, curam animarum non habentes, si quando ex facultate bis in die celebrant in paroecia, hospitalibus, etc., secundam et ipsi missam populo sibi commisso gratis debeant applicare? — 4. An et quomodo concedendum sit parochis, qui diebus dominicis aliisque festis bis celebrant, ut unius missae liberam habeant applicationem, et stipendium pro ea recipere valeant? — R. ad 1.^{m} *Affirmative*. — Ad 2.$^{„ra}$ *Negative,* firma prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa. — Ad 3.^{m} *Negative,* quatenus curam animarum non habeant, firma semper prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa. — Ad 4.^{0m} *Negative,* ct episcopus provideat ad formam Const. Bened. XIV. *Cum semper oblatas* d. 8. — S. C. C. 25. Sept. 1858. Lucidi V. 3. p. 380. Ed. 3., A. S. S. V. 7. p. 69. seqq., v.

« 1.° An sacerdos, qui ex statutis sodalitatis, cui nomen dedit, tenetur missam celebrare pro sodali defuncto, possit ad satisfacièndum huic oneri secundam missam in die binationis applicare in casu? — 2.° An parochus, qui non potuit celebrare missam die, quo legenda erat pro populo, possit ad satisfaciendum huic oneri secundam missam in subsequent!

festo, ex hinafa'onem celebrandam, applicare in casu? — R. ad 1.«« *Affirmatire,* ad 2.°“ *Negative* ». — S. C. C. 5. Mart. 1887.

‹ Posse permitti (in casu iteratae celebrationis missae) prudenti arbitrio episcopi aliquam remunerationem intuitu laboris et incommodi, exclusa qualibet eleemosyna pro applicatione missae.— S. C. C. 23. Mart. 1861. A. S. S. V. 24. p. 514.

638. — *De missa nocte Natirit. D. N. Jesu Christi*

‹ Pervetustus est atque universim in latinam Ecclesiam receptus ritus trini sacrificii per unumquemque sacerdotem natalitio Christi die offerendi: verum apud orientalem Ecclesiam nullum extat praefati ritus vestigium ». — Bened. XIV. C. *Allatae sunt* 25. Mart. 1755.

‹ An liceat in nocte Nativitatis post cantatam primam missam, alias duas immediate celebrare, et communicare fideles? — R. Nullo modo licere. sed omnino prohibendum ». — S. R. C. 20. Apr. 1641. *Pisauren.* 7. Dec., 23. Mart. 1686. *Trium Miss.,* etc.

« An in nocte Nativitatis D. N. J. C. liceat cuicumque sacerdoti ante auroram celebrare missam privatam, absque induito Sedis Apost. in casu? Et quatenus negative, an contraria praxis, ubi introduci vellet, vel iam esset introducta, declaranda sit abusus, et directe opposita legibus Ecclesiae, ita ut per episcopum sit abscindenda?— R. ad 1.am Non licere. Ad 2. m Contrariam consuetudinem esse abusum, et episcopus curet ut abscindatur. — S. R. C. 18. Sept. 1781. *Aretina.*

* In die Nativitatis Dni, potestne hic sacerdos tres missas celebrare de B. V.? » sacerdos nempe. « cui ratione infirmitatis, aliave rationabili causa a S. Sede potestas facta est celebrandi missam votivam de BB. V. ». — R. Negative iuxta alias decreta. — S. R. C. 28. Apr. 1866. *Nolana* ad 6.

‹ Utrum sacerdos possit duas tantum missas celebrare in die Nativitatis D. N. J. C.? — B. Affirmative, seu sacerdotem posse pro suo arbitrio in d. Nat. Dni. duas tantum missas celebrare, atque ita declaravit ». — S. R. C. 19. Inu. 1875. *Lucer.* — « Sacerdos qui unam tantum missam celebrat legat missam, quae respondeat circiter horae iuxta rubricas peculiares eiusdem diei. Atque ita rescripsit et servari mandavit ». — S.R.C. 19. lun. 1875. *Ord. Carth.*

De tribus missis die Commemorationis omnium defunctorum in Hispania

In regnis Hispaniarum et Lusitaniae in festo Commemorationis omnium defunctorum singulis sacerdotibus ibidem commorantibus tres celebrare missas concessum est, ut constat ex C. Bened. XIV. *Quod expensis* 26. Aug. 1748. Iam vero cautum est in eo induito, ut sacerdotes Aragoniae pro tertia missa, ceteri omnes aliarum regionum pro secunda et tertia nullam plane eleemosynam, sponte licet oblatam, assequi possint. Quibus positis dubitabatur: «An sacerdotibus comprehensis in induito, de quo agitur, prohibitum sit recipere pro prima missa d. Comm. omn. fidei, defunct. eleemosynam maiorem ea, quae a taxa synodali, seu a loci consuetudine praefinita fuerit, quamvis sponte oblatam in casu? » In magno diverso opinantium certamine S. C. rescripsit: «Affirmative ». *Aimerien, Eleemosyn.* 2. Mart. 1861. Lucidi V. 1. p.468. ed. 3.

« Cum ex Induito Benedicti XIV. sacerdotes in Hispania et Lusitania celebrare possint tres missas in die Commemorationis omnium fi-

dcliiiin defunctorum, modo pro prima tantum stipendium accipiant (sub poena suspensionis): quamnam ex tribus missis designatis in Induito, nimirum 1‘ missa ut in die, 2' ut in anniversario, 3· ut in quotidianis, dicere debeat in Hispania et Lusitania sacerdos, qui unam celebrare voluerit, in die Commemorationis defunctorum, sive applicet pro uno, sive non? Et quatenus duas celebrare voluerit, quasnam ex tribus eligere teneatur? K. Quoad primani missam, ut in die Commemorationis: quoad secundam, ad libitum ». — S. R. C. 13. Febr. 1892. *Calagur.* ad 27.

Instructio S. C. de P. F. de S. M. S. bis in die celebrando

‹ 1. Facultas bis in die missam celebrandi, qua missionum Ordinarios solet Sancta Sedes insignire, ut et ipsi missionariis suis eam communicent, non pauca dubia excitavit, quae sacrae huic Congregationi ab iisdem sunt proposita. Huiusmodi dubiorum ratio ex ipso clausularum rigore petitur, quae Alexandri VII. iussu formularum articulo, qui de hac agit facultate, adiectae sunt. Quamobren opportunum visum est, in praesenti hac instructione colligere communiores regulas ac principia, quae in memoratae facultatis usu prae oculis sunt habenda.

2. Nemo ignorat, ex regula generali iuxta vigentem Ecclesiae disciplinam licere sacerdotibus semel tantum in die s. sacrificium litare. Sic statuit Innocentius III. « Respondemus, quod excepto die Nativitatis Dominicae, *nisi causa necessitatis suadeat,* sufficit sacerdoti semel in die unam missam solummodo celebrare ». C. *Consuluisti* de Celebr. missar.

3. In casu ergo necessitatis permittitur sacerdotibus missae iteratio eodem die. Id tamen debet intelligi, uti ex ipsis formularum verbis dignoscitur, de venia celebrandi duas tantum missas, quamvis graves concurrerent causae, quae maiorem numerum celebrare suaderent. Postulavit olim praefectus missionis capuccinorum Tuneti, an uno eodemque die, *si necessitas urgeat,* plures quam duas missas celebrare potuisset, propterea quod omnes eius missionarii in carceres coniecti erant. Atque S. Congregatio generalis Fidei Propagandae praeposita die 7. Augusti 1684. respondit: *non posse vigore facultatum celebrare ultra duas missas.* Quod iampridem responsum fuerat in generali congregatione habita *coram Sanctissimo* die 17. Februarii 1648.: namque exposito abusu, qui invaluerat inter sacerdotes captivitate detentos in Algeria, celebrandi tres missas, « *SSmus... iussit per dictum praefectum (Algeriae) praecipi nomine Sanctitatis Suae sacerdotibus... quod, cum Sedes Apostolica in facultatibus missionariorum potestatem seu licentiam concesserit celebrandi bis in die, ubi necessitas id exegerit, ne deinceps ultra duas missas celebrent* ». Idem fuit repetitum annis 1818. et 1820. praefecto apostolico Tuneti.

4. Necessitas ergo est unicus titulus, ex quo facultas sacerdotibus fit duas dicendi missas. Imprimis tamen expedit cum Verricelli animadvertere, quod « haec necessitas non est desumenda ex parte inopiae sacerdotum, sed ex parte necessitatis spiritualis populi, et caritate sacerdotum ». De apost. mission. Tit. IV. q. 98. D. 18. n. 201. Quo posito principio, facile est quasdam negativas regulas eruere de usu facultatis, de qua agitur.

5. Ac *primo* quidem evidens est, haud recte sentire qui diceret, posse missam iterari diebus festis suppressis, in quibus populus missam audire

non tenetur, quemadmodum monuit S. Congregatio anno 1837. hisce verbis: ‹ ÀV *mature perpensa, ex ipsius formulae verbis satis clare patuit, non posse facultates ad abrogatas festivitates extendi, ('uni enim in memorata formula declaretur, facultatem calere, si necessitas urgeat, sequitur ex eo unice titulo quod dies illi festi olim fuerint, non posse missam bis ab eodem sacerdote celebrari* ».

6. *Secando.* Pariter interdicta est missae iteratio in eorum commodum, qui vellent praecepto audiendi missam satisfacere in suis privatis capellis. Enarraverat anno 1842. vicarius apostolicus Limburgensis consuetudinem in suo viearíatu inolitam permittendi missae iterationem *in castris magnatorum;* quum autem non putaret, his in adiunctis eam necessitatem esse, quae a formulis exigitur, petiit, tum ratione consuetudinis, tum moralis utilitatis, quae inde proveniebat, ut sibi auctoritas fieret id permittendi. At S. Congregatio Inquisitionis indicavit, *iuxta exposita non expedire.* Quamque subiunxisset vicarius apostolicus, nonnullos ex praehabita facultate ab eius praedecessore iterationem missae prosequi, suprema S. Congregatio decrevit, *facultatem esse revocandam, quatenus vicarius apostolicus Limburgensis prudenter fieri posse existimet.*

7. *Tertio.* Ex huiusmodi resolutionibus infertur, consuetudinem non esse titulum sufficientem, ut idem sacerdos offerre bis possit uno eodemque die S. sacrificium. Quod etiam consonat cum eo quod docuit Benedictus XIV. in Const. *Declarasti Xobis,* data die 16. Martii 1746. ad episcopum Oscensem in Aragonia. « *Solum inquirimus,* Pontifex ait, *utrum ea consuetudo rationem, praescriptionis aut praesumptionis sibi comparavit, et utrumque falsum et alienum indicamus.* » Et ad praescriptionem quod attinet, inquit: *Si etenim iuxta civiles leges sanctae res praescribi non possunt, absonum undique est asserere, fuisse per praescriptionem aliquid obtentum vel requisitum, quod adversetur sanctionibus universalibus Ecclesiae, quarum observantiam S. Concilium Trid. in missarum celebratione sacerdotibus omnibus praecipit* ». De praesumptione autem subiungit: ‹ *Sed, ceteris praetermissis, subdimus, haec intelligi posse de illis privilegiis, quae impetrari potuissent a Sede Apostoliea, si quis postulasset, non vero de iis, quae cum postulantur, negari omnino consueverunt, ne praesumptio plus habeat roboris et momenti quam veritas* ». Inde est, quod S. Congregatio, quum cognoverit aliquo in loco inolevisse consuetudinem iterandi missam sine necessitate, non omisit eiusmodi reprobare consuetudinem tanquam abusum, zelum episcoporum excitans ad eam eliminandam.

8. *Quarto.* Nec etiam presbyterorum paupertas missae iterationem, ut ex Verricelli l. c. indicatum est, valet probare. Quidam Hiberniae archiepiscopus anno 1688. petiit: ‹ Num ex sola paupertatis causa possint regulares duas missas diebus festis celebrare in privatis domibus, quamquam omnes paroeciae et conventus proprias ecclesias et capellas habeant ». S. Congregationis responsum negativum fuit: quum relatum esset in particularibus Congregationibus de Propaganda Fide habitis tum die 7. Martii 1743., tum die 28. Iulii 1750. eiusmodi abusum in Hibernia adhuc vigere, quia multi sacerdotes utebantur facultate iterandi missam non alia de causa, nisi ut pinguiores cleemonsynas perciperent, atque inde commodius, se sustentarent. Emi. Patres decreverunt: « *Graviter*

moneantur sacerdotes, ne facultate celebrandi, bis in die abutantur, ut stipendium largius et pinguius habeant *. Et a Benedicto XIV. C. *Aposiolicum ministerium.* 30. Mai. 1753. § 11. appellatur *abusus intollerabilis* facultas alicui sacerdoti facta iterandi missam *eum infinem, ut duplicieleemosyna decentius se sustentaret.* Solum, ut aliquo modo consuleret pauperibus religiosis cius regni, qui conquesti fuerunt de simili prohibitione facta a synodo provinciali Tuamensi anno 1817. oh damnum inde proveniens, sublata ipsis eleemosyna, (piam missae occasione percipere solebant ad ecclesiae ianuas, cum ipsi viverent ex fidelium oblationibus, S. Congregatio voluit, ut monerentur episcopi, ut « *in impertienda de auctoritate apostoliea sacerdotibus licentia celebrandi diebus festis de praecepto duas missas ob causas necessitatis ab Apostolicis Constitutionibus approbatas rationem habeant sacerdotum regularium, ac praesertim illorum, qui in pauperibus coenobiis moram trahunt* ·». Ceterum, cum declaraverit S. Congregatio Concilii, « *ex praxi generali presbyteris non concedi eleemosynam recipere pro secunda missa, etiamsi de illis agatur, qui parochiali munere instructi, ideo stipendium pro prima missa nequeunt obtinere, eam* pro populo *applicare teneantur* », uti notificatum est per litteras circulares S. Congregationis de Propaganda Fide die 15. Octobris 1863. Ordinariis missionum, quilibet iam praetextus abusui iterandi missam intuitu stipendii sublatus est. Habita tamen peculiarium quarumdam missionum circumstantiarum ratione, SSmus Pater dignatus est auctoritatem facere, ut constat ex dictis Litteris circularibus, earum Ordinariis permittendi « *ut, iusta et gravi causa intercedente, sacerdotes sibi subditi etiam pro secunda missa in eadem die celebranda stipendium percipere possint ac valeant* ».

9. *Quinto.* Necesse tandem non est adnotare, interdictam esse sacerdoti missae iterationem, quoties alius haberi possit sacerdos, qui populi necessitati valeat satisfacere, ceu expresse docet Benedictus XIV. in citata Constit. *Declarasti Nobis.* Atque hinc est, ut, priusquam admittatur missae iteratio, videndum sit, num aliquod e remediis a iure constitutis suppetat ad prospiciendum spirituali populi necessitati; atque in primis tenetur ipse parochus stipendium alteri sacerdoti suppeditare: posita autem eius impotentia, tenetur populus: et denique, si neque populus ob paupertatem ad id compelli posset, Ordinarius supplere teneretur. Bened. XIV. l. c. votum card. Zelada Thesaur. Resolutionum T. 57. in causa Derthusen. 26. Aug. 1768.

10. Hactenus de casibus, in quibus prohibita est missae iteratio. Ad casus quod attinet, in quibus ad hoc requisita necessitas concurrit, expositi isti in Constit. *Declarasti Nobis* inveniuntur. Hac in Constitutione consideratur in primis, iuxta unanimem theologorum consensum, permitti iterationem missae sacerdoti, « *qui duas parochias obtineat, vel duos populos adeo seiunctos, ut alter ipsorum parocho celebranti per dies festos adesse nullo modo possit ob locorum maximam distantiam* ». Atque hic est primus et communior casus: alter qui ibidem recensetur, est, ‹ *quando una tantum sit ecclesia, in qua missa celebratur, et ad quam insimul universus populus convenire non potest* ».

11. In his casibus iterari missa potest etiam ab iis, qui facultate non sunt donati per formulas, quae concedi solent per S. Congregationem Fidei Propagandae praepositam, cum id concedat ipsum commune ius.

semper tamen dependentor ab Ordinario, ad quem pertinet tum de vera necessitate, tum de possibilitate canonica remedia applicandi ferre sententiam (§9). Revera, eiusmodi mediis indicatis, Benedictus XIV'. subiungit: « *Quae huc usque dicta sunt, canonicis etiam generalibus sanctionibus innituntur* ». Quin imo concors est theologorum opinio, quemadmodum et ipse Benedictus XIV. animadvertit, in casu unius parochi cum duabus paroeciis, « *parochum nedum posse, sed plane teneri bis eodem die missam celebrare* ». De Syn. Dioec. l. 6. c. 8. n. 2. Ex quibus facile consequitur, articulum formularum, cum sit facultativus, praetendi ad alios quoque casus necessitatis in communi iure non consideratos; secus enim inutilis ille articulus evaderet, saltem pro iis locis, in quibus paroeciae sunt canonice erectae, ipso iure communi pro his paroeciis disponente. Quod consonat cum eo, quod docet Benedictus XIV. in opere *De Sacros. Missae Sacrificio,* l. 3. c. 5. n. 4., in quo postquam asseruisset, ‹ *casum, qui revera contingit, eum esse, cum parochus duas habet parochias**, ete. his verbis prosequitur: ‹ *Neque tamen quidquam praedicatum volumus de aliis casibus, qui accidunt in missionibus, quibus consultum est concedendo missionariis facultatem plures celebrandi missam eodem die; itemque de aliis casibus, in quibus vel ob locorum distantiam, vel ob paucitatem sacerdotum, aut infidelium persecutionem, ne fideles missa careant, opus est a sacerdotibus duas missas celebrari* ». Et de huiusmodi quidem causis, quae locum in missionibus habent, pro quibus missionum superioribus datur facultas, loquebatur anno 1832. S. Congregatio de Propaganda Fide, cum ad quemdam missionarium Philippopolitanum, qui non iterabat missas, quamvis variis christianitatibus praesideret, opportunum praebuit monitum. Iniuncta scilicet illi missae iteratione, etiam ex mandato generalis Congregationis, adiungebatur: « *Si autem quaeras, cur facultati iterandi missam in formula Indulti adiiciantur illae rigoris clausulae, invenies in ipsa formula responsum; observabis enim, Indultum non coerceri ad populi indigentias diebus festivis ; sed quum generalibus terminis contineatur, comprehendere quoque alios casus, de quibus agitur, quemadmodum esset necessitas administrandi infirmis viaticum in utraque paroecia, et in huiusmodi aliis casibus locum habere debere praescriptas cautelas* ».

12. Atque in huiusmodi scilicet casibus minus frequentibus in usu eius facultatis identidem haerere visi sunt episcopi et missionarii, de causarum praesertim sufficientia dubitantes, quae requirerentur iuxta clausulas facultati adiectas. At vero tot tamque varii sunt casus, qui hac materia in missionibus possunt contingere, ut praevideri facile haud possint, multoque minus reduci ad determinatas regulas; de iisdem enim indicium variari potest iuxta dispares locorum, temporum, personarumque concurrentes circumstantias. Haec est ratio, cur dubiorum particularium resolutio, quae hac de re sunt proposita, plerumque remissa est prudenti superioris missionis arbitrio.

13. Ac primo quidem saepius regula postulata est de *numero* fidelium, qui esset satis, ut missa iterari posset. In Constit. *Apostolicum Ministerium* edita pro Anglia dicitur, eiusmodi facultatem posse adhiberi, ‹ *cum eorum numerus, qui diebus festivis tenentur sacris assistere, talem exhibeat necessitatem, ut nisi alicui sacerdoti duas missas eodem die celebrandi potestas concedatur, Ecclesiae mandato* plures *non satiface-*

rent ». Eiusmodi tamen generalis nonna dubium omne non aufert de numero iterationi necessario. Idem dici potest de quodam negativo responso S. Inquisitionis anno 1688. dato missionariis capuccinis in Graecia. Hi quaesiverant: « *Utrum missionarius sacerdos, sohis in loco degens, duas missas diebus dominicis et festicis pro quindecim seu viginti personis, quae legitime impeditae primae missae adesse non valuerant, celebrare possit»:* et Suprema S. Inquisitio die 28. lanuarii eiusdem anni decrevit: *Non licere.* Quod si numerus viginti fidelium haud, satis existimatur, ut missa iteretur, ulterius quaeri potest, quinam sit minimus numerus qui sufficiat.

14. Sed circa eiusmodi dubium, quemadmodum circa ea. quae *distantiam* respiciunt S. Congregatio in more habuit, resolvenda haec esse prudenti Ordinariorum missionum arbitrio a quibus facultas dependet, ipsi enim in locis, in quibus degunt, recte aestimare possunt circumstantias in singulis casibus concurrentes. Et sane usque ab anno 1688. praefectus missionis Tuneti in Mauritiana generatim postulabat, ut declararetur, qualis esse numerus fidelium deberet, qui missa privarentur, ut missa iterari posset; et S. Congregatio Generalis Fidei Propagandae die 16. Novembris respondit: *Relinquatur caritati et conscientiae P. Praefecti.* Similiter episcopus s. Ludovici in Statibus Americae Foederatis anno 1828. exposito suo aliorumque episcoporum timore propriam conscientiam gravandi ob formularum clausulas, postulavit: « *Utrum (quoties triginta aut quinquaginta fideles periculo exponuntur missam de praecepto non audire, bis celebrare valeant* ». At iussu Leonis XII. Litteris datis die 13. Martii rescriptum est: « *Omnem te anxietatem animi deponere debere, et quin commovearis verborum rigore, Se* (Sanctitatem Suam) *conscientiae ac prudentiae tuae committere ut radices, quibus in casibus ratione habita adiunctorum dioecesis tuae graves adesse causae censendae sint, facultatem, de qua sermo est, sacerdotibus impertiendi. Ubi vero has causas graves secundum conscientiam prudentiamque tuam arbitratus fueris, Sanctitas Sua posse absque ulla dubitatione ea facultate uti benigne declaravit ».*

15. Similis quoque responsio data est anno 1851. vicario apostolico Limburgensi, qui dubium super distantia sic proposuerat: «In hac regione ex antiqua consuetudine binandi licentia aliquando conceditur ob necessitatem moralem, licet parochia vicinior non distet ultra spatium mediae leucae: quaeritur num recte? » S. Congregatio litteris die 31. Iulii respondit: *Praemisso, episcoporum esse muneris pro viribus curare, ut hac uti facultate non sit opus ad succurrendum fidelium necessitatibus, praxis generalis servanda in singulis casibus assignari non potest. Quapropter in casibus ut supra particularibus, deficiente presbyterorum copia, aliisque omnibus circumstantiis mature perpensis, prudenti indicio superioris definiendum, utrum eo in casu concurrant gravia rerum adiuncta, quae tradunt doctores necessitatis casum efficere (uti propositus videtur), in quo dispensationi a praecepto universali de iterando sacrificio ab eodem presbytero eademque die locus fiat, ct binandi facultati tribuendae, qua parce omnino illum uti debere ex Apostolici ipsius Induiti verbis apprime perspicitur.* Atque haec instructio iisdem verbis missa fuit episcopo Trevirensi anno 1853., cuius nomine varia dubia de missae iteratione proposita fuerant: rescriptum enim ei fuit die 28. Septembris, quod, eius

quaesitis consideratis, *censui/* N. *Congregatio dandam esse instructionem, quam... vicarius apostolicus Limburgensis obtinuit sub die 31. lanii anno 1831.*

16. Ceterum inter varia responsa, quae dimetiendam indicio superioris remittunt causarum gravitatem, nonnullae peculiarem mentionem merentur: eiusmodi sunt illae, quae, dum sequuntur consuetam regulam remittendi superioris indicio causarum aestimationem, indicant simul aliquo modo genus seu necessitatis gradum, quem iteratio missae postulat, atque identidem aliquatenus temperant formidinem, atque leniunt nimiam animi anxietatem, quam episcopis et missionariis illae clausulae creaverant, quibus haec facultas in formulis coercetur. Unum ex eiusmodi responsis datum est anno 1848. ad episcopum in statibus Americae foederatis; datis enim litteris die 9. Maii sic est rescriptum: *Penio ad postulatum tuum circa modum interpretandi necessitatem, quae requiritur ad licitum usum facultatis bis in die missam celebrandi... Noverit ergo amplitudo tua, necessitatem huiusmodi. de qua sermo est, veram quidem, sed moralem intelligi: non autem absolutam, de qua proinde diiudicare in singulis casibus pendet a prudenti indicio, inspectis circumstantiis, (ʾaveas ergo oportet hac in re ab anxietate nimia in diiudicando, ne frustra concessa aut pene in nullo casu ad actum reducenda facultas praedicta videatur.* Notatu dignior est declaratio, quae missa est anno 1828. ad quemdam praefectum apostolicum in Antillis Americae. Cum enim ille haud fideret, posse se tranquille uti facultate, de qua agitur, ob graves conditiones, quibus constringitur, imploraverat *ampliorem facultatem a Sede Apostolica copiam faciendi presbyteris... ut diebus dominicis et festis de praecepio missam bis celebrare possint, cum id postulet necessitas aut spiritualis fidelium utilitas.* Facta huius rei relatione S. Pontifici die 13. Aprilis, hoc modo responsum est: *Talis existimatio est virtutis et prudentiae tuae, ut SSnius D.N. iusserit, omnem deponere te debere anxietatem animi et si existimaberis necessarium esse vel fidelibus vehementer utile ut sacerdotes bis missam eodem festo die celebrent, verborum, quibus rescriptum contineri videtur, rigore commoveri te non debere. Prudentiae itaque et conscientiae T). T. committit de necessitate ista et causarum gravitate indicare, atque in iis rerum ariiunctis facultatem per memoratum rescriptum copia faciendi sacerdotibus, ut missam bis celebrent, te habere. Sanctitas Sua benigne declaravit.*

17. Eadem regula, committendi arbitrio aut caritati superiorum missionum applicationem generalium principiorum practicis casibus, servata quoque est. quando in ipsis, prout exponebantur, non appareret ea causarum, vis et gravitas (saltem si hae causae considerarentur in se et in abstracto), quam huius facultatis clausulae exigunt; quod quidem confirmat, in causis considerandis, quae usum facultatis suadeant, magnam rationem habendam esse omnium conditionum statusque fidelium. Huius rei argumento est responsio a S. C. data anno 1688. vice-praefecto missionis Tripolitanae. Hic ob clausulas incertus quaesierat, « cuinam numero servorum aut liberorum posset praecise celebrare missam secundam, quum interdum daretur casus, ut in balneo extra Tripolim praesentes sacrificio non adessent plures quam decem aut quindecim servi... et an in presbyterorum carentia pro illis solis posset celebrari secunda missa diebus festis ». Iam vero quin obstaret resolutio eodem anno data a S..C'on-

gregatione Inquisitionis pro simili casu, ut notatum est superius § 13. S. Congregatio Fidei Propagandae praeposita die 5. Octobris respondit: *Itelinquatur caritati ct conscientiae* P. *V. praefecti.* Neque mirum esse debet, si haec S. Congregatio benigniori interpretationi induisit; agebatur enim de servis, qui ob ipsorum conditionem peculiarem indulgentiam merebantur, quum unicum fortasse solatium eis esset ss. missae sacrificium. Aliud eiusmodi benignitatis argumentum, ratione circumstantiarum habita, an. 1860. suppeditavit S. Inquisitio; namque licet die 20. lunii responderet vicario apostolico eiusdem regni Sinis adiacentis, *desiderium neophytorum bis aut 1er in anno ssmam eucharistiam sumere volentium* per se *non esse urgentissimam causam in casu de (pio agitur,* idest iterandi missam iuxta facultatem; attamen subiunxit: *sed, pensatis omnibus locorum et personarum circumstantiis, relinquendum arbitrio R. P. T). Vicarii apostolici.* Ex quibus eruitur, eas causas, quae per se atque proinde multis in locis graves non sunt, graves evadere posse in aliis locis ob circumstantias, quae casum concomitentur.

18. Haec sunt principia, quae prae oculis sunt' habita quoad facultatem missam iterandi, quaeque profecto in eiusdem facultatis exercitio missionum Ordinarios tranquillos reddere poterunt. Quamvis autem sapienti Ordinariorum missionum arbitrio hac in re deferri soleat, attamen ex hactenus dictis apparet, quanta cautela ipsi uti debeant, quum semper eorum conscientia onerata maneat in legitimo huiusmodi extraordinariae facultatis exercitio. Nihilominus heic juvabit, quod S. Congregatio anno 1832. ad episcopum Nicopolitanum in Bulgaria rescripsit, clausulas in formulis adhibitas, *intelligendas haud esse in extremo rigore, habito prae oculis principio, Sedem Aposiolicam dictam facultatem concedere in bonum spirituale fidelium, desiderio, ut omnes praeceptum ecclesiasticum adimplere facile possint.*

19. Superest nunc de ritu dicere seu de modo, quo iterari missa possit. Semper a S. Congregatione missionariis fuit praescriptum atque ab ipso Benedicto XIV. eum, qui missam iterat, consuetas calicis ablutiones sumere non debere ob ieiunium, ita ut, « si in prima missa post receptionem corporis et sanguinis profusionem acceperit, non debeat secundam missam in praedictis casibus celebrare » (Cone. Nemaur. 1284. apud Bencd. XIV. De SS. Sacrif. Miss. 1. 3. c. 5. n. 4), id est, etiam in iis casibus, in quibus populus sacrificio diebus festis secus privaretur. Quamvis autem in decreto Sacrae Congregationis SS. Rituum in *Ebusitana* die 16. Septembris 1815. praescriptum esset, ut unus tantum esset calix, quo uti debeat, qui duas celebret missas; quum tamen eiusmodi decreti exsecutio haud levibus difficultatibus esset obnoxia, quando celebrari deberet in duabus ecclesiis ab invicem remotis, idem sacer ordo in generalibus comitiis, habitis die 12. Septembris 1857. pro moderamine dicti decreti rescripsit: *usum duorum calicum in casu posse permitti.* Instructio, quae heic adiicitur, iussu eiusdem S. Congregationis SS. Rituum concinnata, modum respicit purificandi calicem, qui pro prima missa inservierit.

Ex aedibus dictae S. Congregationis die 24. Maii 1870. * A. S. S. V. 1. p. 8. seqq., V. 6. p. 345. seqq., Lucidi c. 3. § 2. n. 378. seqq.

Instructio de calicis purificatione data a X *11. ('. d. 11. Mart. 1858. pro iis, qui in dissitis locis missam iterare debent*

« Quando sacerdos eadem die duas missas dissitis in locis celebrare debet, in prima, dum divinum sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat. Exinde super corporale ponat calicem et palla tegat, ac iunctis manibus in medio altari dicat: *Quod ore sumpsimus,* etc., et subinde, admoto aquae vasculo, digitos lavet dicens: *Corpus tuum,* et abstergat. Hisce peractis, calicem super corporale manentem adhuc deducta palla cooperiat, ceu mos est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena ac palla, et demum velo. Post haec missam prosequatur, et, completo ultimo evangelio, rursus stet in medio altaris, et, detecto calice, inspiciat, an aliquid divini sanguinis necne ad imum se receperit, quod plerumque continget. Quamvis enim sacrae species primum sedulo sorptae sint, tamen dum sumuntur, cum particulae, quae circum sunt, undequaque sursum deserantur, nonnisi deposito calice ad imum redeunt. Si itaque divini sanguinis gutta quaedam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur, et quidem ex eadem parte, qua ille primum sumptus est. Quod nullimode omittendum est, quia sacrificium moraliter durat, et superextantibus adhuc vini speciebus ex divino praecepto compleri debet.

Postmodum sacerdos in ipsum calicem tantum saltem aquae fundat, quantum prius vini posuerat, eamque circumactam ex eadem parte, qua s. sanguinem biberat, in paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum purificatorio linteo abstergat, ac demum cooperiat, ut alias fit, atque ab altari discedat. Depositis vestibus sacris, et gratiarum actione completa, aqua e calice demissa pro rerum adiunctis vel ad diem crastinum servetur si nempe eo rursus sacerdos redeat missam habiturus), et in secunda purificatione in calicem demittatur, vel gossipio aut stupa absorpta comburatur, vel in sacrario, si sit, exsiccanda relinquatur, vel demittatur in piscinam.

Cum autem calix, quo sacerdos primum est usus, purificatus iam sit, si illo ipso pro missa altera indigeat, eum secum deferat: secus vero in altera missa diverso calice uti poterit ».

Cum superior S. R. C. instructio nonnisi casum respiciat, quo sacerdos duas missas dissitis in locis eadem die sit celebraturus; operae pretium visum est, ex commentariis Bartholomaei Garanti et Caietam Mariae Merati hic ritum adiungere a sacerdote servandum, cum utramque missam in eadem ecclesia offerre debet.

‹ Hoc itaque in casu sacerdos post haustum in prima missa diligenter sanguinem Domini, omissa consueta purificatione, patena calicem et palla patenam tegens ac super corporale relinquens, dicet iunctis manibus: *Quod ore sumpsimus, Domine,* etc. Deinde digitos, quibus ss. sacramentum tetigit, in aliquo vase mundo ad hoc in altari praeparato abluet, interim dicens: *Corpus tuum Domine,* etc., abstersisque purificatorio digitis, calicem velo cooperiet, velatumque ponet super corporale extensum. Absoluta missa, si nulla in ecclesia sit sacristia, calicem eodem modo super altare relinquet; secus vero in sacristiam deferet, ibique super corporale vel pallam in aliquo loco decenti et clauso coi-

locabit usque ad secundam missam; in qua, cum eodem calice uti debeat, illam rursus secura deferet ad altare, ac super corporale extensum reponet. Cum autem in secunda missa sacerdos ad offertorium devenerit, ablato velo de calice, hunc parumper versus cornu epistolae collocabit, sed non extra corporale, factaque hostiae oblatione, cavebit ne purificatorio extergat calicem, sed eum intra corporale relinquens leviter elevabit, vinumque et aquam eidem caute imponet, ne guttae aliquae ad labia ipsius calicis resiliant, quern deinde nullatenus ab intus abstersum more solito offeret ».

«Num sacerdos in duabus diversis ecclesiis missam eodem die faciens possit deferre secum purificationem primae missae in aliquo vase mundo caute custoditam, ut eam cura purificatione secundae missae sumat? — R. Affirmative ». — S. R. C. 9. Maii 1893. *Bomana* ad 5.

11

ii

De stipendio pro secunda missa

‹ 1. An parochus qui duas parochias regit, et facultatem habet bis in die celebrandi, utrique parochiae suam missam applicare teneatur, etsi reditus sint exigui? — 2. An parochus qui in una eademque paroecia ex facultate bis eadem die celebrat, utramque missam populo sibi commisso gratis applicare debeat? — 3. An vicarii, et alii sacerdotes, curam animarum non habentes, si quando ex facultate bis in die celebrant in paroecia, hospitalibus, etc., secundam et ipsi missam populo sibi commisso gratis debeant applicare? — 4. An et quomodo concedendum sit parochis, qui diebus dominicis aliisque festis bis celebrant, ut unius missae liberam habeant applicationem, et stipendium pro ea recipere valeant? — R. ad *Affirmative.* — Ad 2."“ *Negative,* firma prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa. — Ad 3.nm *Negative,* quatenus curam animarum non habeam, firma semper prohitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa. — Ad‹4.um *Negative,* et episcopus provideat ad formam Const. Bened. XIV. *Cum semper oblatas* §. 8. — S. C. C. 25. Sept. 1858., Lucidi V. 3. p. 380. ed. 3., A. S. S. V. 7. p. 69. seqq.

« 1.° An sacerdos, qui ex statutis sodalitatis, cui nomen dedit, tenetur missam celebrare pro sodali defuncto, possit ad satisfaciendum huic oneri secundam missam in die binationis applicare in casu? — 2.° An parochus, qui non potuit celebrare missam die, quo legenda erat pro populo, possit ad satisfaciendum huic oneri secundam missam in subsequent! festo, ex binatione celebrandam, applicare in casu? — R. Ad 1.um *Affirmative,* ad 2.um *Negatire* ». — S. C. C. 5. Mart. 1887.

« Posse permitti (in casu iteratae celebrationis missae) prudenti arbitrio episcopi aliquam remunerationem intuitu laboris et incommodi, exclusa qualibet eleemosyna pro applicatione missae ». — S. C. C. 23. Mart. 1861. A. S. S. V. 24. p. 514.

639. — *Quid intelligendum sit per Ecclesiam, capellam publicam, oratorium semipublicum*

Ecclesia intelligitur, quae eo potissimum fine aedificatur, ut publico fidelis populi usui deserviat. — *Capella publica* vero, quae licet ingressum habeat in publica via, attamen non tam fidelis populi libero usui destinata videtur, quam alicuius familiae vel collegii commoditati, vel determinatae personarum classi, uti sunt capellae seu oratoria serotina

pro viris. — *Capella semipublicu* tandem ea est, quae licet non habeat ingressum in publica via, neque omnibus pateat, in domo tamen privata non invenitur, sed vel in palatio episcopali vel in domo religiosa, vel in loco aliquo pio, vel in hospitali, vel carcere, vel simili alio loco, in quo aliquis ehristitidelinm coetus convenire solet ad missam audiendam.

De missa ab extraneis celebranda in ecclesiis regularium

Superiores regulares admittere nequeunt « ad celebrandum in eorum ecclesiis, eorum vel alterius religionis ceteros, vagos scii peregrinos, nisi examinatis diligenter litteris obedientiae. seu assignationis eorum superiorum, et testimonialibus promotionis ad sacerdotium; quo vero ad sacerdotes saeculares, nisi visis litteris testimonialibus, subscriptis a vicario generali seu foraneo episcopi loci ». — S. I. C. 11. Aug. 1649., S. C. EE. et RK. 14. Mart. 1879.

De celebratione missae in haereticorum templis. — Cf. de Virtut. theol. n. 367.

De celebratione missae in domo privata

Nequit dormitorium haberi super capellam, in qua missa celebratur. — S. R. C. 11. Maii 1641. *Caiacen.*

« Au episcopus possit, insta interveniente causa, facultatem concedere celebrandi in oratoriis privatis in casu? — R. Negative, nisi tamen magnae et urgentes adsint causae, et per modum actus tantum ». — S. C. C. 20. Cec. 1855.

Quaesitum deinde fuit, an haberi possint, tanquam *causae magnae et urgentes,* sequentes: 1.° Quando, per la tristizia dei tempi, mariti o padri ed anche figli non permettono che si rechi dalla parroechia il Viatico ai congiunti infermi, tino a farli morire senza questo sacramento: e domandano con premura la s. messa nelle loro case sopra un altare portatile decentemente posto, donde si possa recare il Viatico agi'infermi. — 2.° Quando sacerdoti infermi di malattie croniche, ed impotenti di uscir di casa, chieggono con istanza di celebrare in oratorio privato, almeno in ogni mese. e nelle grandi solennità dell'anno, si per comunicarsi. come per lucrare le santé indulgenze. — 3.° Quando ci sia immemorabile consuetudine che il vescovo, avvenendo la morte di persona ragguardevole, concéda il perinesso di celebrare piii messe in casa dei defunto *praesente cadavere;* e sopratutto quando sia ben difficile togliere senza gravi inconvenienti siffatta consuetudine. — Quare S. C., mature perpenso dubio: ‹ An et in quibus ex expositis casibus episcopus possit facultatem concedere celebrandi in privato oratorio », d. 6. Sept. 1890. respondit: ‹ Non proposita ». — Cf. M. E. V. 6. P. 2. p. 193.

‹ Cum sacrosanctum eucharistiae sacramentum a Christianis infirmis expetitur, quaeritur: 1.° An missionaries, in praedictorum infirmorum domibus, sacrificium missae celebrare liceat? — 2.° An hoc procedat etiam cum mortis periculum urget, sed Viaticum, saltem occulte, deferri potest? — 3.° An licitum saltem sit, quando neque occulte deferri potest ? — R. Ad 1™ Non licere. Ad 2.°“ non licere. Ad 3.0m Tali casu licere, vel in domo infirmi, vel saltem in viciniori domo, si locus deeens sit, ne infirmus Viatico privetur ». — S. C. de P. F. 14. Dec. 1668.

‹ Parochus novit S. Viaticum difficillime porrigi posse infirmo morti proximo. Num possit a privato oratorio ss. sacramentum deferre. Et quatenus affirmative, num in tali casu celebrare possit, etiam indnltario precario absente? · R. Affirmative, etiam absente indnltario ». — S. R. C. 27. Aug. 1836. *Veroncn.* ad 7.

De celebratione missae in mari

«An vigore solius facultatis celebrandi missam quocumque loco decenti, missionariis concessae, possit licite sacrificium ab ipsis celebrari, sicut a quibusdam ipsorum singulis dominicis et festis celebratur, super mare in navibus, prope littus appulsis, absque praesentia alterius sacerdotis, qui calicem post consecrationem firmum custodiat ad penitus evitandum effusionis periculum, ut doctores opinantes requirunt. — R. Nullo modo licere cappuccinis nec minoribus observantibus, nec quibuscumque aliis celebrare, vel mandare vel permittere celebrare missam in navibus, quia omnino prohibitum est ». — S. C. de P. F. 20. lan. 1667. C. 775.

640. — *Decretum S. It. C. super oratoriis semipublicis*

«AS. R. C. saepe postulatum est, quaenam oratoria ceu semipublica habenda sint. Constat porro oratoria publica ea esse, quae auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta, vel etiam solemniter consecrata ianuam habent in via vel liberum a publica via fidelibus universim pandunt ingressum. Privata e contra stricto sensu dicuntur oratoria, quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae, vel familiae ex Induito Sanctae Sedis erecta sunt. Quae medium inter haec duo locum tenent, ut nomen ipsum indicat, oratoria semipublica sunt et vocantur. Ut autem quaelibet ambiguitas circa haec oratoria amoveatur, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. ex S. R. C. consulto, statuit, et declaravit: Oratoria semipublica ea esse, quae etsi in loco quodammodo privato, vel non absolute publico, auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen non fidelium omnium nec privatae tantum personae aut familiae, sed alicuius communitatis vel personarum coetus inserviunt. In his sicut auctoritate Ordinarii sacrosanctum missae sacrificium offerri potest, ita qui eidem intersunt, praecepto audiendi sacrum satisfacere valent. Huius generis oratoria sunt quae pertinent ad seminaria et collegia ecclesiastica; ad pia instituta et societates votorum simplicium, aliasque communitates sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis; ad domus spiritualibus exercitiis addictas: ad convictus et hospitia iuventuti litteris, scientiis, aut artibus instituendae destinata; ad nosocomia, orphanotrophia, nec non ad arces et carceres; atque similia oratoria in quibus ex instituto, aliquis christifidelium coetus convenire solet ad audiendam missam. Quibus adiungi debent capellae, in coemeterio rite erectae, dummodo in missae celebratione non iis tantum ad quos pertinet, sed aliis etiam fidelibus aditus pateat. Voluit autem Sanctitas Sua sarta et tecta iura ac privilegia oratoriorum, quibus fruuntur Emi S. R. E. cardinales, Rmi sacrorum antistites, atque ordines congregationesque regulares. Ac praeterea confirmare dignata est decretum in una *Nivernen.* diei 8. Martii 1879. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 23. lan. 1899. ».

‹ 1. Potestne episcopus iure ordinario concedere licentiam etiam plures missas qualibet die celebrandi 1° in capellis seu oratoriis publicis piarum communitatum, etiam earum quae clausuram non habent: 2° in capellis seu oratoriis piarum communitatum, quae licet non habeant ingressum in via publica, inserviunt tamen quotidianis exercitiis totius communitatis; 3" in capellis seu oratoriis ad personas quidem privatas pertinentibus, sed quae sunt publica vel semipubliea in eo sensu quod habeant ingressum in via publica vel prope viam publicam ut semper cuilibet volenti intrare permittatur?

2. Potestne episcopus alia oratoria praeter capellam seu principale oratorium erigere in piis communitatibus sive ob numerum sacerdotum ibi degentium ut ab omnibus missa dici possit, sive in gratiam infirmorum qui nequeunt adire capellam seu oratorium principale?

3. Potestne episcopus iure proprio concedere facultatem asservandi ssmum sacramentum 1 in ecclesiis seu capellis publicis quae tamen titulo parochiali non gaudent etsi utilitatibus paroeciae inserviant; 2° in capellis piarum communitatum publicis, id est quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante, et quae habitantibus omnibus aperiuntur; 3° in capellis seu oratoriis interioribus piarum communitatum, quando non habent capellam seu oratorium publicum in sensu exposito ut evenit ex. gr. in seminariis?

4. Potestne episcopus iure proprio licentia concedere uni sacerdoti secundam missam diebus dominicis aut festivis de praecepto celebrandi Γ in oratoriis seu capellis quae a S. Sede vel vi indulti ab ea concessi fuerunt approbata, quando propter distantiam a parochiali ecclesia ista secunda missa proficere potest voto parochianorum qui aliter missam non audirent vel saltem difficillime: 2° in duabus ecclesiis in eadem parochia exsistentibus quando pro utraque deservienda unicus adest sacerdos, et tamen non sine detrimento religionis missa in una tantum celebraretur; 3° in eadem ecclesia quando aliter pars sat notabilis parochianorum missam non audiret: 4ℓ quando valde utilis est, sin autem necessaria ista secunda missa ut communicari a fidelibus cum maiori facilitate et aedificatione frequentius possit?

R. Ad 1?" Episcopus utatur iure suo in omnibus casibus expositis.

Ad2.umSi porro ex piarum communitatum conditione necessaria sit erectio alterius oratorii, pro eius erectione facultas erit a Sancta Sede obtinenda.

Ad 3.nm Implorandum est indultum a Sancta Sede quoad omnia postulata.

Ad 4.0m Posito quod episcopus iam facultatem obtinuerit a S. Sede concedere sacerdotibus suae dioecesis indultum bis in die festo sacrum litandi, erit suae prudentiae hac speciali facultate, in casu necessitatis pro populi bono uti; si vero eiusmodi facultate ipse non sit instructus, eam impetrare poterit. Atque ita respondit ac declaravit. Die 8. Martii 1879. ». — S. R. C. 23. lan. 1899.

611. *De profanatione ecclesiae*

‹ Num ecclesia consecrata, qnae militaribus stationibus et excubiis per biduum inservivit, censenda sit profanata, ac propterea indigeat reconciliatione a pontificali romano praescripta?- - It. Ad cautelam esse reconciliandam ». — S. R. C. 27. Febr. 1847. *Tolentina.*

« An per celebrationem missae in ecclesia polluta, dicatur reconciliata? - R. Negative, et ideo debere reconciliari iuxta formam praescriptam in pontificali ». – S. R. G. 19. Aug. 1G34. *Oppiden.* ad 2.

641. 642. — *De ecclesiarum consecratume et exsecratione*

«Quoad consecrationes ecclesiarum, ieiunium in Pontificali Romano praescriptum esse strictae obligationis pro episcopo consecrante, et pro iis tantum, qui petunt sibi ecclesiam consecrari; idemque ieiunium indicendum esse dic praecedenti consecrationi ad formam Pontificalis Romani ». — S. 0. 14. Dec. 1898., S. R. C. 29. Iui. 1780. *Mechlin,* ad 1.

« 1. An ecclesia, in cuius consecratione omissa fuit consecratio altaris, habenda sit valide consecrata? —2. Utrum ecclesia, e cuius parietibus vel partim, vel integre disiicitur simul incrustatio, vulgo *intonaco,* ut renovetur, consecrata maneat, vel exsecrata? —R. Ad 1.m Affirmative, nempe valide: sed non licite, nisi habeatur apostolica dispensatio, quamvis aliqua, vel omnia altaria iam consecrata reperiantur; ideoque servandus omnino est ordo rituum Pontificalis romani, ut integritas consecrationis perficiatur. — Ad 2.u,n Ecclesia consecrata remanet, quamvis in eius parietibus opus tectorium sit renovatum ». — S. R. C. 19. Maii 1896. *Decret,* ad 1. 2.

De consecratione et exsecratione vasorum sacrorum

«Num calix et patena suam amittant consecrationem per novam deaurationem, et sic indigeant nova consecratione? — R. Affirmative: amittere nimirum, ct indigere nova consecratione, iuxta exposita ». — S. R. C. 14. Jun. 1845. *Leodien.*

Est abusus, quod sacerdos *exsecrari* velit praedicta vasa sacra, antequam ea reficienda vel refundenda iterum tradat artifici. Debent ergo ei tradi, si opus sit, quin sacerdos vel directe manu, vel aliquo mediante instrumento conetur ea exsecrari. — S. R. C. 23. Apr. 1822. Dwfoor. ad 1.

‹ An calix cuius inauratio dumtaxat renovatur, possit a sacerdote ordine episcopali non insignito simpliciter sine unctione benedici, vel in hoc quoque casu ad episcopum perferri debeat, ut ab hoc cum unctione benedici queat. — R. Quoad primam partem, negative; quoad alteram panem, affirmative ad utrumque ». — S. R. C. 9. Maii 1857. *Strip o-nien.* ad 1.

643. — *De aris seu altaribus portatihous ct fixis*

«Consecratio tam arae stabilis, quam arae viatoriae seu portatilis, quoad essentiales preces, ritus, solcmnitates eadem omnino est; in eo tamen differt, quod altare portable, seu lapis, in cuius medio sacrae reliquiae reconduntur, in superficie dumtaxat sacra linitur unctione; contra vero in altari fixo nec transferendo, alia adhibetur sacra unctio, qua lapis in angulis coniungitur, ct connectitur cum inferiori stipite seu stru-

ctnra; atqnc hoc pacto non unus lapis, sed integrum altare consecratam censetur. Ideo exsecratur ara portatilis, si vel enormiter fracta fuerit, aut violatum reliquiarum sepulcrum: exsecratur vero altare fixum etiamsi sine violatione sepulcri vel solus lapis a stipite amoveatur. Ita *Alexander III. ('ap. Ad haec, de Consecratione ecclesiae rei altaris. ‹ Adhaec si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo suppositus, qui sigillum continet, confractus, aut enormiter diminutus exstiterit, debet denuo consecrari. Et in ('ap. Quod, eod. titulo: Altare rero, in quo tabula, cui /ons^rationis hemdictio pmtifieah ministerio adhibetur, semota fuerit, rei enormiter fracta, debet non immerito consecrari* ». Et quamquam non desint, qui putant altare fixum consecrationem amittere, etiamsi altare integrum de loco, in quo exstructum fuit, sacrisque caeremoniis delibutum. alio transferatur; communis tamen sententia est, quod hoc in casu necessaria non sit nova consecratio. Ratio est. quia licet altare fixum in hoc differre videatur ab altari portatili, quod hoc sit transferibile de uno loco ad alium, ipsum vero non ita, proindeque fixum dicatur et immobile, tamen haec differentia est mere extrinseca, accidentalis et respectiva ad ipsum locum potius, (piam inter ipsa altaria: nam ratio formalis. per quam altare fixum intrinsece differt a portatili, proprie in eo consistit, quod altare fixum habet ae essentialiter importat coniunctionem tabulae enm sua structura inferiori, seu basi, cui tabula proinde necessario debet esse unita: nbi e contra altare portatile de sua natura importat esse a base seiunctum: propter hoc enim portatile est, quia de se habet seiunctionem a basi: alias non esset amplius altare portatile sed fixum. Hinc essentia altaris fixi vere ac proprie consistit in dicta coniunctione, hoc est in mensa seu tabula unita cum basi, fixionemque in tali loco ideo importat, quia ibi ipsum voluit qui illud construere fecit: quod proinde ipsimet altari est qnid extrinsecum et accidentale. Poterat enim alibi illud idem construi. Quare cum altare supponatur eandem coniunctionem servare, tabulae scilicet cum sua basi, non obstante ipsius translatione de uno in alium locum; dicendum est, quod adhuc retinet suum esse, ac per consequens, suam consecrationem, quae eidem accesserat: *accessorium namque cum fundetur super principali, naturam sequi congruit principalis: e.c Reg. 42. de Reg. juris in 6.°* Propterea, ut verificetnr illud *mota,* non est necesse, quod tabula fuerit translata de uno in alium locum, sed sufficit, quod fuerit a sua basi disiuncta: et sic per hoc altare nova indigeat consecratione. Hinc *Glossa* cum ad *canon. Si motum,* tum ad *caput Ad haec I. v. altare; Panormitanus ibid,* per altare intelligunt ipsam altaris tabulam, quae connexa est cum sua structura inferiori; *per motum* vero intelligunt advenientem disiunctionem eiusdem tabulae, vel etiam lapidis consecrati ab ipsa inferiori structura; adeo ut sensus illius textus: *Si altare motum fuerit, etc.* sit iste: *Si ipsa tabula,* aut *lapis consecratus altaris disiunctus, seu disiuncta fuerit a sua inferiori structura,* altare debet denuo consecrari. Quod si tabula, quam mensam dicimus, lapideo stabilique altari superposita, licet tantae dimensionis sit, ut subiectam structuram superet, vel saltem aequet, nunquam tamen coniuncta et unita fuisset cum inferiori stipite, et per sacram unctionem quodammodo in angulis colligata, per amotionem et translationem de loco ad locum haud amitteret consecrationem, quia hoc in casu non aliam rationem haberet, nisi altaris

portatilis, quod exsecratur dumtaxat, vel per enormem fracturam, vel per violationem sepulcri reliquiarum ». — Nota Gardcll. n. 4562.

« Sanctitas Sua edixit et. declaravit, sufficere ad constituendam qualitatem *altaris fixi,* ut in medio altaris stabilis et inamovibilis, licet non consecrati, lapis consecratus etiam amovibilis ponatur». — S. C. Indulg. 20. Mart. 1867.

‹ Utrum in ecclesia tantummodo benedicta altare possit consecrari, quin prius ipsa ecclesia consecretur? — R. Affirmative ».— S. R. C. 12. Sept. 1857. *Molinen.* ad 15.

«An ex ardcsia seu *lavagna,* ut dicitur, fieri possint altaria portatilia ut in iis celebretur. — R. Posse fieri ». — S. 0. 14. Maii 1681. C. 826.

Esse item possunt ex duro scbisto lapide, minime vero ex gypso. S. R. C. 29. Apr. 1887. *Lamacen.* ad 2. 3.

«Se sia lecito ai sacerdoti latini di celebrare seconde i! loro rito, ma senza l'altare portatile di pietra, nelle chiese ed altari dei greci uniti, che sono di tela consacrata dal vescovo greco con unzioni e con reliquie, mentre dai greci si celebra liberamente nelle chiese ed altari di pietra dei latini. — R. Non licere ». — S. 0. 7. lun. 1726. C. 827.

«4. Num possit tolerari antiqua consuetudo erigendi altare portatile in ecclesiis vel oratoriis publicis, quibusdam occurrentibus solemnitatibus et confluente ingenti populi frequentia? — 6. Num in ecclesiis consecratis et non tantum benedictis, ubi nullum exstat altare fixum consecratum vel, si aliquod exstabat, hoc per defectum substantialem uti exsecratum habetur, remanere queant altaria tantum portatilia? — R. Ad 4.om Rnius orator acquiescat. Ad G.""l Quam primum fieri possit, consecretur altare fixum, praesertim altare maius, in forma consueta, iuxta Pontificale romanum. — Si vero altare fixum consecratum fuit, sed per aliquem defectum substantialem amisit consecrationem tunc, dummodo omnes adsint conditiones requisitae ad novam consecrationem altaris, haec perfici poterit *ex gratia* per ritum ac formulam brevem, ad tramites instructionis ab ipsa Sacra Rituum Congregatione apposite tradendae ». — S. R. C. 4. Febr. 1898. *Bellunen.* ad 4. 6.

De facultate et formula benedicendi sacram supellectilem

« Episcopus nequit delegare simplici sacerdoti facultatem benedicendi sacra paramenta, nisi ad hoc habeat speciale privilegium Sedis Apostolicae, a qua tamen interdum conceditur personis in dignitate constitutis, dummodo in eis non sit adhibenda sacra unctio, vel oleum sanctum, quae ab ipso tantum episcopo ordinato et consecrato benedicenda, inunguenda et consecranda sunt... ». — S. C. C. 28. Nov. 12. Dec. 1733.

« An episcopi, sive ex iure ordinario, sive ex consuetudine, omnes benedictiones descriptas in rituali romano et reservatas, in quibus non intervenit sacra unctio, sacerdotibus minoribus delegare possint? — R. Negative ». — S. R. C. 2. Apr. 1875. *Lemovicen.* ad 1.

« Episcopus Blescn. Indultum obtinuit a S. R. C. pro facultate subdelegandi suos vicarios generales, ecclesiarum rectores, etc., ad benedictionem sacrae illius supellectilis, in quo sacra unctio non adbibetur. Quum vero nulla inveniatur formula pro benedictione indumenti sacerdotis aut levitici praeter eam, quae repentur in pontificali, et ideo episcopis videtur reservata, sacerdotes subdelegati recurrere debent ad

benedictionem pro iudiimeniis sacerdotalibus in genere, missali additam. 1sthaec autem benedictio in omnibus circumstantiis non apparet omnino consentanea, ex. gr.. pro benedictione cinguli. Unde praedictus Iimus orator humillime a S. R. i . postulavit, ut sacerdotes ab ipsoinet subdelegati uti valeant formula a pontificali data pro benedictione cuiuslibet indumenti. quae insuper est formula minus solemnia. — R. Sacerdotes stibdelegati utantur benedictione, quae legitur in rituali romano ». — S. R. C. 16. Mart. 1876. *Blesen.*

.Vissa sine sacris utensilibus et vestibus

‹ Cum in S. C. Particnlari super rebus sinicis habita die 2. Oct. decretum fuisset supplicandum esse SSmo ut facultates necessarias et opportunas vicariis ap. Sinensibus ad decennium duraturas impertiatur ad hoc. nt tempore persecutionis licentiam concedere possint missionariis non quidem omnibus indiscrimination ac per modum regulae, sed prudenti habito delectu tnm circumstantiarum in casibus concurrentium, tum etiam personarum quas ea rite sobrie ac sancte usuras praevideant, celebrandi missam absque solitis utensilibus, et sine sacris vestibus, vel cum aliqua tantum ex magis necessariis, ubi ceterae haberi non possint; idqne praesertim ubi urgeat necessitas eucharistiam populo aut infirmis dispensandi, hanc S. C. sententiam SSmus in omnibus benigne approbavit, ac facultates, de quibus agitur peramanter concessit ». — S. C. de P. F. 30. Nov. 1828. C. 853.

644. — *De palla. corporali et purificatorio*

‹ An in sacrificio missae uti possit palla a parte superiori drappo serico cooperta ? — B. *Negative* ». — S. R. C. 22. lan. 1701. *Conar. Mont. Cor.* ad 6.

« An uti liceat palla a superiori parte panno serico, aut ex auro vel argento, et acu depicto cooperta? — K. Permitti posse, dummodo palla linea subnexa calicem cooperiat, ac pannus superior non sit nigri coloris, nec referat aliqua mortis signa ». — S. R. C. 17. lui. 1894. *Dubior.* ad 4.

Indultum missionariis ludiarum Orientalium concessum est propter caritatem telae lineae celebrandi super corporali telae bombycinae, *ita tamen, at corporalia e.r tela vere bombycina non autem serica conficiantur.* — S. C. de P. F. 28. Iui. 1760. C. 849. ‘

« 12. An purificatorium benedici debeat? Et quatenus affirmative. 13. Quenam benedictio adhibenda? — R. Ad 12.um Negative. Ad 13.0m Provisum in casu antecedenti ». — S. R. C. 7. Sept. 1816. *Tuilen.*

‹ An ex tela sive panno, vulgo *Nipis,* possint confici corporalia, pallae, aut saltem albae, amictus, et mappae? — R. Negative ad utramque partem ». — S. R. C·. 13. Aug. 1895. *Placent,* ad 1.

645.— *De materia calicis*

Unusquisque sacerdos in aureo vel argenteo solum, aut saltem stanneo calice sacrificet — Bcned. XIV. C. *Etsi pastoralis* pro Italo-Graecis.

Missionariis in Sinis et regnis adiacentibus, ac in Indiis Orientalibus Indultum concessum est ob eorum paupertatem utendi calicibus metallo vulgo dicto *cuivre Wane,* aut acre albo elaboratis. — S. C. de P. F G lun 1847., 24. Bec. 1849. C. 856. 858.

De pyxide, ostensorio et purificatorio benedicendis

et quando benedicenda sint pyxis, purificatoria, ostensoria, vel saltem lunula, quae immediate inserviunt sacramento plus quam alia, quae habent in missali propriam formam benedictionis? — It. Servandas esse rubricas ». — S. R. C. 16. Nov. 1649. *lanuen.* ad 5.

647. — *De parva cruce et crucis benedictione*

Parra crux cum imagine Crucifixi, posita super tabernaculum, non est sufficiens, dum celebratur missa; sed poni debet alia crux in medio candelabrorum. Si in altari vero adest magna statua SS. Crucifixi, est sufficiens, et non indiget alia cruce — S. R. C. 16. lun. 1662. *Rossan.* ad 1.2. — Reprobandus abusus collocandi parvam crucem vix visibilem vel supra tabernaculum, vel supra aliquam minorem tabulam sitam in medio altaris, loco crucis collocandae inter candelabra, ut rubrica praescribit. — S. R. C. 17. Sept. 1822. *Dubior.* ad 7.

« 1. An cruces altarium seu processionum sint benedicendae de praecepto? 2. An, si non sint de praecepto, possit simplex sacerdos eas benedicere private et non solemniter? — R. Ad 1.um Negative. Ad 2.nm Affirmative ». — S. R. *C.* 12. Iui. 1704. *Urbis.*

652. — *De paramentorum colore*

« An sacra paramenta coloris aurei inservire possint pro coloribus albo, viridi et rubro? —R. Negative ». — S. R. C. 29. Mart. 1851. *Adrien.* ad 5.

« In dictis paramentis (canonicorum) tela aurea admitti potest pro coloribus tum albi, tum rubri, tum viridis? — R. In casu potest adhiberi tela aurea, ratione pretiositatis ». — S. R. C. 20. Nov. 1885. *Papien.* ad 2.

* Paramenta coloris flavi, tum serica, tura ex auro contexta, possuntne adhiberi pro albo, viridi, rubro ac violaceo, praesertim in ecclesiis pauperioribus, facere non valentibus paramenta singulorum colorum a rubrica praescriptorum? — R. Quoad paramenta coloris flavi, negative; quoad paramenta ex auro contexta, affirmative, excluso tamen colore violaceo ». — S. R. C. 5. Dee. 1868. *Syren.* ad 4.

«Potestne permitti tela argentea pro paramentis albi coloris? — R. Affirmative ». — S. R. C. 20. Nov. 1885. *Papien.* ad 3.

«1. An paramenta coloris flavi adhiberi possint pro quocumque colore, nigro excepto? 2. Num paramenta confecta ex serico, et aliis coloribus floribusque intexta, ita ut vix dignoscatur color primarius et praedominans, usurpari valeant mixtim, saltem pro albo, rubro et viridi? 3. Num planetae, stolae et manipula possint confici ex tela linea, vel gossypio vulgo *percallo,* coloribus praescriptis tincta, aut depicta? — R. Ad 1.0,n Negative. Ad 2.nm Pariter negative. Ad 3.',ni Serventur rubricae et usus omnium ecclesiarum, quae huiusmodi casulas non admittunt ». — S. R. C. 23. Sept. 1837., *Mutinen.* ad 5.

« Num liceat uti colore flavo, vel caeruleo in sacrificio missae et expositione SS. Sacramenti? — R. Negative ». — R. S. C. 16. Mart. 1833. *Veronen.* ad 4.

«An usus coloris *caerulei* in ss. paramentis permitti possit pro colore albo, uti fieri assolet in missis B. V. M.. vel potius violaceo? —

R. Negative in omnibus, et usum caerulei coloris voluti abusum eliminandum ». — S. R. 0. 23. Febr. 1839. *('t»ujr. Old. II. M.* Γ. ad 2.

‹ Posse uti cingulo eoiore paramentorum ». S. R. 0. 8 lun. 1709. *Bracharen.* ad 3.

‹ Num tolerari possit, ut fundus coloratus supponatur textili denticulato, vel operi phrygio in manicis et fimbriis albarum, nec non in manicis rochetti? — R. Quoad manicas et fimbrias albarum, affirmative; quoad manicas autem in roehettis, fundum esse posse coloris vestis talaris relativae dignitatis ». — S. R. C. 12. Ini. 1892. *Roman,* ad 5.

De materia sacrarum supellectilium

‹ Quamvis S. R. C., sub die 15. Mart. 16<>4. reprobaverit morem, qui forte alicubi obtinuerat, conficiendi amictus, albas, tobaleas altarium, nec non corporalia et pallas ex tela quadam composita ex lino et gossipio subtilissimo, nihilominus novissimis temporibus adeo invaluit abusus, ut constanti Ecclesiae disciplina posthabita, nonnullis in ecclesiis non alia adhibeantur supellectili», vel ad sacrificandum, vel ad altarium usum, nisi ex simplici gossipio confecta. Ad hanc corruptelam, quam bene multi consuetudinis nomine cohonestare nituntur, radicitus evellendam, studia converterunt EE. et RR. DD. CC. sacris tuendis ritibus praepositi. Solliciti idcirco, ut quod usque ab Ecclesiae primordiis, quoad sacra indumenta et supellcctilia. ob reales et mysticas significationes inductum est. retineatur, restituatur et in posterum omnino servetur, declararunt et decreverunt ab antiquo more, sub quolibet praetextu, colore ac titulo non esse recedendum, et eadem sacra indumenta ac supellectili» conficienda esse ex lino aut cannabe, non autem ex alia quacumque materia, etsi munditie, candore ac tenacitate linum aut cannabem aemulante et aequante: aliqua tamen indulgentia utentes, permiserunt, ut amictus, albae, tobaleae, mappulae, si quae ex gossipio habentur, adhiberi interca possint nsquedum consumentur: sed. cum huiusmodi supellcctilia renovanda erunt, ne ex alia materia fiant, nisi ex lino vel cannabe, praeceperunt. Districte vero iusserunt ut corporalia, pallae ac purificatoria, post lapsum unius mensis a praesentis decreti publicatione, linea omnino sint vel ex cannabe, interdicto et vetito aliorum usu, quae ex gossipio supererunt. Et ita decreverunt ac ubique locorum, si SSmo D. N. placuerit, servari mandarunt. SSmus decretum S. C. approbavit, confirmavit, typisque editum publicari praecepit ». — S. R. C. 18. Maii 1819. *Deer. Gen.* D. 3779.

« An licitum sit ad celebrandam missam ornamentis uti, quorum textura vitrea est mixta auro vel argento? — R. Negative, proptereaque praedictis ornamentis uti non licet ». — S. R. C. 11. Sept. 1847. *Atrebaten.*

Tessutuin ex serico et mori fibris pro sacris paramentis licite adhiberi potest. — S. R. C. 21. Apr. 1893. *Ceneten.*

* Num cingula ex laua adhiberi licite valeant in celebratione SS. M. S.? — R. Nihil obstare, quominus cingula in precibus enuntiata adhiberi possint ». — S. R. C. 23. Dec. 1862. *Ord. Carihus.*

«An sacerdotes in sacrificio missae uti possint cingulo serico? — R. Congruentius uti cingulo lineo ». S. R. C. 22. lan. 1791. *Ootujr. Mont. Cor.* ad 7.

De ministro inserviente w/oe

« An in conservatoriis puellarum missae a cappellano celebratae inservire possit extra cancellos vel longius ab altari aliqua ex puellis vel monialibus, quum non facile sit alium inservientem invenire? — II. Affirmative in casu et ex necessitate ». — S. R. C. 18. Mart. 1899. *Alatrina* ad 6. M. E. V. 11. p. 61.

‹ Num tolerandum sit ut mos non geratur decretis S. C. duos ministros in missa lecta prohibentibus, eo sub praetextu quod hi ministri non introducantur ratione dignitatis celebrantis, sed ratione celebritatis aut frequentioris assistendae, ex gr. si missa sit parochialis aut alicuius communitatis. — R. Servanda esse quidem decreta quoad missas stricte privatas; sed quoad missas parochiales vel similes diebus solemnioribus, et quoad missas quae celebrantur loco solemnis atque cantatae, occasione realis atque usitatae celebritatis et solemnitatis, tolerari posse duos ministros missae inservientes, servatis ordinationibus S. C. in una Tuden. 7. Sept. 1816. ad dubia 11. et 12. ». — S. R. C. 12. Sept. 1857. *Molinen.* ad 7.

Dubia erant sequentia: « 11. An in missis privatis permitti possit ministro aperire missale et invenire missam. — 12. An in iisdem missis privatis permitti possit ministro, si fuerit sacerdos vel diaconus sive subdiaconus, ut praeparet calicem, et ipsum extergat in fine post ablutiones; sicut in missa solemni. ⊢ R. Ad **11.**atu Negative, et serventur rubricae. Ad 12.',m Ut ad proximum ».

« L uso di far vestire con sottana rossa o paonazza i ragazzi, che servono all'altare pub tollerarsi, purehè nelle messe solenni ed altre solenni funzioni indossino anche la cotta ». — S. C. de P. F. 18. Aug. 1881. 0. 1982.

654. — *De luminibus in celebratione missae*

« S. C. de P. F. interdum ex Apostolica venia induisit, ut missionarii uti possent oleo in missae celebratione loco cerae, et deficiente etiam oleo celebrarent absque luminibus ». — S. R. C. 7. Sept. 1850. C. 840.

« SSmus vicario ap. Coimbatorensi benigne impertire dignatus est ut, in iis locis vicariatus in quibus candelas ex industria apum labore confectas, vel, loco earum, oleum olivae comparare impossibile sit, permittere valeat, in ss. missae sacrificio, usum candelarum quae efformantur ex oleo seu adipe ceti, praevia necessaria purificatione, et communiter *spermaceti* appellantur ». — S. C. de P. F. 13. Dec. 1874. C. 841.1970.1968., S. R. C. Decr. Auth. n. 2865.

Candelae ex saevo prohibentur. — S. R. C. 10. Dec. 1857. *Carotin.*

655. — *Celebratio capite cooperto et cum annuto*

« An Emi et Rmi DD. cardinales, sive Rmi episcopi, et quotquot ex Induito Apostolico gaudent usu pileoli, sacro adsistentes, sive scorsim, sive collégialité!', teneantur detegere caput ad cantum sacri evangelii et dum thurificantur? — R. Affirmative ». — S. Congr. Caercmonialis 20. Maii 1890. — Missionariis etiam S. I. concessum est, in Sinis, ut caput pileo contectum, sed non communi et ordinario, habeant in celebratione missae. C. 799.

Vicarii ap<»stolici. *cum praei et urgente rausa,* celebrare possunt sino rochetto. annulo et cruce episcopali. – S. C. de P. E. 22. Mart. 16M C. 843.

Canonici annuliim deferre in missa non possunt, non obstante qua-cnmqne consuetudine. — S. R. C. 12. Febr. 1892., 9. Mart. 1894. *Piscien.*

657. — *Pr aspersione aquae benedictae ante missam*

«An tolerari possit mos in multis ecclesiis exsistens, quo sacerdos ante missam conventualem graditur per ecclesiam incipiens a parte epistolae et rediens per partem evangelii interim aspergens populum aqua benedicta. — R. In casu servandam consuetudinem ». — S. R. C. 22. Mart. 1862. 5. *Paidi de Minnes.* ad 2.

«Diebus dominicis aspersio aquae benedictae super populum fierinc debet a celebrante extra chorum, gradiente usque ad ianuam ecclesiae, vel a choro conversus celebrans debet aspergere populum iuxta praescripta tum in caeremoniali episcoporum, tum in tribus decretis? — R. In Dominicis aspersio populi cum aqua benedicta facienda est ad cancellos presbyterii, iuxta alia decreta ». — S. R. C. 12. Sept. 1884. *Sanciorien.* ad 4.

De collectis

In oratione .4 *cunctis* ad litteram X est nominandus patronus seu titularis illius ecclesiae, ubi celebretur. — S. R. C. 23. Sept. 1837. *JLuiinen.* ad 7. — Si tamen celebretur in oratorio, sive privato, sive publico, quod non habeat patronum aut titularem, tunc nominandus est patronus civitatis vel loci. — S. R. C. 12. Sept. 1840. *Brugen.* ad 1. — *Ex Peer,* autem *PU IX. 7. lulii 1871.* addi debet nomen S. losephi Sp. B. V. M. post invocationem B. Mariae V. ante quoscnmque alios sanctos patronos, exceptis angelis et S. loanne Baptista, per haec verba *cum Beato losepho.*

In dominicis Adventus et Quadragesimae non est omittenda collecta imperata, exceptis dominica Palmarum, et dominica quarta Adventus, in huius occursu cum vigilia Nativitatis item in vigilia Pentecostes ob eius dignitatem). — S. R. C. 20. Aj>r. 1822. *Cotronen.* ad 2.

Si praecipiatur tertia oratio *ad libitum,* et ab episcopo praecipiatur aliqua collecta, non debet praetermitti quae ad libitum, sed recitanda tertio loco aliqua oratio ad libitum: et quarto loco quae iussu episcopi dici debet. — S. R. C. 17. Aug. 1709. *Bergomen.* ad 2.

1. An in ecclesia regularium, aliisque ecclesiis exemptis, recitandae sint collectae ab Ordinario loci praescriptae? 2. An liceat clero earum ecclesiarum ab iis recitandis cessare pro libitu, antequam Ordinarius id insserit? -·· B. Ad 1um Affirmative. Ad 2.",n Negative. — S. R. C. 3. Apr. 1821. *Peer. Gener.*

De purificatione calicis

« An sacerdotes, in China, Cochinchina et Tongkino, attenta penuria vini in dictis regnis, possint ad manuum calicisque purificationem, inter missarum solemnia, uti dumtaxat aqua non commixto vino? — S. C. de P. F. humiliter petenti dictam licentiam, affirmative respondendo, benigne concessit ». — 13. lan. 1665. C. 798. — At S. I. C. 14. lun. 1707. respondit: « Citra maximam penuriam, servandas esse pro viribus rubricas missalis romani, praesertim in purificatione, seu prima ablutione ».

Missa in aliena ecclesia

«Omnes ct singuli sacerdotes, tam saeculares quarn regulares, ad ecclesiam confluentes, vel ad oratorium publicum, missas quum Sanctorum tum Beatorum, etsi regularium proprias, omnino celebrent officio eiusdem ecclesiae vel oratorii conformes, sive illae in romano, sive in regularium missali contineantur; exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum propriis.

Si vero in dicta ecclesia, vel oratorio, officium ritus duplici inferioris agatur, unicuique ex celebrantibus liberum sit missam de requie peragere, vel votivam, vel etiam de occurrenti feria; iis tamen exceptis diebus, in quibus praefatas missas rubricae missalis romani, vel S. R. C. decreta prohibent ». — S. R. C. 9. Iui. 1895. *Urbis et Orbis.*

« Utrum, post decretum generale die 9. Dec. 1895. editum *de missa conformi officio ecclesiae vel oratorii publici,* calendario loci, an vero celebrantis respondere debeant missae, quae celebrantur in capellis episcoporum, seminariorum, collegiorum, piarum communitatum, hospitalium et carcerum? — R. Dummodo agatur de capella principali, quae instar oratorii publici ad effectum memorati decreti habenda est, Affirmative ad 1.nm, Negative ad 2.um ». — S. R. C. 22. Maii 1896.

De missa de requie

« l.° In quolibet sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, missas, quae inibi celebrari permittuntur, posse esse de requie diebus non impeditis a festo duplici 1. vel 2. classis, a Dominicis aliisque festis de praecepto servandis, necnon a feriis, vigiliis, octavisque privilegiatis; item 2.° quibuslibet ecclesiis et oratoriis quum publicis tum privatis et in sacellis ad seminaria, collegia et religiosas vel pias utriusque sexus communitates spectantibus, missas privatas de requie, praesente, insepulto vel etiam sepulto non ultra biduum, cadavere, fieri posse die vel pro die obitus aut depositionis, sub clausulis et conditionibus, quibus, iuxta rubricas et decreta, missa solemnis de requie iisdem in casibus decantatur, et exceptis duplicibus primae classis. Dominicis aliisque festis de praecepto. — Contrariis non obstantibus quibuscumque ». — S. R. C. 19. Maii 1896. *Decretum.*

« Missae privatae de requie, quae sub expressis conditionibus celebrari possunt, praesente cadavere, licitae ne erunt in quibuslibet ecclesiis vel oratoriis, sive publicis sive privatis? R. Affirmative, dummodo cadaver sit physice vel moraliter praesens; sed si agatur de ecclesiis et oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum missa exequiali ». — S. R. C. [2. lan. 1897. *Romana* ad 3.

« Quibusnam diebus permittitur missa de requie insepulto cadavere, sed absente ob civile vetitum, et ob morbum contagiosum? — R. Cadaver absens ob civile vetitum vel morbum contagiosum, non solum insepultum, sed et humatum, dummodo non ultra biduum ab obitu, censeri potest ac si foret physice praesens, ita ut missa exequialis in casu cantari licite valeat quoties praesente cadavere permittitur». — S. R. C. 13. Febr. 1892. *Calaguritana* ad 26.

« It omne tollatur dubium super orationibus et sequentia dicendis in missis defunctorum, Sacra Rituum Congregatio declarat:

I. Unam tantum esse dicendam orationem in missis omnibus, quae celebrantur in commemoratione omnium fidelium defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis atque etiam in missis cantatis, vel lectis permittente ritu diebus Ill., VIL, XXX., et die anniversaria, nec non qnandocumque pro defunctis missa *solemniter* celebratur, nempe sub ritu qui duplici respondeat, uti in officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in anniversariis, late sumptis.

II. In missis quotidianis quibuscumque, sive lectis sive cum cantu, plures esse dicendas orationes, quarum prima sit pro defuncto vel defunctis, certo designatis, pro quibus sacrificium offertur, ex iis quae inscribuntur in missali. secunda ad libitum, ultima pro omnibus defunctis.

III. Si vero pro defunctis in genere missa celebretur, orationes esse dicendas, quae promissis quotidianis in missali prostant; eodemque ordine quo sunt inscriptae.

IV. Quod si in iisdem quotidianis missis plures addere orationes celebranti placuerit, uti rubricae potestatem faciunt, id fieri posse tantum in missis lectis, impari cum aliis praescriptis servato numero, et orationi pro omnibus defunctis postremo loco assignato.

I*. 1
*

V. Quod denique ad sequentiam attinet, semper illam esse dicendam in quibusvis cantatis missis, uti etiam in lectis quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in reliquis, vel recitari posse vel omitti ad libitum celebrantis, iuxta rubricas. Contrariis non obstantibus quibuscumque ». — S. R. C. 30. lun. 1896. *Decretum Generale.*

fl J
U--J
5-

II·
k

De cantu precum, lingua vernacula, et de cantu mulierum tempore missae

« 1. Num liceat sacerdoti celebranti ante vel post expletum missae sacrificium publice recitare preces vel hymnos in lingua vernacula, v. g. preces novendiales B. M. V. vel alicuius sancti coram ss. sacramento publice exposito. — 2. Num liceat sacerdoti devotionem sacratissimi Cordis lesu in ecclesia publice celebranti, coram ss. sacramento solemniter exposito recitare actus vel alias preces in honorem eiusdem sacratissimi Cordis in lingua vernacula, ad auditum populi fidelis adstantis, ita ut ad istas preces vel actus respondere valeat. — 3. Num liceat generaliter ut chorus musicorum id est cantorum, coram ss. sacramento solemniter exposito decantent hymnos in lingua vernacula. — R. Ad 1.™ Affirmative. Ad 2.mn' Affirmative, seu provisum in praecedenti. —Ad 3.™ Posse, dummodo non agatur de hymno *Te Deum,* et aliis quibuscumque liturgicis precibus, quae nonnisi latina lingua decantari debent ». — S. R. C. 27. Febr. 1882. *Leavenw.*

RR
I

« Se nclla messa parrocchiale sia lecito dopo il vangelo in latino leggere il vangelo in altro rito cd in altra lingua, e che il ministro reciti ad alta voce in idioma volgare *Gloria, Credo* etc. — R. Non licere, et ad mentem. Mens est: che il solo vangelo. volendosi fare Ia spiegazione o ristruzione. si possa premettere come parte dei discorso, purchè la versione sia approveta o legittimamente adottata ». — S. c. dp P. F. 29. Mart. 1824.

‹ Num tolerentur cantica in lingua vernacula etiam in missis, quae cum cantu celebrantur, salvo semper remanente usu cantandi Introitum, *Gloria, Credo, Nanctus, et Agnus Dei.* — R. Cantica in vernaculo idiomatc in functionibus et officiis liturgicis non esse toleranda sed omnino prohibenda; extra functiones liturgicas servetur consuetudo ». — S. R. C. *21. lun. 1879. *Praef, Apost. de Madag.* ad 1.

« 1. Cantiones quascumque vernaculas esse omnino prohibitas in omnibus missis, quae vel solemniter vel solum in cantu celebrantur; ita ut modulationibus, quas liturgico idiomate rubricae praescribunt, nulli liceat alias ab illis addere vel immiscere; et consuetudinem ea de re contrariam, si alicubi invecta fuerit, esse prorsus eliminandam tamquam abusum et corruptelam. — 2. Ea, quae cantorum schola exequi alternatim debet, nunquam esse omittenda; sed vel per integrum cantanda, vel si vocibus iungantur organa, partira concinenda, partira sub organis clara voce legenda, prout eaereraoniale episcoporum praescribit; symbolo excepto, quod per integrum, si recurrat, semper canendum erit. — 3. Dum ss. sacramentum, sive sub una sive sub altera specie elevatur, cantoribus esse omnino silendum, iuxta rubricas, iisdemque sacramentum cum ceteris adorandum. Quod si peracta ultima elevatione, quam iuxta rubricas statim *Benedicius* subsequi debet, ad orationem dominicam usque, aliquid modulari libeat, Sacra Rituum Congregatio id permittit, dummodo de iis, quae ex liturgia canenda sunt, nihil praetermittatur, celebrans a missa continuanda haud impediatur et quod concinitur ad sacramentum pertineat ». — S. R. C. 22. Maii 1894. *Beer. Gener.*

« An in eadem parochiali Ecclesia a fidelibus intra missam cani possint iuxta antiquum morem, a nonnullis annis interruptum, preces vel hymni lingua vernacula compositi in honorem Sancti vel mysterii, cuius festum agitur? — R. Affirmative, de consensu Ordinarii quoad missam privatam; Negative, quoad missam solemnem sive cantatam: iuxta ordinationis pro musica sacra articulum septimum et octavum; et iuxta decretum in una praefecturae apostolicae de Madagascar, in responsione ad dubium primum, diei 21. lunii 1879. Atque ita servari mandavit ». — S. R. C. 31. lan. 1896. *Bisarch.*

« Licetne aliquid canere lingua vernacula: 1. In missa solemni, dum sacra communio distribuitur per notabile tempus? — 2. In solemni processione ss. sacramenti, alternatim cum hymnis liturgicis? — R. Negative, ad utrumque ». — S. R. C. 14. lan. 1898. *Parisien,* ad 5.

* Ex antiqua consuetudine ëpiscopus Tricomiensis (vicarius ap. decessori retulit ortum, ut nunc quoque preces quotidianae alternatim a viris et mulieribus recitentur tam in ecclesia quam extra, et aliquibus abhinc annis morem invaluisse ut dum sacerdos missam celebrat, tres quatuorvc puellae iam nubiles pias meditationes ad unamquamque missae partem accommodatas alta voce recitent seu decantent. Hac praxi, aiebat praesul, christiani valde adiuvanfur ad continendas evagationes mentis, missamque pie ac devote audiendam; nihilominus a multis improbatur quasi contraria verbis Apostoli dicentis: *mulieres in ecclesiis taceant;* quibus ipsa S. C. inhaerens in instructionibus datis ad vic. ap. Sntchuen. 29 Aprilis 1784. et ad calcem Synodi Sutchuensis impressis prohibuit « ne in publico virorum conventu virgines vel verbum Dei praedicare, vel docere, aut palam legendo vel singulariter praecinendo

quodammodo annunciate praesumerent» qnod anno 1844. confirmatum est Hoc minime obstante quaerebat praesul, an S. Congregationis auctoritati abolendam penitus praxim hanc videretur, quod forte haud omnibus in aliis praecipue missionibus expedire persuasum erat: vel potins tolerandam, aut permittendum, ut dictae piae meditationes a pueris decantentur seu a cathechista aliquo ad omnes precavendas obloq luitiones. Serio autem libratis omnibus quae a laudato antistite adnotata fuere, Emi PP. rescribendum a. tuae consuerunt: — Firma alterna recitatione vel cantu iuxta consuetudinem, servatis tamen decretis anni 1784. et 1844.. curandum prudentiori modo quo poterit, ut id tantum a pueris vel ludimagistris fiat ». — S. C. de P. F. 21. Maii 1856.

‹ Se e come proibire in Inghilterra) i canti delle donne nolle sacre funzioni. — R. Enixe commendetur episcopis ut, quantum fieri potest, eradicare satagant huiusmodi abusum ». — S. C. de P. F. 6. Iui. 1874.

De presbytero assistente missae neo-sacerdotis

« An presbyter, assistens primae missae neo-sacerdotis, uti debeat stola a principio missae usque ad finem, ut assolent nonnulli, vel an eam assumere debeat a principio canonis usque ad consummationem tantum? — R. Servetur consuetudo ». — S. R. C. 11. lun. 1880. *Viylevan.* ad 7.

J)c *subdiacono in missa cantata non ordinato in sacris*

« Num qui subdiaconatus ordinem nondum recepit, subdiaconi munus fungi valeat in missa solemni? — K. Affirmative; dummodo clericali saltem tonsura sit initiatus, manipulum non ferat, et vera urgeat necessitas ». — S. R. C. 17. Ini. 1894. *Dubior.* ad 7.

659. 660. — *De sacrorum rituum observantia*

* 15. Item, utrum credat, quod deliberato animo contemnens ritum Ecclesiae, caeremonias exorcismi et catechismi, aquae baptismatis consecratae, peccet mortaliter ». — Artt. 39., de quibus errorum Wikleff et Huss suspecti ex mandato Martini V. B. *Inter cunctas* interrogandi sunt.

Clemens XI. in *Epistola encyclica ad omnes orbis episcopos,* die 10. Martii 1703.: ‹ Maiori super dicendi modum diligentia ac studio curare debet *(episcopus),* ut missae sacrificium quo nihil sanctius, nihil divinius excogitari potest, per solos presbyteros celebretur, non tantum ea puritate quae ipsos decet qui singulis diebus Deo Patri coeleste holocaustum unigeniti Filii qui nostram mortalitatem induit, offerunt, verum etiam sacras caeremonias in rubricis praescriptas sedulo pieque observent. Id etiam necessario requiritur, ne sacerdos inter homines Deumque positus ad ipsius iracundiam sedandam, si negligenter immodesteque suo munere fungatur, Deum magis irritet ».

S. Pii V. decretum: ‹ Mandantes ae districte omnibus et singulis..· in virtute s. obedientiae praecipientes, ut caeteris omnibus rationibus et ritibus ex aliis missalibus... in posterum penitus omissis,... missam iuxta ritum, modum, ac normam, quae per missale hoc a nobis nunc traditur, decantent ac legant: neque in missae celebratione alias caeremonias vel preces, quam quae hoc missali continentur, addere vel recitare praesumant ».

« Inter accusationes adversus presbyteros vicariatus tui, recensentur etiam ipsos in sacrorum administratione, maxime in tremendo missae sacrificio, ritus ncgligcre ab Ecclesia statutos, istis pro arbitrio addere et detrahere, et mixtam quamdam liturgiam ex Ecclesiae statutis et ex aliis proprio marte excogitatis efformare. — Hane agendi rationem summopere reprobandam esse, nemo non intelliget. Ritus enim et caeremoniae inductae sunt in Ecclesiam, ut debita cum veneratione externus cultus erga Deum exerceatur, ut sacra quae peraguntur mysteria augustiora fiant, et sint ea in magnam Christi fidelium aedificationem, eorum in Deum pietatem excitando et devotionis affectum. Hinc sacrosancta Tridentina Synodus ita ad rem liane, S. 22. de missae sacrif., C. 5.: *Clinique natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli, propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quaedam submissa voce, alia vero elatiore, in missa pronuntientur, instituit. Caeremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex apostolica disciplina et traditione, qua et maiestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per haec visibilia religionis ac pietatis signa, ad rerum altissimarum, quae in hoc sacrificio latent contemplationem excitarentur.* — Tales eum sint ecclesiastici ritus et caeremoniae, sequitur eas iuris esse Ecclesiae, ad eamque tantummodo pertinere eas constituere, sicut ad Ecclesiae ministros eas amussim observare, maxime quod hisce Ecclesiae ritibus implicita multorum catholicorum dogmatum continetur professio. Hinc etiam ex liturgiis fides eruitur de Verbi et Spiritus Sancti divinitate, de veritate humanitatis et divinitatis Christi, de virginitate Deiparae, de episcoporum supra presbyteros dignitate, de necessitate gratiae Christi ad opera aeternae vitae meritoria, de peccati originalis in omnes homines diffusione, de sacramento confirmationis, de incruento missae sacrificio, de realis Corporis Christi praesentia in eucharistia, de mirabili quae in ea fit transubstantiatione, de purgatorio, de cultu et invocatione Sanctorum, aliisque pluribus, ex quo factum est, ut theologi in liturgiis fontem theologicum agnoverint, ex quo Ecclesiae doctrina nobis manifestetur. Quae cum ita sint, rectissime laudata mox Trid. Syn. ita decrevit S. 7. de sacram, in genere, c. 12. *Si quis dixerit receptos et approbatos Ecclesiae catholicae ritus in solemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libiio omitti, aut in novos alios per quemcumque ecclesiae pastorem mutari posse, anathema sit.* — Haec in Trid. Syn. sancita opponenda sunt contra sacror. Ecclesiae ritum violatores, et fortassis etiam aspernatores; opponenda ipsis est auctoritas Summor. Pontificum Pii V., Clementis VIII. et Urbani VIII., qui missale romanum una cum suis rubricis, pro Ecclesia universa tribus editis constitutionibus approbarunt, et adversus pertinaces, rigidiori etiam utendum erit agendi ratione, si id evangelicae prudentiae, ex qua numquam deflectere debent, qui in Ecclesia Christi regunt et gubernant, congruum esse videatur ». — Instr. S. C. de P. F. Aug. 1827.

« An praelati, archiepiscopi et episcopi possunt esse indices ad declaranda dubia super s. ritibus et caeremoniis? — R. Negative». — S. R. C. H. lun. 1605. *Visen.* — «Ordinarius loci stricte tenetur opportunis remediis providere, ut rubricae et S. R. C. decreta rite serventur: si quid

dubii occurrat, recurrendum ad eamdem S. C. pro declaratione ». - S. R, C. 17. Sept. 1822. *Dubior.* ad 1.

« An quaecumquc inveterata consuetudo in contrarium derogare possit legi a decretis S. C. praescriptae? — R. Negative iuxta pariter decreta ›. — S. R. C. 3. Aug. 1839. *Tricent.* ad 2.

• Illi soli libri adhibendi, et in illis tantum benedictionibus, (piae rituali roniano sunt conformes ». — S. R. (?. 7. Apr. 1832. *Ariminen.* ad 4.

DE POENITENTIA

661. — *Concilium Tridentinum de Poenitentia,* S. 14.

«Caput 1. *De necessitate et institutione sacramenti poenitentiae.* — Si ea in regeneratis omnibus gratitndo erga Deum esset, ut iustitiam, in baptismo ipsius beneficio et gratia susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus, aliud ab ipso baptismo sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, dives in misericordia, cognovit figmentum nostrum; illis etiam vitae remedium contulit, qui sese postea in peccati servitutem, et daemonis potestatem tradidissent, sacramentum videlicet poenitentiae; quo lapsis post baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. Fnit quidem poenitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inqninassent. quovis tempore ad gratiam et iustitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui baptismi sacramento ablui petivissent, ut perversitate abiecta et emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio et pio animi dolore detestarentur. Unde propheta ait: Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: et non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus baptismo initiandis poenitentiam commendans, dicebat: Poenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum. Porro nec ante adventum Christi poenitentia erat sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante baptismum. Dominus autem sacramentum poenitentiae tunc praecipue instituit, cum a mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto et verbis tam perspicuis, potestatem remittendi et retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, Apostolis et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit. Et Novatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia catholica, tanquam haereticos explosit atque condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta haec Synodus probans et recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem praedicandi verbum Dei et Christi evangelium annuntiandi, contra huiusmodi sacramenti institutionem falso detorquent.

Caput 2. *De differentia sacramenti poenitentiae et baptismi.* — Caeterum lioc sacramentum multis rationibus a baptismo differre dignoscitur; nam praeterquam quod materia et forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissime dissidet: constat certe, baptismi ministrum indicem esse non oportere: cum Ecclesia in neminem iudicinm exerceat qui non

prius in ipsam per baptismi innuam fuerit ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus, de iis, qui foris sunt, indicare? Secus est de domesticis fidei, (pios Christus Dominus lavacro baptismi sui corporis membra semel effecit: nam hos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non iam repetito baptismo ablui, cum id in Ecclesia catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal tanquam reos sisti voluit; ut per sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum poenitentes confugerint, possent liberari. Alius praeterea est baptismi, et alius poenitentiae fructus: per baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in illo eflicimur creatura, plenam et integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem et integritatem per sacramentum poenitentiae, sine magnis nostris fletibus et laboribus, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus: ut merito poenitentia laboriosus quidam baptismus a Sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum poenitentiae lapsis post baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse baptismus.

Caput 3. *De partibus et fructu huius sacramenti.* — Docet praeterea Sancta Synodus sacramenti poenitentiae formam, iu quae praecipue ipsius vis sita est, iu illis ministri verbis positam esse: Ego te absolvo, etc. quibus quidem de Ecclesiae sanctae more preces quaedam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formae essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariae. Sunt autem quasi materia huius sacramenti, ipsius poenitentis actus, nempe contritio, confessio et satisfactio. Qui quatenus in poenitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque et perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione poenitentiae partes dicuntur. Sane vero res et effectus huius sacramenti, quantum ad eius vim et efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis et cum devotione hoc sacramentum percipientibus, conscientiae pax ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Haec de partibus et effectu huius sacramenti Sancta Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui poenitentiae partes, incussos conscientiae terrores et fidem esse contendunt.

Caput 4. *De cont/ritione.* — Contritio, quae primum locum inter dictos poenitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius; et in homine post baptismum lapso, ita demum praeparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinae misericordiae et voto praestandi reliqua coniunctus sit, quae ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Declarat igitur Sancta Synodus, hanc contritionem non solum cessationem a peccato, et vitae novae propositum et inchoationem, sed veteris etiam odium continere iuxta illud: Proiicite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus praevaricati estis et facite vobis cor novum et spiritum novum. Et certe, qui illos sanctorum clamores consideraverit: Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum; recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae; et alios huius generis; facile intelliget, eos ex vehementi quodam anteactae vitae odio, et ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet praeterea, etsi contritionem hanc, ali-

quando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribcndam. Illam vero contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpidinis peccati consideratione, vel ex gehennae et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, eum spe veniae: declarat, non solum non facere hominem hypocritam et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, ct Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo poenitens adintus viam sibi ad iustitiam parat. Et quamvis sine sacramento poenitentiae per se ad iustifieationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in sacramento poenitentiae impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter concussi Ninivitae, ad lonae praedicationem, plenam terroribus poenitentiam egerunt, et misericordiam a Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramentum poenitentiae absque bono motu suscipientium gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit, sed et falso docent, contritionem esse extortam et coactam, non liberam et voluntariam.

Caput 5. 7)e *confessione,* — Ex institutione sacramenti poenitentiae iam explicata universa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse a Domino integram peccatorum confessionem, et omnibus post baptismum lapsis inre divino necessariam existere: quia Dominus noster lesus Christus, e terris ascensurus ad caelos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquarn praesides et indices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quae Christi fideles ceciderint: quo, pro potestate clavium, remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuncient. Constat enim, sacerdotes indicium hoc. incognita causa, exercere non potuisse neque aequitatem quidem illos in poenis iniungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, et non potius in specie, ac singillatim, sua ipsi peccata déclarassent. Ex his colligitur, oportere a poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, et tantum adversus duo ultima decalogi praecepta commissa, quae nonnunquam animum gravius sauciant, et periculosiora sunt iis, quae in manifesto admittuntur: nam venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, et in quae frequentius labimnr, quamquam recte et utiliter citraque omnem praesumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat; taceri tamen citra culpam, multisquc aliis remediis expiari possunt. Verum, cum universa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines irae filios, et Dei inimicos reddant; necessnm est, omnium etiam veniam, cum aperta et verecunda confessione, a Deo quaerere. Itaque dum omnia, quae memoriae occurrunt, peccata, Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia divinae misericordiae agnoscenda exponunt; qui vero secus faciunt, et scienter aliqua retinent, nihil divinae bonitati per sacerdotem remittendum proponunt: si enim erubescat aegrotus vulnus medico detergere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur praeterea, etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quae speciem peccati mutant: quod sine illis peccata ipsa neque a poenitentibus integre exponantur, nec indicibus innotescant, et fieri nequeat, ut

de gravitate criminum recte censere possint, et poenam, quam oportet, pro illis poenitentibus imponere. Unde alienum a ratione est, docere circumstantias lias ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut unam tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed et impium est, confessionem, quae hac ratione fieri praecipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare: constat enim, nihil aliud in Ecclesia a poenitentibus exigi, quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit, et conscientiae suae sinus omnes et latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum et Deum suum mortaliter offendisse meminerit; reliqua autem peccata, quae diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum propheta dicimus: Ab occultis meis munda me, Domine. Ipsa vero huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis et consolationibus levaretur, quae omnibus, digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Caeterum, quoad modum confitendi secreto apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum et sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiae offensae aedificationem, delicta sua publice confiteri possit; non est tamen hoc divino praecepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege praeciperetur, ut delicta, praesertim secreta, publica essent confessione aperienda. Unde cum a sanctissimis et antiquissimis Patribus, magno unanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta usa est, et modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, et inventum humanum esse, atque a Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur. Neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod iure divino necessarium et institutum esse intellexerat; sed ut praeceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus et singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur, unde iam in universa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu observatur mos ille salutaris confitendi sacro illo et maxime acceptabili tempore Quadragesimae: quem morem haec Sancta Synodus maxime probat et amplectitur, tanquam pium et merito retinendum.

Caput 6. *De ministro huius sacramenti et absolutione.* — Circa ministrum autem huius sacramenti, declarat Sancta Synodus, falsas esse et a veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quae ad alios quosvis homines praeter episcopos et sacerdotes, clavium ministerium, perniciose extendunt; putantes verba illa Domini: Quaecunque alligaveritis super terram, erunt alligata et in coelo: et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo; et: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt: ad omnes Christi fideles indifferenter et promiscue, contra institutionem huius sacramenti, ita fuisse dicta, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem, cuicunque factam. Docet quoque, etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus Sancti in ordinatione eollatam, tanquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exer-

core; cosqne prave soutire, qui in malis sacerdotibus bane potestatem non esse contendunt. Quamvis autem absohitio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium vel annunciandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus iudieialis. quo ab ipso, vehit a indice sententia pronuneiatur; atque ideo non debet poenitens adeo sibi de sua ipsius tide blandiri, ut etiam si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi et vere absolvendi desit; putet tamen se, propter suam solam fidem, vere et coram De» esse absolutum,· nec enim fides sine poenitentia remissionem ullam peccatorum praestaret: nec is esset, nisi salutis suae negligentissimus, qui sacerdotem ioeo se absolventem cognosceret; et non alium, serio agentem, sednlo requireret.

Caput 7. *D› casuum reservation?*.— Quoniam igitur natura et ratio indicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, et verissimum esse Synodus haec confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quaedam et graviora crimina non a quibusvis, sed a summis dumtaxat sacerdotibus absolverentur; unde merito Pontifices Maximi pro suprema potestate, sibi in Ecclesia universali tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari iudicio reservare. Neque dubitandum est, quando omnia, quae a Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem episcopis omnibus in sua cuique dioecesi in aedificationem tamen, non in destructionem liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, praesertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est divinae auctoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possunt: extra quem articulum sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum poenitentibus persuadere nitantur, ut ad superiores et legitimos indices pro beneficio absolutionis accedant.

Caput 8. /)e *satisfactionis necessitate et fructu.* — Demum quoad satisfactionem, quae ex omnibus poenitentiae partibus, quemadmodum a Patribus nostris ebristiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita una maxime nostra aetate, summo pietatis praetextu impugnatur ab iis, qui speciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt: Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, et a Verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam poena condonetur. Perspicua enim et illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus praeter divinam traditionem hic error quam manifestissime revincitur. Sane et divinae iustitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui semel a peccatis et daemonis servitute liberati, et accepto Spiritus Sancti dono, scienter templum Dei violare, et Spiritum Sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis

absque ulla satisfaction© peccata dimittantur, ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, vel ut ininrii et contumeliosi Spiritui Sancto, in graviora labamur, thesaurizantes nobis iram in dic irae. Procul dubio enim magnopere a peccato revocant, et quasi fraeno quodam coercent hac satisfactoriae poenae, cautioresque et vigilantiores in futurum poenitentes officiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis et vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. Neque vero securior ulla via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem a Domino poenam, quam ut haec poenitentiae opera Immines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad haec, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo lesu. qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quod si compatimur, et conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio haec, quam pro peccatis nostris exsolvimus, ut non sit per Christum lesum: nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil possumus, eo coopérante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo, unde glorietur: sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos poenitentiae, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, et per illum acceptantur a Patre. Debent ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum et poenitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones iniungere: ne, si forte peccatis conniveant, et indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem prae oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novae vitae custodiam, et infirmitatis medicamentum,· sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam et castigationem: nam claves sacerdotum non ad solvendum dumtaxat, sed et ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres et credunt et docent; nec propterea existimarunt, sacramentum poenitentiae esse forum irae vel poenarum, sicut nemo unquam catholicus sensit, ex huiusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, et satisfactionis Domini nostri lesu Christi vel obscurari, vel ex aliqua parte imminui: quod dum Novatores intelligere nolunt, ita optimam poenitentiam novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim et usum tollant.

Caput 9. *De operibus satisfactionis.* — Docet praeterea, tantam esse divinae munificentiae largitatem, ut non solum poenis, sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis a Deo inflictis et a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum lesum satisfacere valeamus.

Can. 1. Si quis dixerit, in catholica Ecclesia poenitentiam non esse vere et proprie sacramentum, pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Chi isto Domino nostro institutum; A. S.

Can. 2. Si quis sacramenta confundens, ipsum baptismum, poenitentiae sacramentum esse dixerit, quasi haec duo sacramenta distincta non sint, atque ideo poenitentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari ; A. S.

Caw.»?. Si quis dixerit, verba ilia Domini Salvatoris.· Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda do potestate remittendi et retinendi peeeata in sacramento poenitentiae, sicut Ecclesia catholica ab initio semper intellexit; detorserit autem, contra institutionem huius sacramenti ad auctoritatem praedicandi Evangelium; A. S.

Can. 1. Si quis negaverit, ad integram et pertectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente quasi materiam sacramenti poenitentiae, videlicet, contritionem, confessionem, et satisfactionem, quae tres poenitentiae partes dicuntur: aut dixerit, duas tantum esse poenitentiae partes, terrores scilicet incussos conscientiae, agnito peccato, et fidem conceptam ex Evangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata; A. S.

Can. Si quis dixerit, eam contritionem, quae paratur per discussionem. collectionem et detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem aeternae beatitudinis, et aeternae damnationis incursum, cum proposito melioris vitae, non esse verum et utilem dolorem, nec praeparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam et magis peccatorem: demum illam esse dolorem coactum, et non liberum ac voluntarium; A. S.

Can. fi. Si quis negaverit, confessionem sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure divino; aut dixerit, modum secrete confitendi soli sacerdoti, quem Ecclesia catholica ab initio semper observavit et observat, alienum esse ab institutione et mandato Christi, et inventum esse humanum; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, in sacramento poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure divino, confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita et diligenti praemeditatione habeatur, etiam occulta, et quae sunt contra duo ultima decalogi praecepta, et circumstantias, quae peccati speciem mutant; sed eam confessionem tantum esse utilem ad erudiendum et consolandum poenitentem, et olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam; aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinae misericordiae ignoscendum; aut demum, non licere confiteri peccata venialia; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem, et traditionem humanam, a piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles, iuxta magni Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno, et ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimae; A. S.

Can. !). Si quis dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi, remissa esse peccata confitenti; modo tantum credat, se esse absolutum: aut sacerdos non serio, sed ioco absolvat: aut dixerit: non requiri confessionem poenitentis, ut sacerdos eum absolvere possit; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus et singulis Christi fidelibus esse di-

ctum: Quaeciinique ligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo; et quaecumquc solveritis super terram, erunt soluta et. in coelo; et: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt: quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem; Λ. S.

Can. 11. Si quis dixerit, episcopos non habere ius reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quo minus sacerdos a reservatis vere absolvat; A, S.

('an. 12. Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa remitti semper a Deo, satisfactionemque poenitentiam non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse; A. S.

Can. 13. Si quis dixerit, pro peccatis, quoad poenam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri poenis ab eo inflictis, et patienter toleratis, vel a sacerdote iniunctis, sed neque sponte susceptis, ut ieiuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam poenitentiam esse tantum novam vitam; A. S.

Can. 14. Si quis dixerit, satisfactiones, quibus poenitentes per Christum lesuin peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, et verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes; A. S.

Can. 15. Si quis dixerit, claves Ecclesiae esse datas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum, et propterea sacerdotes, dum imponunt poenas confitentibus, agere contra finem clavium, et contra institutionem Christi et fictionem esse, quod virtute clavium, sublata poena aeterna, poena temporalis plerumque exsolvenda remaneat: A. S. ».

De natura poenitentiae

« 7. Verissimum est proverbium, et omnium doctrina de contritionibus, hucusque data, praestantius: de caetero non facere, summa poenitentia: optima poenitentia, nova vita». — Pr. Mart. Luth. d. a Leone X.

« 14. Virum probum sic debere conformare voluntatem suam voluntati divinae, ut ipse velit quidquid vult Deus, dicatque: Quia Deus vult aliquo modo me peccasse, nollem non commisisse peccata. Hanc veram esse poenitentiam addebat. — 15. Si homo mille peccata mortalia commisisset, si esset recte dispositus, velle non deberet, se ea non commisisse ». — Ppr. Ekkardi dd. a Ioann. XXII.

663. — *De necessitate sacramenti poenitentiae*

« 1. Peccata mortalia, quantum ad culpam et poenam alterius saeculi, delentur per solam cordis contritionem sine ordine ad claves ». — Pr. Mag. Oxom. d. a S. IV.

664. — *De sacramento poenitentiae*

‹ 3. Sacramentum poenitentiae, quantum ad collationem gratiae sacramentalis, naturae est, non alicuius institutionis veteris vel novi testamenti ». -- Pr. Xfag. Petri Oxomensis d. a Sixto IV.

66L — *De materia sacramenti jmenitentiae*

<5. Tres esse partes poenitentiae, contritionem, confessionem, et satisfactionem, non est fundatum in sacra Scriptura nec antiquis sanctis Christianis ductoribus ». — Pr. Mart. Luth. d. a Leone X.

666. — *De pereatis oblitis*

<11. Peccata in confessione omissa, seu oblita, ob instans periculum vitae, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti confessione exprimere ». — Pr. d. ab. Alex. VII.

De venialium confessione

<39. Declaratio Synodi in peccatorum venialium confessione, quam optare se. ait, non tantopere frequentari, ne nimium contemptibiles reddantur huiusmodi confessiones : Temeraria, perniciosa, Sanctorum ac piorum praxi a Sacro Concilio Tridentino probatae contraria». — Pr.Syn. Pist. d. a Pio VI.

<8. Nullo modo praesumas confiteri peccata venialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas. Unde primitiva Ecclesia solum manifesta mortalia confitebatur». — Pr. Mart.Luth, d. a Leone X.

671. — *Sacramenialis confessio catechumenorum ante baptismum*

« An catechumeni confiteri possint sacramentaliter antequam baptizentur sive absolute sive conditionate. — R. Quoad confessionem ante baptismum absolute conferendum, *negative:* quod si nihilominus catbecumenus velit sese confiteri, instruatur id nullatenus haberi posse sub ratione sacramenti, cum nequeat absolutio impertiri, nec teneri missionarium ad secretum servandum. Si vero agatur de iis qui debent baptizari sub conditione, tunc poterunt ad maiorem functionis ecclesiasticae facilitatem prius audiri sacramentaliter quoad eorum culparum accusationem: deinde, post collationem baptismi sub conditione, confessarius, iterum reassnmptis per summa capita cum poenitente iis de quibus iam accusationem fecerit, absolvat sacramentaliter pariter sub conditione », — S. C. S. 0. 2. Dec. 1874.

672. — *Confessio exigenda ab haereticis (pii sub conditione rebaptizantur in Anglia*

« Beatissime Pater. — Inter decreta primae Synodi provincialis \\ estmonastcriensis sub c. 16. n. 8. ubi sermo est de abiuratione protestandum adultorum, et de baptismate sub conditione cis conferendo, additur < confessio etiam sacramentalis semper in tali casu est exigenda ». In adnotationibus quas adiecit P. Ballerini editioni romanae theologiae moralis P. Gury, dicitur hanc confessionem esse conformiorem instructioni a suprema S. 0. C. super modo reconciliandi haereticos editae, ex qua instructione deducitur, opportunam esse integram peccatorum confessionem. In textu P. Gury tenetur eam esse suadendam in praxi.

Quum vero hic auctor tam in theologia, quam in casibus conscientiae citaverit opinionem aliorum auctorum docentium propter existentiam dubii de primo baptismate a neo-conversis tempore infantiae suscepto

(adeo ut si nullnui id fuerit, vera baptismi susceptio sit ea, quac occasione abiurationis sub conditione traditur) dubiam esse obligationem peccata integre confitendi ante hoc baptisma conditionatum, nonnulli confessarii in Anglia consuerunt, eos auctores secuti, dubiam confessionis integrae obligationem esse nullam obligationem: ac propter repugnantiam conversorum ad eam faciendam, ct propter periculum confessionis imperfectae, vel etiam sacrilegae, omnino expedire, ut conversi aliqua tantum peccata confessario exponant, ut ab eo absolutionis sacramentalis, si forsan ea opus sit, beneficium impetrent.

Ex alia parte habetur *pra./is constans* maximae partis confessariornm regni integram confessionem tam ante, quam post approbationem Concilii provincialis non modo suadentium, sed etiam exigentium: habetur difficultas conversorum, intellectum ad obsequium fidei ipsius captivandi, nisi per animi humilitatem et submissionem, quas in sacramento poenitentiae Christus Dominus reponere dignatus est: habetur etiam impossibilitas sciendi, nisi per integram peccatorum manifestationem, utrum neo-conversus rite sit ad ipsum baptisma dispositus, velitque, ex. gr., restitutionem famae vel bonorum (si ad eam teneri contigerit) facere, occasionem proximam peccandi vitare, a matrimonio nulliter contracto resilire, etiamsi per S. Sedis dispensationem (uti in casibus quotidie frequentioribus matrimonii post divortium civile contracti' illud sanari nequeat; habetur insuper necessitas suae saluti per justificationem in sacramento poenitentiae prospiciendi, a cuius integritate nemo in infantia semel baptizatus possit eximi; attenta praesertim diligentia iuniorum e clero anglieano circa ritum baptizandi fideliter servandum, et attento proinde maiori numero eorum, de quorum baptismatis infantilis valore non licet dubitare.

Quum vero certum sit, *quod post plures annos confessionis integrae obligatio vim suam omnino sit amissura,* si in praxi sequi valeant theologi uti tutam opinionem auctorum praefatorum, archiepiscopus Westmonasteriensis, et episcopi Angliae enixe rogant, ut Sanctitas Vestra, pro sua in missiones Angliae benignitate, dignetur declarare hac super quaestione gravissima mentem Ecclesiae:

An debeat, *iurta Synodi provincialis decretum* a S. Sede probatum, confessio sacramentalis *a nco-conversis in Anglia* exigi, et an ea debeat esse integra?

R. Affirmative; et dandum esse decretum latum sub feria quinta d. 17. lunii a. 1715». — S. C. S. 0.17. Dec. 1868. — Decretum hoc acceptatum est etiam a recentissimo Cone. Plen. Amer. Lat.

Decretum sub feria V. die 17. lunii 1715: «An plena fides sit adhibenda Carolo Wipperman de Rostoch in ducatu Muxlemburgh praedicanti et lectori theologiae lutheranae quietisticae superintendenti et ductori primario sectae lutheranorum quietistarum, s. fidei catholicae reconciliato in S. 0. Parmae, et circa nonnullos errores detectos in eius baptismo; an ipsi credendum sit circa ea quae enarrat, et quatenus affirmative, tum ut ipsius saluti, tum etiam ut ceterorum illius sectae seu regionis, praesertim si fuerint ignorantes, saluti pariter consulatur. — Quaeritur, an dictus Wippëïman sit rebaptizandus, et quatenus affirmative. an absolute vel sub conditione; et quatenus affirmative; an teneatur confiteri omnia peccata praeteritae vitae: et quatenus affirmative:

an confessio praeponentia sit, vel postponenda baptismo conferendo sub conditione. SSmus auditis votis Eihorum dixit: *Caroluni Feniinandum* esse rebaptizandum sub conditione, et collate baptismo, eius praeteritae vitae peccata confiteatur, et ab iis sub conditione absolvatur».

677. — *De contritione perfecta*

‹ 77. Per contritionem etiam eum caritate perfecta ct cum voto suscipiendi sacramentum eoniunetam. non remittitur crimen, extra casum necessitatis aut martyrii, sine actuali susceptione sacramenti ». — Pr. Mich. Baii d. a S. Pio V.

679. — *De poenitentiae universalitate*

‹ Sane quia inter cetera unum est. quod sanctam maxime perturbat Ecclesiam, falsa videlicet poenitentia, contraires nostros et presbyteros admonemus, ne falsis poenitentiis laieorum animas decipi et in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem poenitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de uno solo poenitentia agatur, aut cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio. Unde scriptum est: Qui totam legem observaverit. offendit autem in uno. factus est omnium reus: scilicet quantum ad vitam aeternam. Sicut enim, si peccatis esset omnibus involutus, ita si uno tantum maneat, aeternae vitae ianuam non intrabit. Falsa enim fit poenitentia, eum poenitens ab officio vel curiali vel negotiali non recedit, quod sine peccato agi nulla ratione praevaleat: aut si odium in corde gestetur, aut si offenso cuilibet non satisfiat, aut si offendenti offensus non indulgent, aut si arma quis contra iustitiam gerat ». — Cone. Lateran. II. a. 1139. can. 22. De falsa poenitentia iam decreta emiserant Gregor. VII. in Syn. Rom.V.can. 5. et Rom. VII.can. 5., et UrbanusII. *n Troiam can. 16., ex quo postremo canone Lateranensis ad verbum desumptus est. Gregorius hic recensitis illum addit, * qui bona alterius iniuste detinet », vel « qui bona aliena diripuit, et ea, cum possit, reddere vel emendare noluerit ».

681.— *De contritione absolutioni praevia*

» 14. Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritum, nec sacerdos requirere ». — Pr. Marth. Luth. d. a Leone X.

686. — *De timore servili*

«66. Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem aut per timorem sicuti bestiae, sed per fidem et per amorem sicuti filii. — 67. Timor servilis non sibi repraesentat Deum, nisi ut Dominum durum, imperiosum, iniustum, intractabilem. — 68. Dei bonitas abbreviavit viam salutis, claudendo totum in fide et precibus ». — Ppr. Pascb. Quesn. d. a Clem. XI.

« 4. Imperfecta caritas morituri fert secum necessario magnum timorem cui se solo satis est facere poenam purgatorii, et impedit introitum regni ». — Pr. Marth. Luth. d. a Leone X.

» 25. Doctrina, quae timorem poenarum generatim perbibet dumtaxat non posse dici malum, si saltem pertingit ad cohibendam manum; quasi timor ipse gehennae, quam tides docet peccato infligendam, non sit in

sc bonus ct utilis, vclut donum supernaturale ac motns a Deo inspiratus praeparans ad amorem iustitiac; Falsa, temeraria, perniciosa, divinis donis iniuriosa, alias damnata, contraria doctrinae Concilii Tridentini, tum et communi Patrum sententiae, *opus esse,* iuxta consuetum ordinem praeparationis ad iustitiam, ut intret timor primo, per quem veniat caritas: timor medicamentum, caritas sanitas. Ex S. August, in Epist. Io. cap. I. tract. 9. num. 4. 5., In Io. evang, tract. 41. num. 10., Enarr. in psal. 127. num. 7., Senn. 157. de verbis Apostoli num. 13., Semi. 161.de verbis Apostoli num. 8., Serin. 349. de Caritate num. 7. ». — Pr. Syn. Pistor. d. a Pio VI.

686. 689. — *De attritione*

« 6. Contritio, quae paratur per discussionem, collationem, et detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, amissionem aeternae beatitudinis, ac aeternae damnationis acquisitionem, haec contritio facit hypocritam, imo magis peccatorem ». — Pr. Mart. Luth. d. a Leone X.

« 9. Revera peccat, qui odio habet peccatum mere ob eius turpitudinem et disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu ». — Pr. d. ab Alex. VIII.

« 57. Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modo honestam ». — P. d. ab Innoc. XI.

692. — *De fide ad sacramentum poenitentiae praerequisita*

« 10. Peccata non sunt ulli remissa, nisi remittente sacerdote credat sibi remitti; imo peccatum maneret, nisi remissum crederet: non enim sufficit remissio peccati et gratiae donatio, sed oportet etiam credere esse remissum. — 11. Nullo modo confidas absolvi propter tuam contritionem, sed propter verbum Christi: *Qudcumque solveris,* etc. Matth. 16. Hinc inquam confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem, ct crede fortiter te absolutum et absolutus vere eris, quidquid sit de contritione. — 12. Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio sed ioco absolveret; si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus ». — Ppr. Mart. Luth. dd. a Leone X.

693. — *De initio amoris in attritione*

* SS. I). N. Alexander Papa VII, cum acceperit non sine gravi animi moerore, scholasticos quosdam acrius, nec absque fidelium scandalo, inter se contendere, an illa attritio, quae concipitur ex metu gehennae, excludens voluntatem peccandi cum spe veniae, ad impetrandam gratiam in sacramento poenitentiae requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei, asserentibus quibusdam, negantibus aliis, ct invicem adversam sententiam censurantibus; Sanctitas Sua enixe cupiens pacis vinculum inter fideles servare omnemque scissurae fomitem extinguere, auditis votis Emorum ac limorum DD. cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium inquisitorum, nec non DD. consultorum ct qualifieatorum Sacrae Congregationis eiusdem generalis inquisitionis, hoc praesenti decreto in virtute saimtae obedientiae et. sub poena excommunicationis latae sententiae huic Sanctae Sedi reservatae, aliisque poenis eiusdem Sanctae

Sedis arbitrio taxandis, praecipit cunctis et singulis fidelibus, quocumque gradu ac dignitate, etiam episcopali et maiori, imo et cardinalitia fulgentibus. ut si deinceps de materia attritionis praefatae scribent, vel libros aut scripturas edent, vel docebunt, vel praedicabunt, vel alio quovis modo poenitentes aut scholares caeteros erudient, non audeant alicuius theologicae censurae alteriusve iniuriae aut contumeliae nota taxare alterutram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualis dilectionis Dei in praefata attritione ex metu gehennae concepta, quae hodie inter scholasticos communior videtur, sive asserentem dictae dilectionis necessitatem, donec ab hac Sancta Sede fuerit aliquid hac in re definitum ». — Alexand. VII. Decr. 5. Maii 1667. super attritione ex metu gehennae.

694. — *De firmitate propositi*

‹ 36. Doctrina Synodi, qua. postquam praemisit, quando habebuntur signa non aeqnivoca amoris Dei dominantis in corde hominis, posse illum merito indicari dignum qui admittatur ad participationem Sanguinis lesu Christi, quae lit in sacramentis, subdit, supposititias conversiones, quae fiunt per attritionem, ncc efficaces esse solere nec durabiles: consequenter pastorem animarum debere insistere signis non aequivocis caritatis dominantis antequam admittat sues poenitentes ad sacramenta; quae signa, ut deinde tradit i,§ 17. . pastor deducere poterit ex stabili cessatione a peccato, et fervore in operibus bonis; quem insuper fervorem charitatis perhibet (de poenit. § 10J velut dispositionem, quae debet praecedere absolutionem: sic intellecta, ut non solum contritio imperfecta, qnae passim attritionis nomine donatur, etiam quae incta sit cum dilectione qua homo incipit diligere Deum tanquam omnis iustitiae fontem, nec modo contritio caritate formata, sed et fervor caritatis dominantis, et ille quidem diuturno experimento per fervorem in operibus bonis probatus, generaliter et absolute requiratur, ut homo ad sacramenta et speciatim poenitentes ad absolutionis beneficium admittantur: Falsa, temeraria, quietis animarum perturbativa, tutae ac probatae in Ecclesia praxi contraria, sacramenti efficaciae detrahens, et iniuriosa ›. . — Pr. Syn. Pistor, d. a Pio VI.

696. — *Confessionis ad pietatem utilitas*

<59. Via interna seiuncta est a confessione, a confessariis, et a casibus conscientiae, a theologia, et philosophia. — 60. Animabus provectis, quae reflexionibus mori incipiunt, et eo etiam perveniunt ut sint mortuae, Deus confessionem aliquando efficit impossibilem, et supplet ipse tanta gratia perseverante, quantam in sacramento reciperent: et ideo huiusmodi animabus non est bonum in tali casu ad sacramentum poenitentiae accedere, quia id est in illis impossibile ›. — Ppr. Mich. de Moi. dd. ab Innoc. XI.

696. 698. 700. 748.— *De necessitate, integritate, et praesentia confessionis*

‹ 7. Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis». —Pr. Ioann. Wicleff. d. in Cone. Const. S. 15. a. 141&

<9. Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordiae Dei nihil volumus relinquere ignoscendum». — Pr. Mart. Luth. d. a Leone X.

«2. Confessio de peccatis in specie fuit ex aliquo statuto utilis Ecclesiae, non de iure divino. — 3. Pravae cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia delentur sine ordine ad claves. — 4. Confessio debet esse secreta, idest de peccatis secretis, non de manifestis ». — Ppr. Mag. Petri Oxoniensis dd. a Sixto IV.

<59. Licet sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confessos, ratione magni concursus poenitentiam, qualis verbi gratia potest contingere in dic magnae alicuius festivitatis aut indulgentiae». — Pr. d. ab Innoc. XI.

« SS. D. X...., re mature ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per litteras seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus uti falsam, temerariam, et scandalosam damnavit ac prohibuit, praecepitque, ne deinceps ista propositio publicis privatisque lectionibus, concionibus, et congressibus doceatur, neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur ». — Clemens VIII. Decr. 20. lun. 1602. — Paulus V. 14. Ini. 1605. in Congr. S. 0. declaravit hoc decretum etiam in sensu diviso, h. e. de confessione vel de absolutione seorsim valere. Clemens vero VIII. vivae vocis oraculo enunciavit, se non intendere casum, quo moribundus sensibus destitutus, quem adstantes absolutionem antea petiisse testantur, absolvendus esset.

699. — *De confessione per interpretem*

« Quamvis, docente Concilio Tridentino, nullo sit divino praecepto mandatum, nec satis consulto lege aliqua humana praecipi possit, ut delicta, praesertim secreta, publica confessione aperiantur, tamen visum est Patribus deputatis, eidem Sanctae Synodo inhaerentibus, eos qui volunt sponte per interpretem confiteri, non debere per vicarium apostolicum constantiuopolitanum prohiberi: cui sufficiet praecavere abusus et scandala, et curare, ut interpres admoneatur de obligatione ad observantiam secreti ». — S. C. de P. F. 6. Sept. 1630., 19. Iui. 1838.

« Utrum in regionibus longinquis, catholicus multis annis inconfessus signis dumtaxat, ob idiomatis defectum, petens absolutionem, possit absolvi absque ope interpretis? — R. Non esse opus interprete in casu proposito, sicut etiam posse et debere absolutionem peccatorum impertiri exhibenti signa quae potest..., dummodo sufficiant ad exprimendum aliquod peccatum in specie. In casu vero, quo quis conatur quantum potest exhibere signa peccatorum in specie, nequeant autem omnino intclligi. absolvi posse per solam manifestationem peccatorum in genere ». — S. 0. S. 0. 28. Febr. 1633.

« Missionarii cnm poenitentibus quorum idioma ignorant agentes, hortentur illos adhibere interpretem, per quem confiteantur omnia peccata: quod si hoc nollent, saltem confiteantur aliqua per interpretem et reliqua per nutus et signa, quantum possunt: quod si nulla velint per interpretem confiteri, confiteantur per signa, omni meliori modo quo poterunt, sicut fit in mutis. Sed missionarii curent addiscere de unaquaque lingua inibi usuali, illa pauca verba, quae sunt necessaria ad explicanda praecipua peccata contra praecepta Ecclesiae ». — S. C. S. 0. 10. Febr. 1668.

«Ft autem radicitus evellatur abusus, qui in praedictis regionibus (Goae et in .adjacentibus insulis', ut praefatur, irrepsit, excipiendi confessiones per interpretem, aut lecto poenitenti catalogo peccatorum, ut nutibus innuat, si quae fuerint ab eo commissa, districte praecipitur vicariis capitularibus graviter etiam onerando conscientiam ipsorum regularium et quorumcumque ad quos pertinet'·, ut in posterum id nullo modo permittant, sed ab iis tantum audiantur confessiones, (pii illius idiomatis sensum sufficienter percipiunt, et ad ipsorum numerum, pro rei exigentia, augendum, promoveantur omnino sacerdotes saeculares eius regionis ad confessiones fidelium patrio idiomate excipiendas ». — Clemens. IX. C. *In excelsa* 13. Sept. 1669.

701. — *Examen conscientiae*

<8. Non debet anima velle scire an gradiatur cum voluntate Dei. an cum eadem voluntate resignata maneat nunc; nec opus est, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihil; sed debet ut corpus exanime manere. — 9. Non debet anima reminisci nec sui, nec Dei, nec cuiuscumque rei, et in via interna omnis reflexio est nociva, etiam reflexio ad suas humanas actiones et ad proprios defectus. — 10. Si propriis defectibus alios scandalizet, non est necessarium reflectere, dummodo non adsit voluntas scandalizandi: et ad proprios defectus non posse reflectere gratia Dei est ». — Ppr. Midi, de Moi. dd. ad Innoc. XI.

702. — *Actus externus peccati quoad confessionem* — Cf. de VI. Decal. Praec. n. 788.

707. — *Peccandi consuetudo*

«58. Non tenemur confessario interroganti fateri peccati alicuius consuetudinem ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

725. 726. 730. — *De satisfactionis quantitate*

«...Alterum (inconveniens est in excessu satisfactionum, quas imponunt plurium rosariorum, videlicet usque ad numerum etiam ter centenarium, totidem litaniarum, cum ieinniis. ciliciis, aliisque afflictivis operibus, statutis diebus, per hebdomadas, aut menses, aut annos integros...

Quod vero pertinet ad secundum excessum in imponenda satisfactione plurium rosariorum, litaniarum, ieiuniorum, *etc.,* duo quoque extrema vitanda sunt. *Confessor prudens,* inquit S. Carolus Borromaeus in Institutionibus poenitentiae, *pro imponenda poenitentia, nec ita levem adhibeat, ut clavium potestas inde contemnatur, et ipse peccatorum alienorum evadat praticeps, nec ita etiam gravem aut diuturnam, ut poenitentes ei obsequi recusent, aut acceptam e.r integro non exequantur.* Non est cur ad evitandum primum ex his extremis immoremur: sufficit enim Cone. Trid. audire, S. 14. cap. 8.: *Debent· sacerdotes Domini, quantum spiritus et /irudentia suggesserit, pro qualitate criminum et poenitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones iniunqere: ne. si forte peccatis conniveant et indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera· pio gratissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.*

Ad mitigandum tamen secundum excessum, qui in sacerdotibus tongkinensibus viget, pauca quidem afferimus, solida tamen illa, sapientia et prudentia plena, documenta, quibus sedulo attendere debent, ut et muneri suo et poenitentiuni utilitati respondeant. Attendant igitur ad liane S. Thomae Aquinatis doctrinam, *Quodlibeto 3. dist.* 13. art.1.: *Videtur salis conveniens, quod sacerdos non oneret poeniienlem gravi pondere satisfactionis, quia sicut parcus ignis a multis lignis superpositis de facili extinguitur, ita posset contingere, quod parvus affectus contritionis in poenitente nuper excitatus, propter grave onus satisfactionis extinguerotur, peccatore totaliter desperante; unde melius est quod sacerdos poenitenti indicet quanta poenitentia esset sibi pro peccatis iniungenda, et iniungat illi nihilominus aliquid quod poeniteris tolerabiliter ferat, ex cuius impletione assuefiat ut maiora impleat; quae enim sacerdos iniungere non attentassct, et quae praeter iniunctionem expressam facit, accipiunt maiorem vim expiationis culpae praeteritae, ex illa generali iniunctione cum sacerdos dicit: Quidquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum.* Eandem doctrinam repetit idem Angelicus Doctor in 5. dist. 2. cap. 1, art. 2. quaestiuncula 2. ad 3. *Sacerdos,* inquit, *minorem condigno poenitentiam iniungens, non semper peccat..., quia quandoque, etiam ex industria, minorem poenitentiam imponens, plus prodest poenitenti quam noceat, qui forte magnitudine poenitentiae posset a poenitentia peragenda impediri, propter debilitatem virtutis adhuc in eo de novo recuperatae; et ideo negligit minus damnum, ut maius evitet, et inierim confortatus in eo divinus amor ad plura poenitentiae opera peragenda ipsum suscitabit propria sponte, quam sacerdos eidem secundum gravitatem peccatorum iniungere potuisset.*

Attendant et perpendant monitum S.Caroli Borromaei in Institutionibus poenitentiae: ***In*** *poenitentia imponenda adhibebit et prudentiam et pietatem et iustitiam, habita ratione status, conditionis, sexus et aetatis, etc. Quamobrem talem imponat, qualem ab eo praestari posse iudicet; proinde aliquando, si ita viderit expedire, illum interroget, an possit, anve dubitet poenitentiam sibi iniunctam peragere, alioquin eam mutabit aut minuet. Considerabit insuper animum mentemque .poenitentis, ac fletum, gemitum et lacrymas intimi doloris indices... Pauperibus eleemosynas non imponant, nec iis qui ex proprio labore victum quaerunt ieiunium indicatur, quod et in aliis poenitentiis observandum.*

Attendant tandem ad consilium S. Francisci Salesii in monitis pro confessorum instructione scriptis, cap. 8.: *Satisfactiones intricatas et in variis operum generibus, aut diversarum orationum magno numero compositas, imponere non expedit, eo quod illa diversarum orationum congeries aut piorum operum varietas, oblivionem poeniten tiae impositae inducat, indeque anxietatem et scrupulos pariet in animis poenitentium ; deinde remittitur et tepescit plerumque devotio, dum poenitens magis cogitat quas orationes recitare, vel quid agere debeat, et quotidie, quam ad preces intendat ipsas quas fundit, aut ad opera ipsa quae facit.*

Si haec et reliqua S. Caroli Borromaei monita et consilia sedulo attendant, mitigabunt profecto nimium quem hucusque exercuerunt rigorem et propriae obligationi consulent ». — Instr. S. C. de P. F. 3. Oct. 173G.

«21. Parochianus potest suspicari de mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi et incongrua poenitentia seu satisfactione, ob quaestum sub lucrum subsidii temporalis ». —Pr. d. ab. Alex. VIII.

734. — *Opera mortificationis*

«38. Crux voluntaria mortificationum, pondus grave est et infructuosum, ideoqne dimittenda. — 39. Sanctiora opera et poenitentiae, quas peregerunt Sancti, non sufficiunt ad removendam ab anima vel unicam adhaesionem. – 40. Beata Virgo nullum unquam opus exterius peregit, et tamen fuit Sanctis omnibus sanctior. Igitur ad sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori ». — Ppr. Midi. de Moi. dd. ab Innoc. XI.

« 19. Homo debet agere tota vita poenitentiam pro peecato originali ». — Pr. d. ab Alex. VIII.

De ri satisfactionis

« 59. Quando per eleemosynas aliaque poenitentia opera Deo satisfacimus pro poenis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant; nam alioqui essemus, saltem aliqua ex parte, redemptores: sed aliquid facimus, cuius intuitu Christi satisfactio nobis applicatur et communicatur ». — Pr. Midi. Baii d. a S. Pio V.

« 77. Satisfactiones laboriosae iustificatorum non valent expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatam ». — Pr. Mich. Baii d. a S. Pio V.

735. — *Poenitentia per seipsum implenda*

‹ 15. Poenitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius poeniteutiam adimpleat ». — Pr. d. ab. Alex. VII.

736. — *Satisfactio ante absolutionem implenda*

<35. Propositio his verbis concepta: Si caritas in principio semper debilis est, de via ordinaria ad obtinendum augmentum huius caritatis oportet, ut sacerdos praecedere faciat eos actus humiliationis et poenitentiae. qui fuerunt omni aetate ab Ecclesia commendati: redigere hos actus ad paucas orationes aut ad aliquod ieiunium post iam collatam absolutionem, videtur potius materiale desiderium conservandi huic sacramento nudum nomen poenitentiae, quam medium illuminatum et aptum ad augendum illum fervorem caritatis, qui debet praecedere absolutionem: longe quidem absumus ab improbanda praxi imponendi poenitentias etiam post absolutionem adimplendas: si omnia nostra bona opera semper adiunctos habent nostros defectus, quanto magis vereri debemus, ne plurimas imperfectiones admiserimus in difficillimo et magni momenti opere nostrae reconciliationis: quatenus innuit, poenitentias, quae imponuntur adimplendae post absolutionem, spectandas potius esse velut supplementum pro defectibus admissis in opere nostrae reconciliationis, quam ut poenitentias vere sacramentales et satisfactorias pro peccatis confessis: quasi, ut vera ratio sacramenti non nudum nomen servetur, oporteat de via ordinaria, ut actus humiliationis et poenitentiae, qui imponuntur per modum satisfactionis sacramentalis. praecedere debeant

absolutionem; Ea Isa, temeraria, communi praxi Ecclesiae iniuriosa, inducens in errorem haereticali nota in Petro dc Osma confixum ». — Pr. Syn. Pist. d. a Pio VI.

«87. Modus plenus sapientia, lumine, ct caritate est dare animabus tempus portandi cum humilitate et sentiendi statum peccati, petendi spiritum poenitentiae ct contritionis, et incipiendi ad minus satisfacere iustitiae Dei, antequam reconcilientur. — 88. Ignoramus quid sit peccatum ct vera poenitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, et detrectamus separationis istius ferre confusionem ». — Ppr. Pasch. Quesn. dd. a Clem. XI.

<5. Non sunt absolvendi poenitentes, nisi peracta prius poenitentia eis iniuncta ». — Pr. Mag. Petri Oxomcnsis. d. a Sixto IV;

< 16. Ordinem praemittendi satisfactionem absolutioni induxit non politia aut institutio Ecclesia, sed ipsa Christi lex et praescriptio, natura rei id ipsum quodammodo dictante. — 17. Per illam praxim mox absolvendi, ordo poenitentiae est inversus. — 18. Consuetudo moderna quoad administrationem sacramenti poenitentiae, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, et multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu ». — Ppr. dd. ab Alex. VIII.

748. — *De absolutionis formula*

« Utrum verbum *deinde* in forma absolutionis in nonnullis editionibus rubro charactere impressura omittendum sit? — R. Nihil esse innovandum ». — S. R. C. 11. Mart. 1837. *Veronen.*

De absolutione per telcplionium

« Utrum in casu extremae necessitatis, dari possit absolutio per *telephoniion ?* — R. Nihil est respondendum », — S. Poenit. 1. Iui. 1884.

De stola in administratione sacramenti poenitentiae

«In cathedrali Patavina, ex immemorabili consuetudine, in publica administratione sacramenti poenitentiae, sacerdotes confessarii abstinent ab usu stolae a rituali romano praescriptae: An standum sit huiusmodi consuetudini? — R. Negative, sed standum omnino rituali et aliis decretis ». — S. R. C. 7. Dee. 1844. *Patavina* ad 2.

« Utrum consuetudo ministrandi sacramentum poenitentiae absque stola, etiam in ecclesia et sede confessionali, servari possit?... — R. Conveniens est, ut in ecclesia adhibeatur stola iuxta S. R. C. decreta ». — S. B. C. 31. Aug. 1867. *Ambianen.* ad 2.

De mulierum confessione in ecclesiis et ad crates

« An merito statuerit R. D. episcopus visitator (Tongkini) confessiones mulierum non esse excipiendas nisi craticula interposita, excepto casu infirmitatis? — R. Affirmative, iuxta ordines pluries datos a S. C. ». — S. C. de P. F. 12. lun. 1764.

«An Eminentiae Vestrae probent: 1. Ut, sub poena excommunicationis latae sententiae, mandetur sacerdotibus, ipsius vicariatus ut, nonnisi interposita crate saltem lignea vel arundinea, cum parvis foraminibus

et superposito velo, confessiones mulierum non decumbentium audiant, et per diem tantum, nisi urgeat gravis necessitas? 2. L't, sub eadem poena, prohibeatur iisdem sacerdotibus et eorum ministris aditus ad domus monialium, nisi urgente vera necessitate, quando scilicet ministranda sunt sacramenta, vel nisi habeant specialem facultatem a superiore missionis in scriptis datam? I t sub eadem poena prohibeatur monialibus aceessns ad sacerdotes, exceptis casibus a superiore missionis approbatis? — B. EE. PP. (pia par erat maturitate perpensa rei gravitate, consuerunt, ad removendos abusus, innovanda confirmandaque esse decreta alias edita, quorum alterum hic adieetum, a. 1780. incipit: *('uni deceat,* etc. (Cf. hic de Stat. Part. n. 294.). Alterum vero anni 1785. die 7. Martii, statuit, ut cratis praeceptum, quod est in primo, servetur in ecclesiis vel oratoriis in missione erectis; iis vero in casibus in quibus desit ecclesia vel oratorium rite constitutum, ac missionaries poenitentiae sacramentum administrare cogatur in domibus particularibus, neque praesto sint apposita alia repagula, in excipienda mulierum confessione, eas nonnisi tectas velamine audiat.

Quoad consuetudinem vero mulierum sacrorumque ministrorum, praeter ea. quae in decreto supra recensito anni 1780. habentur, S. C. Ampl.T. enixe commendat, ut missionariis praecipias, ne ab iis unquam regulis deflectant quae in Synodo Sutchuensi traduntur, ac praecipue in litteris pastoralibus episcopi Caradrensis in appendice aliatis. Quae quidem omnia, si amussim serventur, nedum abusus auferentur, verum etiam ne suspicionis quidem locus erit. Caeterum S. C'. haec rescribens, non prohibet quominus A. T., pro ordinaria potestate, alia quoque iubeat atque decernat, prout magis in Domino expedire videbitur, ita tamen ut cautissime ad maiores poenas, multoque magis ad reservationes procedas: prae oculis habens, quae inde sequuntur in loco missionis incommoda, et solutionis obtinendae difficultates E — S. C. de P. F. 17. Aug. 1839. Coadjutor. vicarii ap. Cocincinae.

‹ An confessionalia monialium possint esse in sacristiis vel domibus, quas inhabitant confessarii?— R. Xon posse, sed extare debere in ecclesiis monasteriorum ». — S. C. C. 2. Sept. 1642.

Praescriptiones circa confessionalia in publicis ecclesiis Urbis et in institutis mulierum

« Ai RR. rettori delle chiese ed ai superiori di monasteri e case religiose in Roma.

E a notizia di questa curia ecclesiastica che, in alcune chiese di questa dominante, e presso alcuni istituti religiosi, segnatamente di donne, i confessionali non si trovano nelle debite condizioni.

A togliere tale abuso, che può dar luogo a gravissimi inconvenienti, si rammenta ai rettori di chiese cbe i confessionali per le donne devono esser posti in chiesa, in luogo aperto, muniti di fitta grata inamovibile (vivamente raccomandiamo che sia coperto alPintorno di velo fisso) ed in tal guisa costruiti. che il confessore rimauga totalmente separato dalla penitente.

Sono pertanto da considerarsi come irregolari i confessionali per donne situati nelle sagrestie, o senza fitta grata, quelli che sono posti in chiesa, ma in luogo appartato, oscuro e pressochè nascosti agli occhi

del pubblitfo, c quelli consistenti in una semplice tavola con grata, detti mezzi confessionali.

Sono altresi irrcgolari i eonfbssionali dei monastery e case religiose femminili che, nitre di fitta grata, non sono muniti di velo fisso da renderc invisibile il sacerdote, e nei quali il confessore non rimanga in ambiente diverso da quello della penitente.

Tuttc queste, ed altri simili e difcttose specie di confessionali, devono essere abolite o corrette entro un inese dalla data della présenté e, per ordine superiore, lo scrivente fa di cio formale precetto a chi di ragione, avvisa udo che, traseorso il dette termine, non maneherà d'inviare ecclesiasticlie persone a vcrificare se i presenti ordini siano stati debitamente eseguiti.

In questa occasione si rammenta pure che le confessioni delle donne, anche in chiesa ed in confessionali regolari, non possono ascoltarsi, senza specialissimo privilegio, oltre mezz'ora dopo l'Ave Maria vespertina.

Dalia Segreteria dei Vicariato, li 9 Febbraio 1898 ».

753. — *De assistentia moribundis praestanda*

An et quando teneantur parochi, sub gravi, per se, vel saltem per alium, moribundis assistere usque ad extremum vitae agonem, quamvis sint illi iam sacramentis rite muniti, ac bene dispositi videantur? — R. « Standum praescriptionibus ritualis romani, in reliquis consulat probatos auctores ». — S. C. C. 23. Mart. 1878. A. S. S. V. 11. p. 189. seqq.

755. — *De ministro sacramenti poenitentiae*

« 20. Utrum credat, quod Christianus ultra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, et non laico seu laicis, quantumcumque bonis et devotis. — 21. Item, utrum credat, quod sacerdos, in casibus sibi permissis, possit peccatorem confessum et contritum a peccatis absolvere, et sibi poenitentiam iniungere ». — Artt, de quibus interrogandi suspecti errorum Wikleff et Huss ex mandato Martini V. B. *Inter cunctas.*

«13. In sacramento poenitentiae ac remissione culpae non plus facit Papa aut episcopus, quam infimus sacerdos: imo, ubi non est sacerdos, aeque tantum quilibet Christianus, et etiamsi mulier aut puer esset ». — Pr. Marth. Luth. d. a Leone X.

757. 758. 759. — *Missionarii quoad examen pro administratione sacramentorum*

« Quando ipsi (episcopi) praesumerent eos missionaries examini subiicereantequam sacramenta administrent,eo quod in litteris patentibus desint, verba, *examinatus et approbatus,* respondeant iisdem episcopis, approbatos esse ceu missionarios idem esse ac approbatos fuisse pro sacramentorum administratione: nam officium missionariorum. ad quod approbati fuerunt. in hoc apprime consistit, ut praedicent et sacramenta ministrent ». — Instr. S. C. de P. F. 14. lan. 1726. ad Missionarios Congi.

De approbatione quoad confessionem navigantium

« Posse sacerdotes iter accipientes ab Ordinariis locorum unde naves solvunt adprobari, ita ut itinere perdurante fidelium sectini navigantium

confessiones valide et licite accipere valeant, usquedum perveniant ad locuin, ubi alius superior ecclesiasticus, inrisdietione pollens, constitutus sit. Cavendum tamen ab ipsis Ordinariis, ne eiusmodi facultatem tribuant sacerdotibus, qui idonei non fuerint recogniti ad tramites Cone Trid. S. 23. de R. C. 15 ». — S. O. 29. Mart. 1869.

763. 768. 786. 787. — *De potestate vicarii capitularis quod confessorios; de approbatione* ad beneplacitum nostrum; *de revocatione confessoriarum et parochorum ad examen*

‹ Quoad dubium, an possit vicarius capitularis suspendere facultatem audiendi confessiones confessariorum, qui a defuncto episcopo approbati fuerunt, *ad beneplacitum,* et sine definito tempore, Emi Dni mihi praeceperunt rescribere nullam esse difficultatem quoad sacerdotes saeculares, quia cum dependeant immediate a inrisdietione ordinaria episcopi, cui succedit capitulum, sede vacante, gaudet consequenter vicarius capitularis plena potestate limitandi eorum facultatem, eosque etiam suspendendi ab audiendis confessionibus, vel ob graves culpas spectantes ad sacramentum poenitentiae, vel ob defectum illius doctrinae, honestatis et integritatis vitae, quae requiritur in sacris ministris. Idem dici non potest de confessoriis regularibus, quin immo, cum isti approbati fuerint praevio examine, et sine temporis limite, vel etiam *ad beneplacitum nostrum* ab episcopo defuncto, non potest capitulum, neque vicarius capitularis cos punire poena suspensionis, etiam ob instas rationes, cura hoc sit ius personale episcopi, cui secundum communiorem sententiam DD. non succedit capitulum, sede vacante. Cum vero ex hoc potestatis defectu gravia inconvenientia producerentur recurrendum est ad eamdem S. C. ». — S. C. EE. et RR. 19. Inn. 1866.

«Exponit vicarins capitularis comperisse pinres saeculares et regulares obtinuisse facultatem a defuncto episcopo audiendi confessiones, nullo praevio examine, eosque esse ita imperitos, ut plura scandala proveniant. Ideo supplicat pro facultate eos vocandi ad examen, et quos idoneosrepererit approbandi et inhabiles prohibendi. Hinc quaeritur: 1. an vicarius capitularis id possit; et quatenus negative; 2. ut petita facultas sit concedenda? S. C. Cong. 5. Febr. 1688. respondit: ad 1.nm Affirmative: ad 2."" Provisum in primo ». — Scavini l. 3. n. 472. Mediol. 1874.

« Archiepiscopum successorem posse confessarios tam saeculares, quam regulares iterum examinare... decernimus et declaramus». —Urbanus VIII. Br. *Cum sicut.* 9. Oct. 1626.

S. C. C. « Censuit episcopos successores posse, superveniente rationabili causa, etiam ex officio, etiam extra visitationem, examinare parochos ad ecclesias parochiales approbatos ». Et idem dicit de parochis regularibus. Rota Romana decrevit, quod sit sufficiens causa novi examinis libitum, et sola quies conscientiae episcopi. Si vero agitur de parochis ab eodem episcopo iam examinatis, utrum hic iterum possit eos examinare, haec habet eadem Congregatio: 1.° « Posse episcopum examinare parochos et rectores semel approbatos ad cnram animarum, quando adest vehemens suspicio de illorum imperitia. 2.° Posse ad huiusmodi examen procedere extra visitationem. 3.° Ad dictum examen faciendum haud necesse esse, ut iudiciales probationes imperitiae praecedant ». — Scavini l. c.

769. — *De defectu iurisdictionis sine titulo colorato*

Interrogata S. 0. C., an Cappucini, qui in Patavina diocesi confessiones exceperant sine licentia episcopi illius dioecesis, valide absolvissent, quia aliqui ex his erant in aliena dioecesi approbati, alii vero ab episcopo quidem Patavino ad annum, sed iam elapsum, respondit: « Illicite et invalide confessiones excepisse, sed non esse inquietandos illos, qui bona fide confessi sunt. Attamen si ipsi confessi hoc resciverint, vel de invaliditate confessionis dubitaverint, eosdem teneri reiterare confessionem. » — 11. Dec. 1683. Bened. XIV. Notif. 84., Scavini l. 3. n. 479. Mediol. 1874. Cf. M. E. V. 7. P. 1. p. 83. seqq.

773. — *Absolutio a non approbato in articulo mortis, praesente approbato*

« Non sunt inquietandi, qui tenent validam esse absolutionem in articulo mortis concessam a sacerdote non adprobato, etiam quando facile advocari seu adesse potuisset sacerdos adprobatus; et qui tenent validam esse absolutionem in eodem articulo mortis concessam a peccatis reservatis, sive simpliciter sive cum censura, per sacerdotem non habentem iurisdictionem in reservata, etiamsi advocari seu adesse facile potuisset sacerdos habens praedictam iurisdictionem ». — S. C. S. 0. 29. Iulii 1891.

7/8. — *Confessionis libertas*

« La S. Sede ha ritenuto sempre la massima, che non si deve vincolare in alcun modo Ia liberta de'cristiani in un punto cosi delicato, quale è la sacramentale confessione, ed ha voluto sempre che fosse lecito a ciascuno di manifestare le sue coipe a quello tra i sacri ministri approvati, che gli fosse più a grado. Non ha egualmente mai proibito ad un confessore approvato di ascoltare nella propria chiesa le confessioni di qualunque siasi cattolico, che si présentasse al sacro tribunale. Cosi non è proibito ai cristiani di una diocesi passare in un'altra per ivi confessarsi. Inoltre, sebbene per l'adempimento dei precetto pasquale deve ogni cristiano fare la sua comunione nella propria parrocchia, non ha pero alcun obbligo di confessarsi in tale occasione al proprio parroco. Questa è stata sempre, ed è la massima e la pratica tenuta dalla S. Sede. Non si è fatta poi mai alcuna distinzione di rito, giacchè l'amministrazione di tal sacramento non porta seco alcun cambiamento di rito; chè anzi la stessa S. Sede, quante volte si è mosso alcun dubbio su tal particolarc, ha dichiarato, che non devesi fare in tal genere alcuna limitazione. Quindi nei 1620. (5. di Giugno) vieto severamente ad alcuni vescovi latini d'impedire i loro sudditi di confessarsi dai sacerdoti ruteni, e viceversa: eccole il decreto: «Non debere latinos episcopos prohibere subditis suis, ne confessiones faciant cum sacerdotibus ruthenis unitis ab Ordinariis locorum approbatis: nec e contra episcopos ruthenos unitos subditosjsuos simili prohibitione ligare, ne confessarios latinos approbatos ad excipienda peccata sua adeant. Nam cum rutheni uniti sint vere catholici, ubi ritus diversitas non repugnat, discordias, dissidia inter eos excitantes vel nutrientes, introducere inconveniens et damnosum est ». — S. C. de P. F. 2. lun. 1835. ad archiep. Aleppen. Graeco-Melch.

780. — *De militibus quoad poenitentiam, extremam-unctionem et matrimonium*

« 1. An capellani cuiusvis exercitus sive regulares sive saeculares catholici possint administrare militibus in praesidiis degentibus poenitentiam, eucharistiam per modum viatici et extremam-unctionem sine facultate Sedis Apostolicae, vel licentia et approbatione Ordinarii in cuius dioecesi extare contigerit? 2. An assistere matrimoniis militum cniuscnmque stationis degentium in praesidiis cum militaribus foeminis, sine dicta facultate apostolica et praecedenti probatione status liberi, eiusque recognitione coram Ordinario loci, et licentia parochi sub cuius parochia maneant? 3. An idem cum militibus degentibus in castris et stationibus hybernis vel aestivis? 4. An idem cum militibus in actuali expeditione positis? 5. An idem cum militibus nubere volentibus cum foeminis non militaribus, sed italis originariis loci sive dioecesis in qua reperiuntnr? 6. An milites acatholiei contrahentes teneantur servare formam Tridentini??. An eo magis acatholiei contrahentes cum aeatholicis mulieribus militaribus in praesidiis, castris et expeditione manentes? 8. An cappellani acatholiei assistere possint matrimoniis acatholicorum cum aeatholicis et respective catholicis, etiam intra fines Italiae: et quatenus negative in omnibus praeter sextum et septimum: 9. An et quid pro sanatione gestorum in praeteritum et faciendorum in futurum super praedictis omnibus pro certa regula Sanctissimo consulendum et statuendum sit? — S. C. die 6. martii 1694. respondit: « ad 1.nm Negative: ad 2.u“ Negative et confirmat. in Casalens. 28 lunii 1704.: ad 3.°”, 4.um et 5.°m Negative: ad 6.0mAffirmative, ubi publicatum fuit Concilium iuxta decretum S. C. 26. Septembris 1602.; ad Affirmative, et ulterius indigere dispensatione, ut matrimonium licite fiat: ad 8.°“ ut ad sextum: ad 9.am quoad praeteritum circa sacramentum poenitentiae non esse inquietandas conscientias; et circa matrimonia pro sanatione cum Sanctissimo, renovato consensu etiam coram confessario, qui teneatur tradere testimonium renovationis consensuum parocho illius loci, ubi sequuta est talis renovatio consensus».— Seavini l. c. n. 893.

781. — *Beneficiati quoad confessarii electionem*

‹ 16. Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in confes· sarium simplicem sacerdotem non approbatum ab Ordinario ». — Pr. d. ab Alex. VII.

De regularium iurisdictione

« Quod confessi Fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. — Quod stante *Omnis utriusque sexus* edicto in Concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum. Imo nec Deus posset hoc facere; quia implicat contradictionem. — Quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem: imo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse proprium curatum ». — Error. loannis de Polliaco d. a

lia*»,·

Ioann. XXII. a. 1320. Extrav. l. 5. tit. 5. *de Haereticis* C. 2. *Vas electionis.*

Damnatu in errorem instauravit Launoius; et cum haec opinio, pacis inimica, inficere coepisset parochos in Gallia. Clemens VIII. a. 1592. tulit hoc decretum, apud Bened. XIV. Inst. 18. n. 7: «Sancimus, tam dictis Fratribus... quam aliis privilegiatis praedictis, quibus id ah Apostolica Sede indultum est, idoneis tamen et ab Ordinario approbatis, peccata sua etiam quadragesimali et paschali, et quovis alio tempore confiteri licite posse... ».

Et Clemens X. C. *Superna* § 4. 5. decernit et declarat « semel approbatos (regulares) posse in dioecesi episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam paschali, et quorumcumque etiam infirmorum confessiones audire absque ulla parochorum vel episcopi licentia...; et eos, qui dictis religiosis simpliciter approbatis paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quae incipit *Omnis utriusque sexus,* quoad confessionem dumtaxat, satisfecisse ».

Extat apud Pignatelli, et Pitonium De Confess, n. 36. Declaratio S. Congr. 5. Apr. 1584., bis verbis expressa: « Decretum episcopi, in quo habetur, quod nullus confessarius etiam ab Ordinario approbatus, possit tempore paschali confessiones alicuius audire sine licentia proprii curati, nullo modo est observandum ».

« 20. Confessiones apud religiosos factae, pleraeque vel sacrilegae sunt vel invalidae ». — Pr. d. ab Alex. VIII.

An confessarii regulares proprios hospites et famulos absolvere possint?

* Iu monasteriis, ac etiam in collegiis, ubi iuxta instituta regularia vivitur, posse tam praelatos regulares quam confessores regularium eorumdein monasteriorum seu collegiorum, audire confessiones illorum saecularium, qui sunt de familia et-continui commensales; non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt ». — Clemens X. C. *Superna.* Cf. La-Croix 1505.

« An regulares possint laicis ratione hospitii et similis habitationis in eorum conventibus, si ibidem infirmantur, ministrare eucharistiam pro viatico, nec non extremam unctionem? — R. Non posse, sed tantum illis qui sunt continui commensales, et de familia conventuum ex Trid. S. 25. C. 11. de Regul., et C. Gregorii XIII. *Circumspecta* 17. Febr. 1649 ». -S. C. C. 1649.

«An hebdomadarius, clericus, pistor, olitor et spenditrix habitantes in cortili monasterii... habeant requisita Concilii. — R. Negative». S. C. C. 21. lan. 1713.

« 1. An famuli et famulae monialium saeculares, in iisdem mansionibus (sitis in atriis monasteriorum muro circumvallatis, et quae sunt contigua monasteriis, et habent portam quae clauditur in casu) degentes, teneantur recipere eucharistiam tempore paschali a parochis, in quorum parochiis monasterium et mansiones sitae sunt in casu? 2. An ad dictos parochos spectet sacramenta dictis famulis et famulabus ministrare in ultima infirmitate in casu? — R. Ad 1.am Affirmative; ad2.um Affirmative». — S. *C. C.* 17. Sept. 1822. Cf. Benedictum XIV. Notif. 55. n. 7. 8.

784. — *llegtdaris railtie saeculares absolvtf, licet invito superiore, ex delegatione expressa ejnscopi*

« l.° An religiosus non approbatus iuxta leges proprii Ordinis a suo superiore, vel ipso invito, cum sola facultate Ordinarii valide excipiat confessiones saecularium? 2.° An superiores regulares, jurisdictionem habentes. possint suos subditos suspendere ab audiendis confessionibus saecularium etiam ex informata conscientia? Et quatenus affirmative. 3/ An valeat suspensio oretenus. et absque scripto enunciata? 4.° An absolutio impartita ab eo, qui tali suspensione est innodatus, sit valida? Et quatenus negative. 5.° An qui huiusmodi absolutionem attentat, irregularitatem incurrat? — R. Ad 1.nm Affirmative. Ad 2."n' Affirmative; ita tamen, ut religiosus suspensus illicite, non vero invalide confessiones excipiat. Ad 3.um Affirmative, cum feratur per modum praecepti particularis. Ad 4.°“ Affirmative. Ad 5."::' Provisum in praecedentibus». — S. C. EE. et RR. 2. Mart. 1866.

785. — .4n *confessarii regulares proprios alumnos convictores absolvere possint?*

<An iuvenes et convictores alumni, viventes pro studiis in regularium collegiis, et puellae in exemptis nmnialium monasteriis educationis causa degentes, habendi sunt veluti spectantes ad coenobii et monasterii familiam, adeo ut. irrequisito parocho, communionem paschalem, viaticum et extremam unctionem a superiori regulari recipere possint? — R. Difata et dividantur dubia ». — S. C. EE. et RR. 8. lun. I860. A. S. S. V. 3. p. 47. seqq., Lucidi ed. 3/ V. 2. p. 371. seqq.

786. — *De restrictione facultatum pro confessariis regularibus*

<8. C.... censuit, regulares praedictos (S. Francisci), a locorum Ordinariis ad audiendas personarum saecularium confessiones approbatos, non posse ab eisdem Ordinariis prohiberi, ne earundem personarum aegrotantium in propriis illarum domibus confessiones audire possint absque licentia parochorum; dummodo relinquant schedulam, vel notifient ipsis parochis, quod poenitentiae sacramentum huiusmodi fuerit ab eis ministratum ». — S. C. EE. et RR. 13. Sept. 1641., 22. Sept. 1645. Cf. 763. 782.. Bizzarri Coll. ed. 1885. p. 753. seqq., A.S. S. V. 1. p. 678. seqq.

790. — *De confessione regularium, confcssario extra Ordinem facta*

* C. *Quod communi 30. Martii 1742.* pro Cappuccinis, § 2. declaratur, ut quilibet ex Ordine Cappuccinorum. sive sacerdos, sive conversus, cum debita licentia extra claustra degens, si nullum ex dicto Ordine confessarium reperiat, confiteri possit peccata sua *cuilibet sacerdoti saeculari ab Ordinario loci approbato,* et etiam regulari *dummodo approbatus sit a suo superiore regulari ad sacramentales confessiones excipiendas.* Benedictus XIV. hanc edidit Constitutionem pro Cappuccinis, quia ex statutis eorum capitulorum generalium superiores etiam maiores non possunt deputare confessorios extra Ordinem. Indultum a Bened. XIV. concessum SSmus I). N. Pius PP. IX. ampliavit per litteras apostolicas in forma Brens die 28. Septembris 1852. ita ut Cappueeini eligere sibi possint I extraneum confessorium, ut supra, etiam in casu, quo adsit *unus tantum*

sacerdos Cappticcinus aà confessiones approbatus; indulgens, insuper, ut a confessario extraneo possint *obtinere sacramentalem absolutionem etiam quoad casus per statuta Ordinis reservatos, incursasque proinde censuras, praestita tamen obligatione se. statim ut primum licuerit superiori suo regulari praesentandi, atque iterum super casibus, et censuris huiusmodi, absolutionem ab ipso impetrandi* ». — Bizzarri Collect, ed. 1885. pag. 723.

Fratribus minoribus Cappuccinis indultum concessum est, quo P. minister generalis indulgere valet, ut « quisque ipsorum, qui de suorum superiorum licentia, quacumque ex causa extra conventum inveniatur, atque copiam confessariorum (saltem duos) non habeat, libere peccata sua confiteri possit cuicumque confessario rite approbato, ab eoque absolvi etiam a reservatis in Ordine et ab incursis proinde censuris: atque religiosus ita absolutus ultra non teneatur regulari suo superiori se praesentare ad novam obtinendam super reservatis et censuris absolutionem... dummodo de suorum superiorum licentia extra claustra degant, vel iter peragant, non autem pro iis qui ex industria, vel in fraudem legis itinera arripiunt ». — S. C. EE. et RR. 5. Apr. 1897.Â.S. S. V. 30. p. 30.

« Quidam religiosus (ex Augustiniana familia) utens facultate obtenta a priore sui conventus, confitetur sacerdoti, et quidem approbato. Qnaer. 1. an valide? et quatenus affirmative, 2. utrum prior possit iure subditis suis hanc facultatem concedere necne? — R. In Ordine eremitarum S. Augustini affirmative ad utrumque, dummodo sacerdos fuerit ex approbatis ab Ordinario loci. Pro aliis Ordinibus standum Constitutionibus et statutis ». — S. C. EE. et RR. 3. lun. 1864.

« Utrum membrum Congregationis Missionis possit, absque licentia superioris, confessionem sacramentalem valide peragere apud sacerdotem externum approbatum, dum facile habere posset sacerdotem confessarium etiam in Congregatione? — R. Negative ». — S. C. EE. et RR. 23. Sept. 1881. M. E. Conversano V. 2. P. 3. p. 99.

Facultates regularibus in Italia violentia suppressis concessae, quoad confessionem

« Superioribus tum generalibus tum provincialibus, facultatem concedit. sive per se sive per alios idoneos viros religiosos, ab ipsis deputandos, indulgendi regularibus sui Ordinis suppressis, ut, durantibus praesentium temporum circumstantiis, quemcumque sive regularem sive saecularem, ex approbatis tamen ab Ordinario loci, confessarium sibi eligere valeant, a quo etiam, quatenus opus sit, a casibus et censuris in proprio Ordine reservatis absolvi: et super irregularitate ex violatione earundem censurarum quomodocumque contracta, dummodo occulta remaneat, dispensationis gratiam recipere in foro tantum conscientiae possint.

Declarat insuper quibuscumque regularibus suppressis sive in aliqua domo, prout n. 1. (a superiore designata, in quam dispersi religiosi convenerint', commorantibus, sive extra domus religiosas tanquam saecularizatis ad tempus degentibus, licere confessiones suas sacramentales apud confessarios proprii Ordinis, legitime a suo praelato approbatis, peragere ». — S. Poenit. 18. Apr. 1867.

De confessariis regularium conventuum suppressorum

‹ *S. S. ad* propositum dubium rescribendum mandavit, nempe religiosos suppressorum conventuum, qui hac de causa in communitate non vivunt posse sibi eligere in confessarium quemeumque presbyterum, sive ex clero saeculari, sive ex clero regulari, dummodo sit ex approbatis ad excipiendas confessiones ab Ordinario loci. Iis vero religiosis, de quibus agitur, qui licet a suis conventibus eieeti. tamen eo meliori modo quo fieri poterit in communitate' vivunt, S. S. benigne tribuit indultum eligendi sibi quemeumque confessarium, nt supra, dummodo in ea non habeantur saltem quatuor confessarii propriis Ordinis ». — Bizzarri l. c. p. 155. S. C. EE. et RR. 3. Iui. 1862.

De confessariis religiosorum extra claustra

‹ Regulares etiam ad tempus saecularizatos debere exomologesim suam facere penes confessantes approbatos ab Ordinario loci, a quibus in actu sacramentalis confessionis absolvi poterunt etiam a censuris et casibus reservatis in Ordine, si in dioecesi reservati minime sint». — S. C. EE. et RR. 27. Aug. 1852.

791. 792. 793. — *De confessariis monialium*

* Praeter ordinarium autem confessarium, alius extraordinarius ab episcopo et aliis superioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat ». — Cone. Trid. S. 25. de Reg. C. 10. Haec statuta confirmarunt alii S3. Pontifices, praesertim Bened. XIV. C. *Pastoralis curae* 5. Aug. 1748.

Monialium confessarins *saltem singulis trienniis* est immutandus. S. C. EE. RR. 26. Nov. 1602.. 15. Febr. 1593.. 10 Mart. 1634. — Abusus declaratur, quod confessarins monialium sit constitutus *ad vitam xe\plurium monasteriorum.* 4. Mart, 1591. — Unus tantum confessarins pro quolibet monasterio deputandus. Bened. XIV. C. *Pastoralis curae.* Cf. Bizzarri Collect. ed. 1885. p. 374. — Praescriptio mutationis confessarii triennalis applicatur non tantum monasteriis et conservatoriis, sed cuilibet mulierum societati more communitatis conviventium et, quae ordinarios habeant confessarios. Continuatio confessarii ordinarii ultra triennium sine venia S. Sedis nullas non reddit absolutiones, sed tantum illicitum sacri ministerii exercitium. — S. C. EE. et RR. 20. Iui. 1875.

‹ Sed cum aliquando ex peculiaribus rerum adiunctis evenire possit, ut confirmatio ad aliud triennium non solum utilis, sed necessaria sit, hinc eadem S. C., audito Ordinario, et sanctimonialibus capitulariter per secreta suffragia, in casibus particularibus confirmationem indulget ad secundum, ac etiam ad tertium triennium, ea tamen conditione, ut pro confirmatione ad secundum triennium consensus duarum ex tribus partibus monialium concurrat: et pro confirmatione ad tertium triennium omnium consensus accedat. Ordinarius vero de probitate vitae et prudentia confessarii referre debet, et S. C. certiorem facere de necessitate, vel saltem utilitate confirmationis ». — Bizzarri Collect, ed. 1885. pag. 13.

« Quoad dubium de confessario sororum quae moderantur scholas aut inserviunt hospitali, retineri posse videtur, quod si eaedem in communitate vivunt, specialemque habent confessarium, hic subiicitur

eisdem regulis generalibus, ct approbari debebit quolibet triennio. Verum si eaedem confessionem peragunt in ecclesia publica, vel apud parochum, si ipse sit unicus sacerdos in loco residens, vel apud alium confessarium, quoniam stricte dici nequit unum vel alterum esse ordinarium confessarium communitatis, ideo pro eo nullam requiri deputationein aut confirmationem ». — S. C. de P. F. 1877.

Nequeunt, generali regula, Ordinarii locorum pro confessariis *ordinariis* monialium, episcopo immediate subiectarum, designare regulares sine venia Sacrae Congregationis. — S. C. Nov. 1721. et 5. Sept. 1727. Cf. Bizzarri ed. 1885. pag. 313. 322. 335. 345. 382. 383. Ferraris v. *Monial,* art. 5. η. 29.

« Ad dubia proposita... S. C. EE. et RR. respondit, posse episcopum deputare regulares, quibus a suis Constitutionibus ac regulis vetitum non sit, in confessorios extraordinarios. Ut autem religiosos in confessorios ordinarios episcopus orator in defectu presbyterorum, qui idonei sunt, deputare possit, S. C. ex speciali SSmi D. N. auctoritate facultatem ad triennium dumtaxat tribuit». — 14. Febr. 1851. apud Franc. Sentis, Clementis Papae VIII. Decretales. Friburgi Brisgoviae 1870.

Clementis XI. Edictum. Inc. *Avendo determinato,* etc.: «Cum decreverit Concilium Tridentinum, bis terve, et etiam quater per annum dandos esse confessarios extraordinarios monialibus, quamvis ipsae nolint iis peccata sua confiteri, tamen iubentur per praesens edictum sese iis praesentare, ut monita salutaria recipiant, et actum subiectionis 'exerceant: — lubenturque confessarii ordinarii interim dum adest extraordinarius, nullius eiusdem monasterii monialis audire confessionem. — Quod si monialis aliqua nolit se praesentare confessario extraordinario, puniatur a superiorissa, educandae autem nolentes se subiicere et praesentare, eiiciantur. — Mandant etiam, ut neque ordinarii, neque extraordinarii, accedant ad ea monasteria ad audiendas confessiones, tempore iam sui officii expleto; neque ab ulla earum accipiant, aut ad eam mittant litteras, nisi adsit specialis licentia ». — 12. Dec. 1708. Bizzarri Collect. ed. 1885. p. 293. 294., Bened. XIV. C. *Pastoralis curae.*

« Mens expressa S. S. est, non debere confessarium ordinarium exercere suum ministerium, neque accedere ad monasterium toto tempore, quo durat commissio extraordinarii generalis. — Confessarins extraordinarius regularis, finito suo munere, nequit amplius accedere ad monasterium sine necessaria venia, quia remanet subiectus prohibitioni et poenis statutis contra regulares, ut alii omnes regulares. Declarat vero S. S. hanc prohibitionem non comprehendere presbyteros saeculares, et ideo isti etiam post expletum munus confessarii extraordinarii possunt, uti ante, pergere ad monasteria, quia in hac parte nova Const. (Bened. XIV. *Pastoralis curae')* nihil innovavit quoad presbyteros saeculares ». — S. C. EE. et RR. Ian. 1749.

« In articulo mortis cuilibet moniali postulanti concedi debet ab episcopo confessarins particularis, vel a praelato regulari, si monasterium est exemptum; et deficiente vel recusante praelato regulari, posse ac debere episcopum supplere; recusante vero episcopo, dandum esse a poenitentiario maiori, si tempus suppetat ». — Bened. XIV. C. *Pastoralis curae.*

M

«S. C. EE'. et RR. statuit... non posse sacerdotes regulares audire confessiones sacramentales mulierum Tertii Ordinis, quae de poenitentia dicuntur, nisi ab Ordinario approbati fuerint ad confessiones saecularium audiendas ».

‹ Aliquando moniales aut ratione sanitatis, aut alia causa obtinent veniam egrediendi ad breve tempus ex earum monasterio *retento habitu;* quaeritur, an in tali casu possint exomologesim suam facere apud confessarios approbatos *pro utroque se.ru,* quamvis non approbatis *pro monialibus.* — R. Affirmative, durante mora extra monasterium ». — S. *C.* EE. et ER. 27. Aug. 1852.

In dioecesi X. Galliae, ‹ in multis parochiis adsunt duae vel tres et vix quatuor recentiornm Congregationum sorores, puellarum educationi inservientes. Porro illae sorores, communiter sed extra clausuram degentes. non habent sacellum privatum, sed ecclesiam parochialem, sicut ceteri, frequentant, ibidem missae et ceteris officiis assistentes, sacramenta tum poenitentiae tum eucharistiae recipientes; illae insuper sorores saepius de parochia in aliam transeunt secundum superiorissae generalis voluntatem. Porro, num in hisce circumstantiis applicanda sit iuris dispositio circa triennalem confessariorum mutationem, praesertim, cum in hisce paroeciis unicus tantum adsit presbyter, nempe parochus? — R. Sorores, de quibus agitur, posse peragere extra piam propriato domum sacramentalem confessionem penes quemcumque confessarium ab Ordinario approbatum ». — S. C. EE. et RR. 22. Apr. 1872. ad 3.

«An sustineatur reservatio facta ab episcopo in suis littteris patentalibus quoad casus sibi reservatos in casu? (respectu nempe monalium regularibus subiectarum . — R. Affirmative quoad casus tantum reservatos in materia clare spectante ad inrisdictionem delegatam, in reliquis negative ». — S. C. EE. et RR. Sept. 1746. Cf. Bizzarri Collect, p. 756. ed. 1885.

missionarii latini quoad confessionem monialium orientalium

«Utrum absque speciali consensu Ordinariorum orientalium missionarii latini possint excipere confessiones monialium (orientalium). — R. Negative, et servetur Const. Greg. XV. *Inscrutabili* ». — S. C. de P. F. 11. Dec. 1838.

In Const. *Inscrutabili Dei providentia b.* Febr. 1522. haec habentur: « ... Confessores vero sive regulares sive saeculares, quomodocumque exempti, tam ordinarii quam extraordinarii, ad confessiones monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab episcopo dioecesano idonei indicentur, et approbationem, quae gratis concedatur, obtineant ». — Cf. n. 301.

795. — *De reservatione ab episcopis facienda*

S. C. EE. ei TiJi. die 9. Januarii 76'07. *locorum Ordinarios ita monendos statuit:* «Ne locorum Ordinarii, quibus ius hoc reservandorum casuum competit, pluribus quam opus sit reservationibus, subditis aut confessariis in animarum salute procuranda cooperantibns sint onerosi, moneantur omnes, ut paucos, eosque tantum quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem, pro cuiusvis dioecesis statu et qnalitate necessario reservandos esse indicaverint,

reservent*.— *Idcmque monitum replicandumduravit die 26. Novembris* W; «Sed ne locorum Ordinarii, ad quos casuum rcservatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere admonendos censet, ut non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum et graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum rcservatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat, et in aedificationem, non autem in destructionem, cedat: ne alioquin sacramenti poenitentiae ministrorum potestate coarctata, sanctae matris Ecclesiae piae menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reservent casus in Bulla die Coenae Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicae specialiter reservatos ».

Dncyclicae quoque litterae ab eadem S. C., eadem die 26. Nov. 1062. ad episcopos in hunc modum datae sunt: «Praecipue vero haec monenda censet S. C., ut videant ipsi Ordinarii, ne illos casus promiscue reservent, quibus annexa est excommunicatio maior a iure imposita, cuius absolutio nemini reservata sit; nisi forte propter frequens scandalum, aut aliam necessariam causam, aliqui huiusmodi casus nominatim reservandi viderentur; neque casus, in quibus absolutio, nisi cum restitutione, vel exeeutione eorum ad quae poenitentes tenentur, non confertur; neque illos, qui etsi mortale peccatum inducant, circa res tamen parvi momenti versantur, et frequenter inter idiotas evenire solent, uti damni dati, et similium. In peccatis etiam carnalibus reservandis multa utantur circumspectione propter periculum scandalorum, in iis maxime personis in quas ob accessum ad confessarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad Ordinarios, suspicionis aliquid cadere potest. Postremo eam potissimum ineant et sequantur rationem, quae consideratis diligenter cuiusque provinciae ac populorum moribus, natura ac propensione. magis in Domino expedire videbitur ».

S. C. EE. et RR. decretis consentiunt decisiones S. C. C.: etenim cum ad hanc delatum fuerit, quod episcopus Bellicastrensis supra modum auxisset catalogum casuum reservatorum, die 29. lanuarii 1661. decem, aut ad summum duodecim gravioribus exceptis, episcopi arbitrio designandis. caeteros e catalogo deleri iussit.

Cum episcopus Miracensis *(Mirepoix)* S. Sedem consuluisset, de nonnullis Ordinationibus a se conditis, et inter istas haec quoque proponeretur: *Quia multi ex clero procliviores erant ad libidinem, nobis reservavimus hunc casum, eaque severitas multum profuit ad morum emendationem;* S. Congregatio 3. Tui. 1677. respondit: *Non approbatur.*

Decretum Clementis ***VIII.*** *de casibus reservatis regularium*

* Sanctissimus Dominus Noster, qui iampridem accurate perpendit, ac re ipsa comperit, quod reservatio facultatis absolvendi religiosos poenitentes a peccatis quibusdam gravioribus, nisi superiores admodum prudenter ac moderate illa utantur, nonnullos infirmos, qui interdum superiori suae conscientiae maculas detegere formidant, adducere possit in aeternae damnationis periculum, et spiritualis remedii desperationem: ideo ut huic malo Sanctitas Sua opportune prospiceret, decrevit, ut nemo ex regularium superioribus peccatorum absolutionem sibi reservet, ex-

ceptis iis, quae sequuntur, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire prudenter in Domino indicaverint.

Veneficia, incantationes, sortilegia.

Apostasia a religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenit, nt extra septa monasterii sen conventus fiat egressio. Nocturna ac furtiva e monasterio seu conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quaesit peccatum mortale. Inramentum falsum in iudicio regulari seu legitimo.

Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum foetum, etiam effectu non sequuto.

Falsificatio manus aut sigilli officialium monasterii aut conventus.

Furtum de rebus monasterii seu conventus in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

Occisio aut vulneratio, seu gravis percussio cuiusque personae.

Malitiosum impedimentum aut retardatio aut aperitio litterarum a superioribus ad inferiores, et ab inferioribus ad superiores.

Si quod aliud praeterea peccatum grave pro religionis conservatione, aut pro conscientiae puritate reservandum videbitur, id non aliter fiat, quam generalis capituli in toto Ordine, aut provincialis in provincia matura discussione et consensu.

Non liceat superioribus regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte aut proprio motu id ab iis petierint.

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios pro subditorum numero maiori vel minori: iique sint docti, prudentes. ac charitate praediti, qui a non reservatis eos absolvant, et quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis confessarius indicaverit ».

‹ Sanctitas Sua deinceps declaravit et declarat, ut si huiusmodi regularium confessariis casus alicuius reservandi facultatem petentibus superior dare noluerit, possint nihilominus confessarii illa vice poenitentes regulares, etiam non obtenta a superiore facultate, absolvere ». — Ferraris, *V. Praelatus Regularis,* n. 58.

* Cum a nonnullis regularibus dubitaretur, an decreto fel. record. Clement. Papae VIII. a. 1593. 26. Maii super qualitate casuum ab eorundem regularium superioribus reservandorum edito, censurae etiam comprehenderentur, ita ut iisdem superioribus, absque capituli generalis aut provincialis consensu, aliquibus peccatis, in decreto huiusmodi non contentis excommunicationem annectere, eiusdemquc absolutionem sibi reservare liceat: S. C. Card, negotiis RR. praepositorum, Ulmo. Bardino referente, censuras in supradicto decreto comprehendi censuit ». — 7. Iui. 1617.

797. — *De facultate absolvendi a reservatis*

« 12. Mendicantes possunt absolvere a casibus episcopis reservatis, non obtenta ad id episcoporum facultate ». — Pr. d. ab Alex. VII.

« Interim de ipsius S. Suae mandato iidem Ordinarii monentur, ut per totam suam dioecesim, ac praesertim in iis locis, qui a civitate et

ralliedrali sede longius remoti sunt, poenitentiario», aliosque sacerdotes constituant, ac delegent, quibus facultatem absolvendi a casibus sibi reservatis concedant, ita ut his quoque liceat eandem aliis confessariis, si opus sit. etiam viva voce impartiri ». — S. C. EE. KK. 26. Nov. 1602. « Facultatem vero et licentiam absolvendi a casibus reservatis... etiam sola viva voce concedi posse declarat » — ead. S. C. 26. Nov. 1602.

‹ In *parris communitatibiis* superiores omnino debeant deputare *habiualiter* unum confcssarium ex religiosis proprii Ordinis, qui facultatem habeat absolvendi a casibus et censuris in ordine reservatis ». — S. C. EE. etRR. 16. Aug. 1866. approb. et confirm, a Pio IX.d. 17.e.m. Cf.n.790.795.

Facultates et privilegia confessarioruni, qui in nosocomiis romanis spiritualia auxilia infirmis conferunt. S. 0. 9. Mart. 1870. — Of. Ferraris Supplementum, V. *Censura,* n. 40.

798. — *Facultas absolvendi a reservatis facile concedenda.* — Cf. n. 797.

799. 800. — *Absolutio casuum et censurarum Papae reservatorum in casu urgentiori*

«1. Utrum tuto adhuc teneri possit sententia docens ad episcopum aut ad quemlibet sacerdotem approbatum devolvi absolutionem casuum et censurarum, etiam speciali modo Papae reservatorum, quando poenitens versatur in impossibilitate personaliter adeundi S. Sedem. — 2. Quatenus negative; utrum recurrendum sit. saltem per litteras, ad Emum card, poenitentiàrium pro omnibus casibus Papae reservatis, nisi episcopus habeat speciale indultum, praeterquam in articulo mortis ad obtinendum absolvendi facultatem.

R. Ad 1.„m Attenta praxi S. Poenitentiariae praesertim ab edita Constitutione Apostolica sac. mem. Pii PP. IX, quae incipit *Apostolicae Sedis,* Negative. — Ad 2,m Affirmative, at in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandali vel infamiae, super quo confessarioruni conscientia oneratur, dari posse absolutionem, iniunctis de iure iniungendis, a censuris, etiam speciali modo Summo Pontifici reservatis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii recurrat ad S. Sedem. Facto verbo cum SSmo, SSmus approbavit ». — S. 0. 23. lun. 1886.

Episcoporum facultas quoad absolutionem casuum papalium

‹ 1. Decreti 23. lunii 1886. responsio ad 1nm, quae sic se habet: *Attenta praxi S. Poenitentiariae, praesertim ab edita Constitutione Ap. s. m. Pii IX. quae incipit,* Apostolicae Sedis, *Negative,* non videtur respicere casus specialiter reservatos Summo Pontifici sine censura; siquidem de his non agitur in Const. *Apostolicae Sedis.* Numquid ergo integra manet vetus doctrina theologorum dicentium de bis absolvere posse episcopos vel eorum delegatos, vel, ut vult Castropalao, simplicem sacerdotem, quando poenitens Romam nequit petere, quin scribere necesse sit?

2. Quando indultum quinquennale episcopi habent a S. Cong. de Prop. Fide complectens 14 numeros, n. 10 concedens facultatem absol-

vendi ab omnibus casibus, etiam specialiter reservatis Rom. Pontifici, excepto casu absolventis complicem, numquid illam possunt delegare in Gallia et in Europa pro casu saltem peculiari? ita ut non sit necessarium ut poenitens adeat episcopum ipsum, quamvis in n. 11 indulti sit haec clausula: *Communicandi has facultates in fotum rei in partem, prout opus esse secundum eius conscientiam indicaverit, sacerdotibus idoneis in conversione animarum laborantibus, in locis tantum ubi prohibetur exercitium catholicae religionis.*

3. Posito quod negative respondeatur, quid si poenitenti impossibile sit adire episcopum tale indultum habentem?

4. Quando sedes episcopalis vacat, numquid vicarius capitularis potest communicare facultates quinquennales, episcopo amoto vel defuncto concessas per indultum S. Poenitentiariae vel Congregationis de Prop. Fide?

5. Quando missionario occurrit poenitens censuris innodatus, et transiens obiter, ita nt missionarius non possit iterum poenitentem videre, numquid sufficit, posito casu nrgentiori absolutionis, exigere a poenitente promissionem scribendi, tacito si vult nomine, ad S. Poenitentiariam intra mensem, et standi illius mandatis, quin confessarius ipse scribat?

6. Utrum, tuta conscientia doceatur et in praxim deducatur, ut quidam volunt, propter hodiernum periculum ne aperiantur epistolae a potestate civili, non requiri ut epistola ad Summum Pontificem dirigatur in casibus urgentioribus, vel quando adiri nequit Papa.

7. Posito quod non requiritur epistola ad Summum Pontificem, numquid requiritur epistola directa ad episcopum, stante hoc generali periculo, praesertim quando agitur de absolutione complicis, quae etiam perfidiose detecta et revelata scandalum generare potest?

R. Ad 1.”” Negative. Ad 2.'” 3.·" et 1.nm orator (missionarius A.) consulat episcopum, et quatenus opus sit, idem episcopus recurrat ad S. C. Universalis Inquisitionis. — Ad 5.',ra Affirmative. — Ad 6."m Negative, cum in precibus nomina et cognomina sint supprimenda. — Ad 73m Provisum in 6v ». — S. Poenitent. 7. Nov. 1888.

Absolutio censurarum, etiam speciali modo Papae reservatarum, in impossibilitate adeundi personaliter S. Sedem, et reincidentia.

« 1. Utrum responsum ad 1.'« 23. lun. 1886. valeat etiam pro casu quando poenitens fuerit *perpetuo* impeditus personaliter Romam proficisci?

2. Utrum in responso ad 2, ibid., clausula: *sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras,* etc., referatur solummodo ad absolutionem a censuris et casibus *speciali modo* R. P. reservatis, an etiam ad absolutionem a censuris et casibus simpliciter Papae reservatis?

3. Utrum auctores moderni post Constitutionem *Apostolicae Sedis* (contra ius commune, cap. *Eos qui 22 de Sentent, e.rcommun. in G.* v. 11: cap. *Ea noscitur* 13. *de Sententia excomm.* v. 39.; et contra rituale romanum, *de Poenit.*, tit. 3. cap. 1. n. 23. . recte doceant, ei qui in articulo mortis a quolibet confessario a quibusvis censuris quomodocumque reservatis absolutus fuerit, tunc solummodo imponendam esse obligationem se sistendi superiori recuperata valetudine, si agatur de absolutione a censuris ^*speciali modo* Papae reservatis, an huiusmodi recursus ad su-

perforem etiam necessarius sit in absolutione a censuris simpliciter Somnio Pontifici reservatis?

R. Ad 1.um Affirmative. Ad 2um Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam partem. — Ad 3.um Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam partem; iuxta resolutionem fena IV. 28. lunii 1882». — S. C.S. O. 17 lunii 1891.

Directa absolutio rasuum papalium, obligatio standi mandatis Ecclesiae, et reincidentia

« 1. An obligatio standi mandatis Ecclesiae, a Bulla *Apostolicae Sedis* imposita, sit sub poena reincidentiae vel non? — 2. An obligatio standi mandatis Ecclesiae, in sensu Bullae *Apostolicae Sedis,* idem sonat ac obligatio se sistendi coram S. Pontifice, vel an ab illa debeat distingui? — 3. An absolutio data in casibus urgentioribus, a censuris etiam speciali modo S. Pontifici reservatis, in sensu decreti S. Officii (23. Inn. 1886.) sit directa, vel tantum indirecta?

K. Ad 1.um Affirmative ad primam; Negative ad secundam partem.— Ad 2.um Obligationem *standi mandatis Ecclesiae* importare onus sive per se, sive per confessarium, recurrendi ad S. Pontificem, eiusque mandatis obediendi, vel novam absolutionem petendi ab habente facultatem absolvendi a censuris S. Pontifici speciali modo reservatis. — Ad 3.um Affirmative ad primam; Negative ad secundam partem». — S. C. S. O. 19. Aug. 1891.

Obligatio decreti 23. lunii 1886.

« 1. An obligatio standi mandatis Ecclesiae, si convaluerint poenitentes absoluti a censuris Summo Pontifici reservatis, idem sonet ac obligatio se sistendi coram Summo Pontifice? —2. Et quatenus negative, in quo consistat obligatio standi mandatis Ecclesiae? — 3. An obligatio standi mandatis Ecclesiae sit sub poena reincidentiae? — 4. An ista obligatio standi mandatis Ecclesiae etiam pro censuris Summo Pontifici simpliciter reservatis urgeat? — 5. An decretum S. Officii 23.-30. lunii 1886. obliget ita, ut praxis ante hoc decretum servata non sit deinceps toleranda? — 6. An absolutio in casibus urgentioribus, virtute decreti praelaudati data, directa sit vel indirecta?

R. Ad 1.um Obligationem standi mandatis Ecclesiae importare onus sive per se, sive per confessarium ad S. Pontificem recurrendi eiusque mandatis obediendi, vel novam absolutionem petendi ab habente facultatem absolvendi a censuris S. Pontifici speciali modo reservatis. — Ad 2.um Provisum in praecedenti. — Ad 3.um Affirmative. — Ad 4.ura Negative. — Ad 5.um Decretum diei 23. lunii 1886. omnino obligare, praximque contrariam tolerandam non esse. — Ad 6.um Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam ». — S. C. S. O. 30. Mart. 1892.

Absolutio a reservatis Rom. Pontifici, cum durum sit poenitenti expectore tempus necessarium pro facultate exposcenda

«Ex decreto S. Inquisitionis 23. lunii 1866. cuilibet confessario directe absolvere licet a censuris etiam speciali modo S. Pontifici reservatis in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequit absque periculo gravis scandali vel infamiae, iniunctis de iure iniungendis, sub

poena tamen reincidcntine in easdem censuras, nisi saltem infra mensctn. per epistolam et per medinm confessorii absolutus recurrat ad S. Sedem.*

Dubium tamen oritur pro casu, quo nec scandalum nec infamia est in absolutionis dilatione, sed poenitens censuris papalibus innodatus in mortali diu permanere debet, nempe per tempus requisitum ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis.· praesertim quum theologi cum S. Alphonse de Ligurio ut quid durissimum habeant pro aliquo per unam vel alteram diem in mortali culpa permanere.

Hinc, post decretum 23. Innii 1866., deficiente hac in quaestione theologorum solutione, quaeritur:

1. Utrum in easn quo nec infamia, nec scandalum est in absolutionis dilatione, sed durum valde est pro poenitente in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis, simplici confessario liceat a censuris Summo Pontifici reservatis directe absolvere, ininnetis de iure iniungendis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem? — R. Affirmative, facto verbo cum SSmo». — S. O. 16. lun. 1897.

Impossibilitas epistolam mittendi

« Quando neque confessarius, neque poenitens epistolam ad S. Poenitentiariam mittere possunt, et durum sit poenitenfi adire alium confessorium. in hoc casu licet confessario poenitentem absolvere, etiam a casibus S. Sedi reservatis, absque onere mittendi epistolam ». — S. C. S. 0. 9. Nov. 1898.. M. E. v. 10. 6. 2. p. 218.

809. — *De absolutione concedenda, deneganda, differenda*

‹ Multi profecto dantur casus, in quibus denegatio et dilatio absolutionis medicamen est opportunum, et subinde necessarium. *Videat.* inquit S. Carolus Borromaeus in Instructionibus poenitentiae, *confessarius ne quem absolvat, qui vel odium inimicitiamve deponere nolit, vel restituere pro facultate recuset alienum, vel a statu peccati mortalis paratus non sit discedere, occasionemve similis peccati vitare.* Hinc Sedes Apostoliea adversus mollem et praeposteram nonnullorum casuistarum in concedenda absolutione facilitatem, miro zelo semper insurrexit, ut ex propositionibus ab Alexandro VIL, Innocentio XI. aliisqne Romanis Pontificibus iure meritoque damnatis, cuique legenti exploratum est. Valde autem prolixum foret casus huiusmodi enumerare, sed videri possunt apud S. Carolum Borromaenm in Instructione confessariorum. et a sanctis istis regulis, totius Ecclesiae consensu firmatis, non sinant confessores se abduci falsa misericordia erga poenitentes.

Verum, praemissis casibus exceptis, promiscua ct passim adhibita cuiusque peccati mortalis retentio, causa concipiendi maiorem adversus crimina horrorem et acquirendi meliorem dispositionem ad beneficium absolutionis obtinendum, non est profecto medicina nec castigatio congrua unquam, invitis poenitentibus, adhibita ab Ecclesia, sed a solis rigidis et imprudentibus confessariis contra omne fas usurpata, et a tribus Romanis Pontificibus proscripta. Hanc nimium severam et imprndentenf (ne quid peius dicam) praxim inducere iam tentavit Petrus de Osma ea propositione: *Non sunt absolvendi poenitentes, nisi peracta prius poeni-*

Initia iniuncla, merito damnata in Concilio Complutensi et a Sixto IV. a. 1479.. in B. quae incipit: Λλ.τZ *ea.* Eamdem exitialem praxim, post •apostatam Marcum Antonium de Dominis, lib. 5. *De Jtep. Eccles.*, cap. 7., et Antonium de Arnaldo, lib. *De frequenti communione,* part. 2. a cap. 8., apud Belgas et aliquot Gallos rigorismi sectatores invaluisse constat. Ex quorum libris, Alexander VH1., inter reliquas, bas duas propositiones insto anathemate confixit: 16. *Ordinem praemittendi satisfactionem absolutioni induxit non politia, aut institutio Ecclesiae; sed ipsa Christi lex et praescriptio, natura rei, idipsum quodammodo dictante,* ct 17. *Per illam praxim mox absolvendi ordo poenitentiae est inversus.* Crudelem hanc praxim quoad substantiam, subdolis et aequivocis terminis inducere iterum tentavit Quesnellius hisce duabus propositionibus: 87. *Modus plenus sapientia, lumine et eharitate est dare animabus tempus portandi cum humilitate et sentiendi statum peccati, petendi spiritum poenitentiae et contritionis, et incipiendi ad minus satisfacere iustitiae Dei antequam reconcilietur.* 88. *Ignoramus quid sit peccatum et vera poenitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum expoliavit, et detrectamus separationis istius ferre confusionem,* iure meritoque in B. *Unigenitus* a Clemente XI. damnatis. Profecto praxis ista vera plurimam animis affert perniciem, praesertim attritis, aut, si mavis, amare incipientibus, ex S. Leone et Augustino (epist. 180. ad Honoratum), docentibus: *plurimos perire defectu sacramenti, qui eius subsidio ad superna evolassent.* Aeternae igitur damnationis periculo manent expositi, monente nos sapientissimo Salvatore, ut semper vigilemus in iustitia, nam qua hora non putamus Filius hominis veniet.

Sed demus rigidis directoribus, ut huiusmodi attriti supervivant usque ad absolutionem, dilata his absolutione, manent illi Dei hostes, incapaces omnis meriti et satisfactionis; eorum enim opera iuxta S. Thomam, in 4. Dist. 15., cum sine eharitate fiant, non sunt satisfactoria: *Impossibile est enim,* inquit; *quod aliquis Deo satisfaciat, nisi Deo placeat; ideoque,ut sii conveniens satisfactio, oportet esse informatam gratia sanctificante,* et in Supp., quaest. 14. art. 2.: *sine caritate opera facta non sunt satisfactoria.* Quaecumque igitur proposita fuerint, indulgentiam nullam peccator consequi poterit absolutione destitutus: suspiciones, detrimenta famae, scandala, ex promiscua absolvendi dilatione oriuntur; validum adversus peccatum frenum est confitendi pudor, ut habetur ex cap. *Quem.* 88. *de Poenitentia,* Dist. I., quod repulsi poenitentes abiiciunt saepe cogitationem de salute desperando.

Missionarii igitur non sequantur praeposteros Ecclesiae reformatores. Adhaereant potius Cone. Trid. S. 6. cap. 14., *De lapsis et eorum reparatione,* ubi habemus absolutionem praeviam satisfactioni, et peccatorum culpam cum poena aeterna remissam sacramento poenitentiae ante satisfactionem, qua solum poena remittitur temporalis post absolutionem residua. Haec autem praxis prudens et benigna non est a Tridentino solum instituta, sed est, teste catechismo romano, antiquissimus Ecclesiae usus, in Scriptura et Patrum auctoritate comprobatus. Filio prodigo redeunti iubet pater evangelicus proferri cito stolam primam, nec eum remittit, ut nascendo porcos maiorem concipiat adversus peccata horrorem, et ut ad paternum amplexum disponatur. Inter articulos, ob quos Chysostomus, a quibusdam episcopis perperam depositus, sed auctoritate Apostolica

restitutus fuit, hie erat: N/ *iterum peccasti, poeniteas iterum, et quoties peccasti rem ad me, et ego te sanabo.* Basilius ad filium spiritualem: *Quando,* inquit, *peccatis obnoxium te senseris, ad poenitentiam cito te concerte, ne confundaris.* Lex Clementina *Diulum, de Sepulturis,* mandat sacerdoti, ut confessiones audiat, poenitentias imponat et absolvat. Decretum Bonifacii episcopi Moguntini statuit, nt curet unusquisque presbyter, post acceptam confessionem poenitentium, statim data oratione reconciliare. Infinitus essem, si omnium Patrum documenta pro tali Ecclesiae praxi afferre velim, sed allegata sufficiant.

Praxis ergo ista, prudens et benigna, tot testimoniis munita, absolvendi statim peccatores, nt attritos vel contritos, viget in tota Ecclesia, ubi copia est confessorum, ubi nullum persecutionis periculum: quanto magis ergo in Tongkino Occidentali necessario servanda est, ubi multae et continuae contra catholicos persecutiones vigent, et ubi quidem messis multa est, sed operarii paucissimi. Nec vos decipiant Novatores, qui sub zeli umbra crudelitatem exitialemque socordiam in corde natriunt; ne vos, inquam, decipiant Scripturae testimoniis Ezech. 13. et Jerem. 6., quibus passim abutuntur: nil enim ex illis magis colligere possumus, quam quod dispositione necessaria carentibus non sit impertienda absolutio, non autem quod dispositione illa praeditis sit deneganda, neque ullum in antiqui foederis oraculis invenietis locum, iuxta quem poenitentibus dilata fuerit, vel differenda cnm Deo reconciliatio. Vix David confessus fuerat delictum dicens: *Peccavi Domino,* cum Nathan Dei nomine denunciat: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris.* Nec vos iterum seducant testimoniis Cypriani, Koni. Cleri, Innocentii primi, aliorumque Patrum, quibus pariter abutuntur: lectis enim testimoniis istis non detruncatis sed integre, unicuique ingenue attendenti apparebit loqui illos de quibusdam peccatis publicis eo tempore publica poenitentia plectendis: quamvis probati auctores putent in ipsa poenitentiae publicae im]K)sitione, peccatores regulariter a culpae reatu fuisse absolutos, hoc enim erat accipere impositionem manus in poenitentiam, absolvi a reatu culpae et accipere modum satisfactionis publicae. Quinimo ipse Morinus, summae apud novos theologos auctoritatis, quamvis criminum publicorum absolutionem etiam sacramentalem putet dilatam fuisse usque ad canonicae poenitentiae adimpletionem, quoad alia peccata nobis consentit; sic enim ait: *Crimina omnia et peccata, (piae illis saeculis non expiabantur per publicam poenitentiam, statim aut paulo post editam sacerdoti confessionem, remittebantur, pauculis exceptis, quae cum publica erant, communionis ecclesiasticae privatione nonnunquam a canonibus castigabantur.* Idem docet quod cathechismus romanus, consuetudinem absolvendi statim post confessionem esse ab ipsis Ecclesiae incunabulis, si enormia quaedam crimina excipias pro quibus debebatur poenitentia publica: imo in Orientali Ecclesia a duodecim saeculis hucusque servatum morem etiam a peccatis publicis absolvendi statim, quod sub operis finem fusius probat ex libris Graecorum poenitentialibus.

Quoniam vero ex Concilio Tridentino vigere debet usus infligendi poenitentiam publicam peccatis publicis et scandalosis, descendendo ad particularem casum a visitatore apostolico relatum de parentibus, qui consensum praebent matrimonio filiorum cum disparitate cultus, certum videtur quod quamdiu in eorum potestate est matrimonium rescindere,

atque de eo moniti renuunt rescissionem, non esse capaces nec dispositos ad beneficium absolutionis recipiendum; verum si ex parte praestiterunt quidquid possunt et non sit amplius in eorum potestate filios ab invalidocontractu revocare, nulla ratio est, ut illi contriti et confessi per annos integros, aut usque ad exitum vitae, sacramentali absolutione priventur; ne vero aliis exemplo sint ut similia matrimonia perpetrentur, possent, confessi iam ct absoluti, vel eucharistiae communione privari, vel alia publica poenitentia, arbitrio prudentis et discreti episcopi, mulctari.

Modus igitur plenus sapientia et charitate est animas peccatrices citissime cx peccati statu, iuxta praxim universalis Ecclesiae, in Christi Evangelio fundatam, eripere, ut cito accipiant stolam primam, nec protrahere. sed quantum fieri potest accelerare praeceptum poenitentiae, iuxta formam quam Concilium Tridentinum saluberrime praescribit, ut ante reconciliationem proponant, ut post illam tutius ac salubrius, in statum gratiae repositi, satisfacere satagant ». — Instr. S. C. de P. F. 3. Oct. 1736.

* Alterum abusum in eo collocas, quod absolutionis sacramentalis beneficium nimium differri suspicaris. In hac cerium indicium ferri minime potest. Confessarius, qui tanquam index pro tribunali sedet, et tanquam medicus medicinam parare debet aegrotis, ipse solus scrutari potest quanta sit criminum atrocitas, quae aegritudinis pertinacia, quae dispositio poenitentis. Oportet propterea ipsum diligenter investigare, num qui ad poenitentiae sacramentum accedunt, eo animi dolore commissa crimina execrentnr, qui a Cone. Tr. S. 14. cap. 5., de Contritione, ad sacramenti integritatem requiritur; num vitae novae inchoationem ac praeteritate odium non voce dumtaxat ac labiis, sed intimo cordis affectu polliceantur; num, in testimonium bonae huius ac firmae voluntatis, cessasse iam se aliquandiu a peccatis doceant; num eas occasiones, quae vel per se, vel ex propria malitia aut pravitate, ad peccatum inducunt, si in eorum potestate fuerit, plane dimiserint: num remedia alias ipsis proposita adhibuerint, quorum praesidio peccatum in necessariis atque involuntariis occasionibus devitent; num consuetudinem peccandi abiecerint; num si alias beneficium absolutionis obtinuerint, iterum in eadem crimina ex propria malitia relapsi, in eodem fuerint coeno volutati; num rerum, famae atque honoris in quo proximum laeserint, parati ac prompti sint sarcire damnum aut iniuriam, si vires aut occasio suppetant. Haec, pluraque alia, quae a laudatis S. Caroli instructionibus petere missionarii possunt, diligenter ab ipsis expendenda sunt, priusquam beneficium absolutionis impendant. Sed cum haec ipsa inter arcana confessionis delitescant, difficile sane est indicare, an ea, quam superius innuimus, indicis potestate ac medici auctoritate abutantur, vel asperius ac durius cum poenitentibus rite dispositis se gerant.

Caveant tamen diligenter missionarii ne, si quandoque poenitentia poblica sit iniungenda, atque etiam aliquando tempore protrahenda, quempiam interim sinant sacramentalis absolutionis beneficio privari, dommodo is nullum ex sua parte obicem ponat, dignusque habeatur, cui gratia reconciliationis cum Deo in foro conscientiae impertiatur. Non enim vos latere arbitramur plurimum inter se differre privatam peccatorum absolutionem, in foro sacramentali poenitentibus indulgendam, ac publicam cum Ecclesia reconciliationem. Nemini illa deneganda est, qui rite sit affectus et necessarias prae se ferat ad hanc gratiam consequendam

dispositiones. Benigna enim ae misericors est sancta mater Ecclesia, ncc patitur manere quempiam sub iugo ae servitute diaboli, Dei hostem, omnibus carentem bonorum operum meritis, qui ex corde et vera animi ac mentis contentione veniam a Deo suorum delictorum deprecatur. Altera vero, publica videlicet reconciliatio, indicio episcopi est reservanda, qui pro locorum ac temporum circumstantiis statuer quid factu opus fuerit, atque ita severitatem cum lenitate conciliabit, ut et noxiis poenam et frenum insontibus sit allatura...

Tertia quae te commovet abusuum suspicio est. quod non modo times criminosis quibusdam sacramenta!em absolutionem differri, sed eos etiam, levi forsitan ex causa, a tribunali poenitentiae repelli. Non satis tamen declaras, quomodo res ista procedat. Neque enim suspicari fas est missionaries istos, qnos tu ipse fateris egregiam navare operam in procuranda animarum salute, et pietatis ac caritatis studio plurimum apud te commendari, ita misericordiae ac lenitatis fuisse oblitos, ut peccatores, aliquo poenitentiae stimulo excitatos, ad se pro confessione suarum culparum accedentes, repellant: absolutionem enim sacramentalem immerentibus denegare in potestate sacerdotis est: at criminum confessionem non audire, flagitium esset non ferendum. Quaestionem igitur a te propositam sic accipiendam esse existimavimus, nt de iis dumtaxat peccatoribus quaerendum sit, qui iis criminum nexibus implicantur, quibus a iure adiuncta est excommunicationis poena. Atque in hanc rem illud maxime considerandum videtur, num aliquis per sententiam indicis fuerit excommunicatus ac publice denuntiatus, an vero eam censuram a iure contraxerit, haud quidem indicis sententia declaratam; sed cum crimen, propter quod in excommunicationem incidit, ita notorium ac manifestum sit, ut nulla possit tergiversatione celari, aut iuris suffragio excusari, hinc passim apud reliquos tideles]>ro publico peccatore habeatur. Uterque profecto a sacramento poenitentiae repelli debet : nequeunt enim excommunicari participes fieri sacramentorum. Discrimen tamen inter utrumque intercedit, quod excommunicatus et denuntiatus sententia indicis, cura a caeterorum fidelium communione separetur, vitandus etiam est, ideoque nec in ecclesiam admitti potest, ut incruento sacrificio assistat, publicas preces fundat, eaeterisque communibus religionis officiis adstet, excepta dumtaxat verbi Dei praedicatione, quam excommunicato audire a iure permissum est. cap. *Respons.* 43. *de Sententia excommunicationis.* Is vero cui excommunicationis nulla est indicta sententia, vel iudicialis declaratio, nec a fidelium coetu repellitur, neque aditu ecclesiae prohibetur, nec a publicis precibus excluditur; sacramentorum tamen participatione, sicut in seipso incapax est, ita a fideli mysteriorum Dei dispensatore merito arcendus, propter criminis sui notorietatem et pertinaciam; ex quo, cum publicum scandalum exortum fuerit, nisi cessaverit et apta ac convenienti poenitentia fuerit emendatum, indignus omnino censendus est ut mysteriorum Christi particeps fiat, ne contra Evangelii praeceptum margaritae mittantur ante porcos. Quae autem et quanta esse debeat poenitentia sontibus irroganda, qua ratione scandalum tolli possit, statuant missionarii oportet, libratis locorum ac temporum circumstantiis, atque illud praesertim curent, ut nihil nisi te auctore ac indice decernatur, si te consulendi detur potestas. Atque hinc propterea haud probanda est illorum agendi ratio, qui, nulla adhibita distinctione inter excommunicatos vi-

tandos et inter toleratos, omnes passim prohibent, diebus etiam festis, ab aditu ecclesiae, atque a sacro fidelium conventu. Nam si id agunt, quod excommunicationis eam esse vim arbitrentur, ut, qui illi subiicitur, Statim arcendus sit ab omni fidelium communione, memoratae distinctioni repugnat atque ideo errant; si vero hanc ipsi poenam, arbitratu suo, omnibus passim excommunicatis decernunt, de nimia severitate sunt corripiendi. An vero qui puellas, a parentibus gentili viro desponsatas, invitas lapiunt et traducunt ad domum sponsi, in excommunicationis poenam incurrant, sic habe: aut sponsalia inita sunt a parentibus priusquam puellae usu rationis potirentur, nec constat post rationis usum illa confirmasse ac rata habuisse; cum haec sponsalia irrita omnino sint, profecto qui raptui harum virginum consilium, auxilium aut favorem praebent. sunt ipso iure excommunicat! iuxta cap. G. S. 24. De It. Al. Cone. Trid.; secus vero, si sponsalia cum earum consensu vel primum inita, aut deinde confirmata sunt, ac proinde firma ac valida reputantur ; non enim raptorum poenis subiiciuntur, qui sponsas ad sponsum vi pertrahunt, quamvis invitas et renuentes ». — Instr. S. C. de P. F. 29. Apr. 1784.

« Neminem Ecclesiae communione gaudentem a tribunali poenitentiae repellendum esse. — Detur instructio, esse semper recipiendos ad confessionem, sed absolvendum solum dispositos ». — S. C. de P. F. 16. lan. 1804.

« S. C. approbare non potuit nimiam, quae de confessoriis vicariatus tui narratur, facilitatem in administratione sacramenti poenitentiae qui dicuntur, nulla facta inter poenitentes distinctione, omnes, etiam recidivos et in habituali consuetudine peccati superstitionis morantes, indiscrimi-natim absolvunt. Profecto, cum ex ipsa institutione sacramenti poenitentiae, constet aliis esse peccata remittenda, aliis vero retinenda, Ioan. 20. 23., manifestum est hanc consuetudinem tuorum confessariorum, si vera sunt quae de ipsis narrantur, opponi ipsi institutioni sacramenti poenitentiae; neque enim supponi potest in omnibus poenitentibus vicariatus tui dispositiones adesse, quae necessariae cognoscantur, ex laudata mox institutione sacramenti poenitentiae, ad sacramentalem absolutionem obtinendam. Huic tuorum confessariorum consuetudini opponitur etiam ipsum rituale romanuni, in quo (tit. *de Sacramento poenit)* legitur: *Videat autem diligenter sacerdos quando et quibus conferenda vel deneganda sii absolutio.* Quod praescriptum non fuisset, si poenitentibus omnibus, etiam recidivis et in habituali peccandi consuetudine existentibus, indiscriminatim absolutio esset impertienda. Doceantur igitur confessarii tui de hac triplici poenitentium specie, iuxta mox laudatum rituale romanum, et absolutionem denegent iis qui vel nulla vel fictae tantum poenitentiae indicia praebent; illis vero differant quorum poenitentia incerta et suspecta merito habetur. Ita docent cordatiores theologi, ita docent Instructiones confessariis propositae a S. Carolo Borromaeo et a S. Francisco Salesio, qui regulas a S. Carolo traditas in synodalibus Constitutionibus adoptavit, uti videre est in earum titulo 9. art. 5. n. 3., ac meminisse debent mox praefati confessarii vicariatus tui, ex magna absolvendi facilitate, magnam peccandi facilitatem oriri necessario debere».— Instr. S. C. de P. F. ad vic. ap. Cocinc. Aug. 1827.

Absolutio occasionarii, ct consuetudinarii

« 61. Potest aliquando absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest et non vult omittere, quin imo directe et cx proposito quaerit, aut ei se ingerit ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

‹ 41. Non est obligandus concubinarius ad eiiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset ad oblectamentum eoncubinarii, vulgo *regulo,* dnm. deficiente illa, nimis aegre ageret vitam, et aliae epulae taedio magno concnbinarium afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur».— Pr. d. ab Alex. VII.

« 60. Poenitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturae, aut Ecclesiae, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda nec differenda absolutio, dummodo ore proferat, se dolere et proponere emendationem ». — Pr. d. ab Innoc. XI.

831. 859.— *De sacramentali sigillo*

« Sacerdos autem sit discretus et cautus, ut more periti medici superinfundat vinum et olenm vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, quibus prudenter intelligat quale debeat ei praebere consilium et cuiusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad salvandum aegrotum. Caveat autem omnino, ne verbo aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem : sed, si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personae caute requirat, quoniam qui peccatum in poenitentiali indicio sibi delectum praesumpserit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum perpetuam poenitentiam in arctum monasterium detrudendum ».—Cone. Lateran. IV. a. 1215. Decreta, cap. 21.

‹ Tam superiores pro tempore exsistentes, quam confessarii, qui postea ad superioris gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur ». — Deer. Clem. VIII. 26. Maii 1594.

« Scientia ex confessione acquisita uti licet, modo fiat sine directa aut indirecta revelatione et gravamine poenitentis, nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur, in cuius comparatione prius merito contemnatur. Addita deinde explicatione, sive limitatione, quod sit intelligenda de usu scientiae ex confessione acquisitae cum gravamine poenitentis, seclusa quacumque revelatione, atque in casu, quo multo maius gravamen eiusdem poenitentis ex non usu sequeretur». Statutum est: ‹ dictam propositionem, quatenus admittit usum dictae scientiae cum gravamine poenitentis, omnino prohibendam esse, etiam cum dicta explicatione sive limitatione ». — Pr. d. Deer. S. Inquis. Congr. 18. Nov. 1682.

DE EXTREMA UNCTIONE

861. — *Concilium Tridentinum de Extrema Vnctione,* S. 14.

* *Doctrina de sacramento extremae unctionis.* — Visum est autem sanctae Synodo, praecedenti doctrinae de poenitentia adiungere ea, quae sequuntur de sacramenti» extremae unctionis: quod non modo poenitentia, sed et totius Christianae vitae, (piae petpetua poenitentia

esse debet, consummativum existimatum est a Patribus. Primum itaque circa illius institutionem declarat et docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis praeparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritns incommodo possint; ita extremae unctionis sacramento finem vitae, tanquam firmissimo quodam praesidio munivit. Nam etsi adversarius noster occasiones per omnem vitam quaerat et captet, ut devorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suae versutiae nervos intendat ad perdendos nos penitus, et a fiducia etiam, si possit, divinae misericordiae deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitae perspicit.

Cap. 1. *De institutione sacramenti extremae unctionis.* — Instituta est autem sacra haec unctio infirmorum, tanquam vere et proprie sacramentum novi testamenti, a Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per lacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum: Infirmatur, inquit, quis in vobis: inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et, si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, ut ex apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, et effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab episcopo benedictum: nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat; formam deinde esse illa verba: Per istam unctionem, etc.

Cap. 2 *De effectu huius sacramenti.* — Res porro et effectus huius sacramenti illis verbis explicatur: Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei. Res etenim haec gratia est Spiritus Sancti, cuius unctio delicta, si quae sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, et aegroti animam alleviat et confirmat, magnam in eo divinae misericordiae fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus, et morbi incommoda ac labores levius fert, et tentationibus daemonis, calcaneo insidiantis, facilius resistit; et sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expedierit, consequitur.

Cap. 3. *De ministro huius sacramenti et tempore quo dari debeat.* — lam vero, quod attinet ad praescriptionem eorum, qui et suscipere et ministrare hoc sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis praedictis traditum : nam et ostenditur illic, proprios huius sacramenti ministros esse ecclesiae presbyteros, quo nomine, eo loco, non aetate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem manuum presbyterii. Declaratur etiam, esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitae constituti videantur: unde et sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hanc unctionem convaluerint, iterum huius sacramenti subsidio iuvari poterunt, cum in aliud simile vitae discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam et dilucidam Apostoli lacobi sententiam docent, hanc unctionem vel fig-

mentum esse humanum, vel ritum a Patribus acceptum, nec mandatum Dei. nec promissionem gratiae habentem; et qui illam iam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiva Ecclesia reterenda esset: et qui dicunt, ritum et usum, quem sancta Itomana Ecclesia in huius sacramenti administratione observat, lacobi Apostoli sententiae repugnare, atque ideo in alium commutandum esse; et denique, qui hanc extremam unctionem a fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Haec enim omnia manifestissime pugnant eum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater et magistra, aliud in hac administranda unctione, quantum ad ea, quae huius sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod B. lacobus praescripsit. Nec vero tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere, et ipsius Spiritus Sancti iniuria esse posset.

Can. 1. Si quis dixerit, extremam unctionem non esse vere et proprie sacramentum, a Christo Domino nostro institutum, et a B. lacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, sacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alienare infirmos: sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum: A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, extremae unctionis ritum et usum, quem observat sancta romana Ecclesia, repugnare sententiae B. lacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque a cbristianis absque peccato contemni: A. S.

Can. i. Si quis dixerit, presbyteros ecclesiae, quos B. lacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos; sed aetate seniores in quavis communitate; ob idque proprium extremae unctionis ministrum non esse solum sacerdotem; A.S.».

864. — Z)e *oleo ab episcopo non benedicto*

«An sacramentum extremae unctionis oleo, episcopali benedictione non consecrato, ministrari valide possit?» — R. Negative. Contrariam doctrinam S.C.I. damnavit, uti *temerariam et errori proximam.* 15. lan. 1655.

« An in casu necessitatis parochus ad validitatem sacramenti extremae unctionis uti possit oleo a se benedicto? — R, Negative, ad formam decreti Fer. V. coram SSmo die 13. lan. 1611. » — S. C. S. 0. 14. Sept. 1842.

« Oleum a presbytero benedictum est materia prorsus inepta sacramento extremae unctionis conficiendo: et ne in extrema quidem necessitate valide potest adhiberi. » — S. C. S. 0. 15. Maii 1878.

De unctione renum et pedum

« Unctio renum (in extrema unctione) nunquam praetermitti potest, nisi in casibus particularibus, adhibitis cautelis, decentiae satis consuli aliter nequeat. » — S. C. S. 0. 28. Augusti 1889.

«Senes valde debiles, et infirmi hectica febri vel simili morbo laborantes, qui praesumuntur morituri antequam praesentem habere possint missionarium quasi in extremo morbo ungi possunt, ut rescripsit S. C. anno 1801. Saepius vero in fidelium conventu, suscepto viatico et missa finita, hic ungi solent huiusmodi senes et infirmi, nec non alii quidam

periculosius aegrotantes. Quando autem pro renum unctione peragenda in viris laxantur et elevantur vestes, statirn multi, maxime mulieres, rubore suffunduntur et velociter aufugiunt propter gentis mores. Si igitur S. C. probatum fuerit, dignetur, obsecro, a SSmo I). N. obtinere ut renum unctio omittatur non solum (piando infirmus commode moveri non potest, sicut vult rituale rom., sed etiam quando extrema unctio administratur in coctu fidelium. — R. Affirmative, facto verbo cnm SSmo. — SSmus approbavit. » — S. C. de P. F. 21. Septembris 1843.

‹ Quod vero attinet ad renum unctionem, quam in administrando sacramento extremae unctionis nunquam in ista dioecesi A. T. adhibitam fuisse testatur, et quam idcirco postulat ut in rituali romano omifti permittatur, visum est S. C. nullam prorsus, sive in hac, sive in alia quacumque re suppressionem vel immutationem in rituali induci oportere, sed illud voluit integre et fideliter imprimi prout a Paulo V. editum et a Benedicto XIV. recognitum et castigatum fuit. Quod si unctio renum inusitata isthic hactenus fuit, declaravit S. C. patienter se quidem laturam, si singularia istius dioecesis adiuncta impediant, quominus illico et universim ad praxim unctio isthaec deducatur; insimul tamen ardentissimum votum suum expressit ut, curante A. T., et docentibus parochis, paulatmi et sensim sine sensu disponantur fideles ad istam quoque specialem unctionem in extremo agone recipiendam, iuxta ritualis romani praescriptiones. » — S. Ii. C. 14. Aug. 1858. *Ultraiecten.*

«An ne, ultra pedum pars superior, inferior quoque ungenda sit in sacramento extremae unctionis? ⊢ li. Nihil innovandum. » — S. R. C. 27. Augusti 1836. *Rhedonen.* ad 1.

« Desideratur Suae Sanctitatis beneplacitum, ut in extrema unctione exhibenda feminis, omittatur pedum unctio. — Fuit alias responsum: servandum esse communem Ecclesiae morem. » — Qualificatores S. Off. 1674. P. Navarette, missionar. in Sinis.

867. — *De administratione extremae unctionis mediante instrumento*

«Utrum in dioecesi ista Portus Aloysii, in quo invaluit usus stylum seu virgulam argenteam adhibendi in administratione extremae unctionis, usus ipse tuto continuari possit? — R. Negative, excepta necessitatis causa. » — S. R. C. 9. Maii 1857. *Port. Aloys,* ad 2.

866. 871. — *De ministro et subiecto extremae unctionis*

« Sane quoniam de hoc, sicut de caeteris consulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Caelestinus diaconus in epistola sua, esse a tua dilectione positum illud, quod in beati Apostoli Jacobi epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et suscitabit, illum Dominus: et si in peccatis fuerit, remittentur ci. Quod non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, que ab episcopo confecto non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo. Ceterum illud superfluum videmus adiectum, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem a

se visitandum, et benedicere et tangere chrismate, sine cunctatione potest. cuius est ipsum chrisma conficere. Nam poenitentibus istud infundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unus genus putatur posse concedi? * — Innoc. I. Ex Epist. 25. ad Decentium Engubinum C. 8.

‹ Unctionem infirmorum cum oleo consecrato veneramur. » — Profess, fid. Waldens, praeser. ab Innoc. III.

«Aliud (sacramentum) extrema unctio, quae secundum doctrinam B. Jacobi infirmantibus adhibetur. » — Conf. fid. Mich. Palaeol.

« Inspectis ipsis divini eloquii verbis, vel facile patet sacramentum extremae unctionis, etiam in casu necessitatis, absente nimirum alio presbytero, non posse missionarium aegrotantem sibimetipsi ministrare.» — S. C. de P. F. 23. Mart. 1844.

868. — *De caeremoniis extremae unctionis*

Extremae unctionis oleum non esse deferendum solemniter ad infirmos eum superpelliceo ae lanternis. — S. R. C. 28. Ian. 1606. *Baren.*

« Sacerdotes curam animarum exercentes, pro sua commoditate, apud se in domibus suis retinent s. oleum infirmorum. An, attenta consuetudine, hanc praxim licite retinere valeant? — R. Negative, et servetur rituale romanum. excepto tamen casu magnae distantiae ab ecclesia: quo in casu omnino servetur, etiam domi, rubrica quoad honestam et decentem tutamqne custodiam. » — S. R. C. 16. Dec. 1826. *Gandaven.* ad 3., 31. Aug. 1872. *Toletana* ad 5., 23. Iun. 1892. *Lauden.* ad 7.

« An sacramentum extremae unctionis cum stola tantum administrari possit. — R. Negative. » — S. R. C. 16. Dec. 1826. *Gandaven.* ad 2.

870. — *De extrema unctione immediate post baptismum conferenda*

‹ Quando quis paganus adultus sufficienter instructus riteque dispositus baptizatur, quia in gravem incidit morbum, debetne, imo potestne ei conferri sacramentum extremae unctionis immediate post baptismum? — R. Affirmative, servata forma decreti S. Officii anni 1703. » — S. C. de P. F. 26. Sept. 1821.

871. — *De graviter aegroto, non proxime moribundo, in locis missionum*

« Aliquando missionariis Christianos sibi commissos visitantibus occurrit aegrotus hectica febri vel simili morbo laborans, qui iuxta experientiam vivet adhuc plures menses, sed intra annum morietur. Quaeritur, an iu tali casu missionarius ipsi administrare possit viaticum et extremam unctionem, eo quod quando verior aderit casus ea recipiendi, non poterit praesens haberi missionarius ob magnam distantiam, et alias circumstantias id impedientes? — R. Affirmative. » — S. C. de P. F. 20. Feb. 1801.

De dispositionibus praerequisitis ad extremam unctionem

‹ Utrum conferenda sit extrema unctio moribundis adultis, quos aliquando baptismi capaces credimus, non autem aliorum sacramentorum? — R. Non esse conferendum sacramentum extremae unctionis neophyto moribundo, quem missionarius capacem baptismi credidit, nisi saltem

idem habeat aliquam intentionem recipiendi sacram unctionem in beneficiura animae pro mortis tempore ordinatam. » — S. 0.1703., 10. Apr. 1861.

Cf. n. 271., C. 1158.

DE ORDINE

873. — *Concilium Tridentinum de Ordine,* S. 23.

«Cap. 1. *De institutione sacerdotii novae legis.* — Sacrificium et sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in novo testamento sanctum eucharistiae sacrificium visibile ex Domini institutione catholica Ecclesia acceperit; fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, et externum sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et sanguinem eius, nec non et peccata dimittendi et retinendi, sacrae litterae ostendunt, et catholicae Ecclesiae traditio semper docuit.

Cap. 2. *De septem ordinibus.* — Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quo dignius, et maiori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesiae ordinatissima dispositione plures, et diversi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent. Nam non solum de sacerdotibus, sed et de diaconis sacrae litterae apertam mentionem faciunt; et quae maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent; et ab ipso Ecclesiae initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, subdiaconi scilicet, acolythi, exorcistae, lectoris, et ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu. Nam subdiaconatus ad maiores ordines a Patribus et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus.

Gap. 3. *Ordinem vere esse sacramentum.* — Cum Scripturae testimonio, apostoliea traditione, et Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quae verbis, et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctae Ecclesiae sacramentis: inquit enim Apostolus: Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te, per impositionem manuum mearum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.

Cap. 4. *De ecclesiastica kierarchia et ordinatione.* — Quoniam vero in sacramento ordinis, sicut et in baptismo, et confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest; merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, novi testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere, et semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes christianos promiscue novi testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali praeditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quae est ut castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra B. Pauli doctrinam, omnes apostoli, omnes prophetae, omnes evangelistae, omnes pastores, omnes

sint doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, praeter caetcros ecclesiasticos gradus, episcopos, qui in Apostolorum loeum successerunt, ad hunc hierarehicuin ordinem praecipue pertinere: et positos sicut idem Apostolus ait, a Spiritu Sancto, regere Ecclesiam Dei: cosque presbyteris superiores esse, ac sacramentum confirmationis conferre, ministros Ecclesiae ordinare, atque alia pluraque peragere ipsos posse: quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodiis, in ordinatione episcoporum, sacerdotum, et caeterorum ordinum, nec populi, nec cuiusvis saecularis potestatis, et magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, nt sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodo a populo, aut saeculari poiestate. ac magistratu vocati, et instituti, ad baec ministeria exercenda ascendunt, et qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiae ministros, sed fures et latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Haec sunt, quae generarim sacrae Synodo visum est Christi fideles de sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, et propriis canonibus in hunc, (pii sequitur, modum damnare constituit: ut omnes, adinvante Christo, fidei regula utentes, in tot errorum tenebris catholicam veritatem facilius agnoscere et tenere possint.

Can. 1. Si quis dixerit, non esse in novo testamento sacerdotium visibile, et externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, et offerendi verum corpus et sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi; sed officium tantum et nudum ministerium praedicandi Evangelium, vel eos. qui non praedicant, prorsus non esse sacerdotes; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, praeter sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios ordines, et maiores, et minores, per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium tendatur; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, ordinem, sive sacram ordinationem non esse vere et proprie sacramentum, a Christo Domino institutum, vel esse figmentum qnoddam humanum, excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei, et sacramentorum: A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frnstra episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse: A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, sacram unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam, et perniciosam esse; similiter et alias ordinis caeremonias; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse bierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris, et ministris: A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, et ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem: vel ordines ab ipsis collates sine populi, vel potestatis saecularis consensu, aut vocatione, irritos esse, aut eos, qui nec ab ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et sacramentorum ministros; A. S

Can. -s'. Si (piis dixerit, episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, et veros episcopos, sed figmentum humanum, A. S. ».

875.— *Canones Cone. Carihag. JC. a. 308. de ordinationibus*

<*Can. 2.* Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant Evangcliorum codicem super caput et cervicem eius, ct uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

Can. 3. Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui praesentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant.

Can. 1. Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

Can. 5. Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, et calicem vacuum. De manu vero archidiaconi urceolum cum aqua et mantile, et manuterginm.

Can. G. Acolytus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cnm cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiae luminaria mancipari. Accipiat et urceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi.

Can. 7. Exorcista cum ordinatur, accipit de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe et commenda memoriae, et habeto potestatem imponendi manus super energumenum sive baptizatum sive catechumenum.

Can. 8. Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius iidem et vitam atque ingenium. Post haec, spectante plebe, tradat· ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe et esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cura eis, qui verbum Dei ministraverunt.

Can. .9. Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claves ecclesiae de altario, dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quae his clavibus recluduntur.

Can. 10. Psalmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide ut quod ore cantas, corde credas: et quod corde credis, operibus comprobes ».

881.883. — *De episcopi consecratione*

Alexander VIT. Br. *Onerosa Pastoralis* 4. Fcbr. 1664. facultatem confert episcopum consecrandi sine duorum episcoporum adsistentia. Idem concedit Clemens X. Br. *Personam tuam* 30. Mart. 1675.

De manuum elevatione et extensione in ordinatione praesbyteraius

«S. C.... non in dubium intendit vocare valorem sacrae ordinationis eo qnod in illa episcopus ordinans manus extensas non tenuerit etiam per intervallum, quod inter primam et secundam manuum impositionem intercedit». — S. R. C. 14. Inn. 1873. *Syren.*

«Dubium a te propositum de valore ordinationum coi latarum quibusdam sacerdotibus ab episcopo istius dioecesis, *manibus haud amplius super eorum caput extensis* (nempe *non omissa ex toto* secunda mannum impositione, sed hae tantum *non continuata^,* dum orationem pronuntiat: *Oremus....* pront in Rituali Romano praescribitur, ad examen revocatum est ab Emis Patribns una mecnm Inquisitoribus Generalibus, qui, quoad ordinationes iam praedicto modo peractas, decreverunt: *Acquiescendum esse*.* — S. Û. 12. Sept. 1877.

«Si post tactum physicum capitis ordinandorum episcopus manum extensam habuerit super ordinandos, saltem immediate ante recitationem *Oremus* etc. ordinationem esse certo validam, ut in decreto S. Officii fer. IV., 12. Septembris 1877. Si autem nequidem immediate ante recitationem *Oremus* etc. illa manus extensio facta fuerit, ordinationem esse iterandam secreto et sub conditione, quocumque die, facto verbo cum SSmo, ut etiam suppleat ad cautelam de thesauro Ecclesiæ pro missis usque adhuc celebratis ». — S. 0. 30. Nov. 1898.

«Ulmus episcopus N. in ordinatione sacerdotali Titii et Caii omnes ritus, tum essentiales, tum accidentales, recte omnino peregit, si unum forte excipias. Nullus enim ex adstantibus, nec ipse episcopus ordinans recordatur, *utrum secundam manuum impositionem fecerit,* illam nempe, quam comitantur verba: *Oremus, fratres carissimi,* etc. et quae cum omnibus sacerdotibus simul assistentibus agenda est: *hanc profecto* unus ex praefatis sacerdotibus fecit, sed alii, nescio quo casu, eam certo praetermiserunt, *et valde probabiliter, immo et fere certo ipse episcopus {omisit* nempe *ex toto* secundam manus impositionem). Constat tamen episcopum priorem fecisse impositionem, tangendo nimirum caput utriusque ordinandi, et postea protulisse verba, *Oremus, fratres carissimi,* et cetera omnia rite peregisse. Titius et Caius nullum videntur dubium habere circa valorem suae ordinationis; sed ipsorum superior in re tanti momenti scrupulis angitur; atque humiliter petit: 1.° Utrum ordinatio Titii et Caii habenda sit tanquam valida: et utrum aliquid sit supplendum? — 2.° Si iteranda sit, utrum tota, an pars tantum; utrum ab eodem vel a quolibet episcopo catholico: utrum publice an secreto?

R. Sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis, in primis declarat ordinationem ab utroque oratore sic susceptam sub conditione, et secreto esse iterandam. Itaque eadem S.Poenitentiaria tibi dilecto in Cristo confessario ab oratoribus respective electo facultatem concedit, ipsos oratores, si ita sit, audita eorum sacramentali confessione, a censuris et poenis ecclesiasticis, si quas ob praemissa incurrerint, et a culpis idcirco commissis apostolica auctoritate hac vice absolvendi in forrna Ecclesiae consueta, et cum iisdem super irregularitate, si quam ex violatione dictarum censurarum et ex praemissis contraxerint, ut illa, aliisque praemissis non obstantibus, in suis ordinibus etiam in altaris ministerio, postquam tamen s. prebyteratus ordinem a quocumque catholico antistite vigore

Litterarum adnexi Brevis dentio susceperint, et non aliter, ministrare licite valeant, pari apostolica auctoritate misericorditer dispensandi, eisque missas hactenus sic celebratas apostolica expressa auctoritate benigne condonandi, supplente ipsa S. Poenitentiaria eorum defectum de thesauro Ecclesiae. Iniuncta illis congrua poenitentia salutari, quodque a sacro faciendo interim abstineant donec ordinatio, ut supra, iterata fuerit; aliisque iniunctis de iure iniungendis. Pro foro conscientiae et in sacramentali confessione tantum. Datum Romae in S. Poenitentiaria d. 31. Mart. 1888».

« 1. An, in ordinatione presbyteri, tum Pontifex, tum sacerdotes, qui adsunt, debeant prius imponere utramque manum super caput cuiuslibet ordinandi, et postquam haec impositio ab omnibus absoluta fuerit, time elevare manus dexteras easque extensas super illos tenere, dum Pontifex stans cum mitra solus dicit orationem, uti nonnulli explicant Pontificalis Romani hac de re praescriptionem; vel potius, uti Romae fit in archibasilica Lateranensi, tum Pontifex, tum sacerdotes qui adstant, vix facta impositione utriusque manus, statim dexteras manus extendunt, easque sic extensas teneant donec episcopus orationem absolverit? — 2. In praebenda communione neo-presbyteris debetne adhiberi formula *Corpus,* etc., vel potius illa debet omitti? — R. Ad 1.ura Negative ad 1.*“ partem; affirmative ad 2.„n — Ad 2.um Ut in antecedenti, i. e. Negative ad 1.·" partem ; affirmative ad 2."m». — S. R. C. 31. Aug. 1872. *Siren.*

De impositione manuum tactu corporali

«Presbyter et diaconus cum ordinantur, manus impositionem, tactu corporali, ritu ab Apostolis introducto, recipiunt; quod si omissum fuerit; non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos caute supplendum, quod per errorem extitit praetermissum. Suspensio autem manuum debet fieri cum oratio super caput effunditur ordinandi ». — C. *Presbyter* iin. *de Sacram, non iteranti.*

«Iuxta ius canonicum, in ordinatione praesbyteri et diaconi, impositio manuum fieri debet *tactu corporali;* quod si omissum fuisset, caute supplendum esset, quod per errorem omissum esset; sed dubitatur: 1.°Utrum, si facta fuerit impositio manuum sine *tactu corporali,* suppleri debeat impositio manuum *tactu corporali?* 2.° In quantum affirmative, an rumor publicus, et mala fama, quae inde eveniret ordinanti, praesertim in his regionibus, esset ratio sufficiens ad abstinendum ab huiusmodi impositione manuum iterata cum *tactu corporali?* 3.° Si suppleri debeat tactus corporalis, an iteranda sint verba, quae simul ab episcopo proferuntur cum impositione manuum, praesertim in ordinatione diaconi, in qua verba, *Accipe Spiritum Sanctum,* etc., videntur multis esse forma sacramenti? 4. Utrum possit suppleri tactus ille corporalis privatim, quando huinsmodi ordines non conferuntur? — R. Ad 1.um Affirmative. Ad 2.q" Negative. Ad 3.”m Affirmative. Ad 4.um Affirmative, et secreto in actione missae, atque etiam extra tempora generalis ordinationis».— S. O. 19. Aug. 1851. Vic. Ap. Cocincinae Occidentalis.

882. — *Forma corrupta*

« Dum in S. R. C. expendebantur dubia, A. tuae nomine exhibita... circa validitatem ordinationis cuiusdam presbyteri, in qua incaute vi-

tiata fuit forma collationis potestatis remittendi vel retinendi peccata, certum nuntium pervenit a Congr. Gener. R. et Γ. 1. sub d. 27. Maii 1840. casum apprime similem discussum ac definitum fuisse... Itaque tunc emissam resolutionem A. T. de verbo ad verbum communicantes ut sequitur. nimirum:

F. IV. d. 17. Maii 1840.... propositis precibus Dominicanorum Bononiae. quibus exponebant eius religiosum N. N., dum ordinationem presbyteri recipiebat a R. P. D. episcopo, monitum fuisse ipsum perturbavisse formam adnexam postremae manuum impositioni dicendo: *Quorum remiseris peccata retenta sunt. et quorum retinueris remissa sunt;...* Emi et Rmi Dili dixerunt: Sub conditione, in privato oratorio, quovis anni tempore, suppleatur, a quovis episcopo induto de more, tertia manuum impositio et forma respectiva: *Accipe Spiritum Sanctum,* non tamen repetendo caeremonias accidentales antea adhibitas.

Vigore facultatum Nobis ab eodem SS. D. N. Gregorio Papa XVI. specialiter tributarum, concedimus, ut quae enunciatae ordinationi desunt. vel vitiata fuerunt, omnino suppleantur, ad tramites memorati decreti S. U. 1., quacumque anni die. ab episcopo quovis, induto de more ut in ordinatione, et sacrum faciente in suo privato oratorio, adstante enunciate presbytero, sacerdotalibus vestiméntis pariter induto, et sic suppleatur tertia manuum impositio, et respectiva forma: *Accipe Spiritum Sanctum,* quin repeti debeant caeremoniae accidentales, quae antea adhibitae fuerunt ». — S. R. C. 22. Maii 1841. *Vivarien.*

Episcopus in ordinatione presbyteri ita formam pronunciavit in tertia manuum impositione: *Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata retinentur eis, et quorum retinueris retenta sunt.* Quid faciendum? — R. « Secreto et sub conditione, quovis anni tempore, suppleatur ad cautelam, a quovis episcopo cum S. Sede communionem habente, induto de more, tertia manuum impositio, et forma respectiva: *Accipe Spiritum Sanctam,* etc., quoad praeteritum, acquiescat ». — S. O. 4. Mart. 1874.

«Episcopus inadvertenter ita corrupit formulam, ut dixerit: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum retinueris peccata remissa sunt: ei quorum retinueris retenta sunt.* — R. Secreto, et sub conditione quovis anni tempore suppleatur ad cautelam a quovis episcopo cum Sancta Sede, communionem habente, induto de more, *tertia manuum impositio,* et forma respectiva: *Accipe Spiritum Sanctum,* etc., et quoad praeteritum acquiescat ». — S. O. 9. Dec. 1897.

De ordinationibus anglicanis

«...Omnibus Pontificum Decessorum in hac ipsa causa decretis usquequaque assentientes, eaque plenissime confirmantes ac veluti renovantes, auctoritate Nostra, motu proprio, certa scientia, pronuueiamus et declaramus, *ordinationes ritu anglicano actas, irritas prorsus fuisse et esse, omninoque nulilas* *. — Leo XIII. B. *Apostolicae curae* VI. Id. Sept. 1896., A. S. S. V. 29. p. 202.

884.— *Dubius instrumentorum tactus*

‹ *Ad scrupulum* Er. Ephrem Chasteau, nempe se non tetigisse tactu physico *calicem* in sua ordinatione ad presbyteratum, S. (.'. respondit:

Posse continuare celebrationem ss. sacrificii *absque ullo* scrupulo, ac tuta prorsos conscientia ». — S. R. C. 3. Dec. 1661. *(talliarion.*

* La P. V. Riïia implorava il giudizio della S. Sede intorno alia validità dclPordinazione prcsbiterale di Fr. Tizio, (che dubitava di aver toecato il calice). — R. Iuxta exposita adquiescat ». — S. 0. 1895., M. E.

885. — *Ordinatio presbyteri cum calice sine vino*

«Accidit ut presbyteris ordinandis traditus sit una cum patena et hostia calix absque vino. Quid agendum in praxi? — R. Ordinationem esse iterandam ex integro sub conditione et secreto quocumque die, facto verbo cum SSmo, ut suppleat de thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit. pro missis celebratis a sacerdotibus ordinatis ut in casu ». — S. O. 11. lan. 1899.

De tactu patenae et calicis

Presbyter « tetigit tantum patenam, calici suppositam, non tamen calicem ipsum ». Episcopus consuluit S. C. C'., quae 28. Maii 1796. respondit: *Iuxta mentem,* nempe... «Ut verificatis expositis per examen oratoris. et magistri caeremoniarum, qui praesto fuit eiusdem ordinationi, quatenus haberi possit, procedat (episcopus) ad secreto iterandam ordinationem ex integro sub conditione, praestito tamen per omnes necessario interessentes in praefata ordinatione iurarnento servandi secretum. Ad effectum vero huiusmodi ordinationem extra tempora habendi S. C. censuit per infrascriptum secretarium audiendum fore Sanctissimum Patrem, cui peracta relatione, in casu dumtaxat, de quo agitur, benigne dispensavit ». — M. E. V. 9. P. 1. p. 91. P. 2. p. 217.

« Utrum validae sint ordinationes, in quibus traditio instrumentorum facta fuerit in communi, et non successive, uti in rubrica Pontificalis Romàni? — R. Nullum quoad validitatem collatarum ordinationum oriri posse dubium, *dummodo tamen certum sit omnes ordinandos tetigisse tradita instrumenta* ». — S. 0. 23. lan. 1874., M. E. V. 9. P. 1. p. 90.

« Cajo... tocco solamente la patena in un colPostia posta sui calice, ma non il calice, benchè si sforzasse di arrivarci coi dito. — R. Orator acquiescat ». — S. O. 17. Mart. 1897.

888. — *Tactus instrumentorum ante prolationem formae*

«Sempronio..., non avendo nel toccare gli strumenti usato gli indici ed i medii, ma gli indici ed i pollici, prima toccô la coppa dei calice, ma poi quando il vescovo proferiva la forma toccô solo la patena col-Postia posta sui calice... Che debba dirsi della validité di sua ordinazione? — R. Orator acquiescat ». — S. 0.17. Mart. 1897.

« Gaspare..., essendo quattro o cinque gli ordinandi ed aflollandosi tutti a toccare gli strumenti..., ricorda di averli prima toccati, ma perô nelPatto che si proferiva la forrnola, benchè si aftretinsse a toccarli di nuovo, non riusci a farlo, essendone stato impedito dalle mani degli altri. — R. Orator acquiescat ». — S. 0. 17. Mart. 1897.

889. — *De omissione traditionis libri Eiangeliorum in ordinatione diaconi*

« ...Amplitudinis Tuae epistolam... accepimus, super omissione traditionis libri Evangeliorum, quae inconsulto accidit novissima in ordi-

natione generali... in promovendo nonnullos subdiaconos ad diaconatus ordinem... Itaque C. in suo et consultorum sensu respondet, quod si A. T. prudenter indicet moram temporis, quae inter ordinationem horum subdiaconorum in diaconos et supplementum defectus intercessit, haud tantam fuisse, ut moralis coniunetio formae cum traditione materiae merito censeatur abrupta, ordinatos huiusmodi relinquere possit in sua bona fide quoad praeteritum, et a qualibet suspensione in posterum absolutos declarare. quatenus sui ordinis officium publice tuta conscientia (si aliud non obstet impedimentum' pr») ratione sui status libere valeant exercere. Si vero dubitet tantum fuisse temporis, et diversarum operationum intercapedinem et varietatem, ut hiatus iste inter ordinationem et supplementum defectus nulla probatorum Auctorum interpretatione coniungi possit, tunc iterum, si cum traditione prius omissa libri Evangeliorum simul protulit formam, sciat se posse acquiescere, et ita ordinatos in suorum ordinum exercitio pariter acquiescentes dimittere. Si vero solam tradidit partialem materiam libri Evangeliorum sine forma, tutius erit, si ordinatis huiusmodi cante et secreto suppleat opportuno tempore defectum. traditionem materiae simul cum prolatione suae formae repetendo. Quo in casu, si tempus proximae futurae ordinationis ad huiusmodi supplementum a canone constitutum i. e. statuto tempore ad ordines conferendos ex C. *Presbyter de Sac. non iter.')* exspectari nequeat, vel ob periculum scandali, vel ob alias non levis momenti causas et circumstantias, quas A. T. probe noverit, nec aliud obstet impedimentum, poterit ab interstitiis dispensare, et proximo quove festo, defectum praedictum prudenter et secreto supplere. Quod ad clericos spectat saeculares, de quibus, prout in casu exponitur, dubitatur, an omissio eadem acciderit, curare pro sua prudentia A. T. poterit, ut ordinati huiusmodi innotescant quod non videtur tam difficile, si catalogum, quem apud se certe habebit, subdiaconomm in ea ordinatione ad diaconatum evectorum percurrat, et eos in quos suspicio huiusmodi cadere potest caute et secreto circa huiusmodi dubium interrogari faciat). Si quos igitur invenerit, quibus eadem contigit omissio, idem praestabit quod superius dictum est de duobus religiosis, et, si eos ordinem diaconatus bona fide hactenus exercuisse reperent, a censuris, quatenus opus fuerit (si nihil aliud obstet absolvat, et ad eiusdem ordinis ministerium et officium in posterum, quatenus opus fuerit exercendum, hoc est ad pie et fideliter in suscepto diaconatus munere ministrandum tutos in conscientia declarabit».— S. R. C. 16. lun. 1837. *Taurinen.*

De omissione tactus libri Epistolarum in ordinatione subdiaconi

‹ Frater F. huius Ordinis... accessit ad episcopum Senogallien, pro suscipiendo sacro subdiaconatus ordine, in actu cius collationis tetigit quidem calicem et patenam, non autem librum Epistolarum, ex inadvertentia assistentis...—11.Esse supplendum per episcopum etiam privatim ». — S. C. C. 10. lun. 1711. *Ordinis Cappuccinorum.*

De omissione candelabri in. ordinatione acolythorum

* An instrumentum bugia de candela, serviens episcopis ad librum, possit esse materia ordinis acolythorum, loco candelabri seu ceroferarii? — R. Negative ». — S. R. C. 8. lun. 1709. *Bracharen.* ad 4.

De campanarum pulsatione pro ostiariis, et de lectorum libro

« 1. In ordinatione ostiarii, Pontificale praescribit, ut archidiaconus tradat ordinatis funes campanarum faciens eos pulsare campanas. Quaeritur, an insistatur pluralitati campanarum, an sufficiat una campana. ubi plures non habentur? 2. Aliquae Ecclesiae, ut cathedralis rnea, non habent turrim coniunctam cum ipsa ecclesia, sed pluribus passibus ab ea distantem. Quaeritur, an ostiarii neo-ordinati debeant egredi extra ecclesiam ct per apertum pergere ad turrim campanas ibi appensas pulsaturi, an vero sufficiat quassare tintinnabula altaris ad fores ecclesiae? 3. Quid agendum sit, si nulla campana adsit in casu praedictae Ordinationis? Sufficientnc tintinnabula? 4. Inordinatione lectoris, iniungit Pontificale, ut Pontifex tradat omnibus codicem, de quo sunt lecturi. Quaeritur quid per codicem infclligatur, utrum volumen Sacrae Scripturae, an missalc, an rituale? 5. In eadem lectoris ordinatione, cohortatio Pontificis (paulo ab initio) continet haec verba: *Lectorem siquidem oportet legere ea quae* (vel *ei qui) praedicat.* Quaeritur, an etiam particula *vel.* rubro colore descripta, et subiuncta duo verba *ei qui* sint pronuncianda ? — R.Adl.„m Negative ad 1.nm partem, affirmative ad 2/m Ad 2.um Negative ad 1.a,n partem, affirmative ad 2.;ra Ad 3.0ra Affirmative. Ad 4."m In casu, codicem esse missale, breviarium vel volumen Sacrae Scripturae. Ad 5.u,n Episcopum dicere posse in casu, vel *Lectorem siquidem oportet legere ea quae praedicat,* vel *lectorem siquidem oportet legere ei qui praedicat* ». — S. R. C. 27. Sept. 1873. *Erien.*

De clavibus in ordinatione ostiarii

« Scias oportet, in ordinatione clericorum ad ostiarii munus, adbibendas quidem claves, quin tamen ecclesiae claves esse debeant, ita ut qualicumque clave uti poteris ». — S. C. de P. F. 23. Mart. 1844. ad vicar, ap. Cocincinae.

« In ordinatione Pontifex tradit ostiariis claves Ecclesiae. — 1. In oratorio, seu ecclesia, quae unam tantum habeat elavem, haec una clavis estne sufficiens pro materia remota ostiariatus? 2. Ostiarii debentne singuli successive tangere claves? Sufficitne simul tangere, et non successive, et super duos, vel tres, aut quatuor simul tangentes materiam, proferre formam ordinationis? — R. Ad 1.ura Quamvis una clavis esse possit materia sufficiens pro ordinatione ostiarii, servandam tamen esse rubricam, quae praecipit claves esse tradendas, quae, sive argenteae sint, sive ferreae, sive ligneae, dummodo aptae sint ad aperiendum, constituunt materiam remotam huius ordinis. Ad 2."m Affirmative ad utramque partem, dummodo qui simul ordinantur ostiarii tangant manu dextera claves, Hum episcopus profert formulam >.— S. R. C. 11. Mart. 1820., C. 1189.

De foribus Ecclesiae claudendis et aperiendis

« Quando ostiarius, archidiacono comitante, claudit et aperit fores ecclesiae, dcbetne claudere et aperire etiam cum clavi, praesertim si in foribus oratorii, ubi confertur ordo, non adsit clavis? — R. Non est stricte necessarium >. S. R. C. 12. Nov. 1831. *Marsorum* ad 5.

* In ordinatione duorum presbyterorum loco olei catechumenorum oleum sancti chrismatis episcopo oblatum est adhibendum. Cum unctionis iteratio absque valde notabili admiratione et velati quodam scandalo fieri non possit; an unctio repetenda; an possit omitti? —]{. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam ». — S. O. 22. Ini. 1874.

De sacris ordinibus invalide collutis

« F. IV. d. 1. Aug. 1697. SS. approbavit in omnibus votum 1)1). consultorum. Votum est prout sequitur; DD. consultores fuerunt in voto, in casu de quo agitur, tutius esse quod sub conditione reiterentur collationes sacrorum ordinum: ideoque rescribendum esse archiepiscopo B. ut ordines subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ab episcopo A., non porrecta per ipsum materia dictorum ordinum, iterum sub conditione ac singillatim ad dictos ordines, servata forma in Pontificali Romano praescripta ordinentur. Etiam extra tempora, et non servatis interstitiis in tribus diebus dominicis, vel festivis de praecepto, ac etiam una eadeinque die quoad curam animarum habentes, prout urgens necessitas arbitrio Ordinantis postulaverit, tribuendo eidem archiepiscopo facultatem dandi licentiam quoad eos. qui extra sui ac dicti episcopi A. dioecesim morantur, ut a quocumque catholico episcopo, gratiam et communionem S. Sedis Apostolicae habente, iterum sub dicta conditione extra tempora, non servatis interstitiis, ac alias ut supra ordinari possint, concedendo insuper eidem Eminentissime facultatem convalidandi collationes beneficiorum, etiam curatorum sic ordinatis factas, eisdem fructus ex beneficiis perceptos remittendi, ac quaecumque officia etiam regularia convalidandi, ac gesta quaecumque confirmandi, nec non absolvendi. Quo vero ad dubium facti circa eos, qui ordinati fuerunt ante annum 1688. inclusive, quibus porrexisse per se ipsum materiam credit dictus episcopus A. et ipsi ordinati adhuc dubitant sibi fuisse ab eodem materiam porrectam, fuerunt in voto, quod sic dubitantes vel expresse negantes absque alio iuramento ad novam ordinationem sub conditione praedicta, ut supra, admittantur: si vero qui fuerunt ordinati ab anno 1688. citra, quibus ex facto praesumitur non fuisse per episcopum traditam materiam, omnes indistincte iterum sub dicta conditione ordinentur ». — S. O. 1. Aug. 1697.

«Italus quidam episcopus S. C. S. O. humiliter exponit, quod cum annis abhinc circiter quatuor, optimo cuidam suae dioecesis subdiacono, diaconatus ordinem conferre vellet, in illius ordinatione peragenda manum utique dexteram, et ad minimam quidem distantiam, super caput eius suspendit, quin tamen praedictum illius caput corporaliter attigerit. Cumque mox hic defectus haud essentialis praedicto episcopo, aliisque ecclesiasticis viris ab eodem consultis, visus fuerit, enmdem clericum non ita multo post ad sacerdotalem ordinem promovit, quem ipse clericum a tribus iam aunis laudabiliter exercet. Verum illius defectus recordatio magnam nunc eidem episcopo anxietatem, et de praedictae diaconalis ordinationis validitate dubitationem affert. Eapropter ipse duo haec dubia reverenter proponit, videlicet: 1. *An ad reparandum praedictae ordinationis defectum ordinatio tota diaconatus in illo sacerdote sub conditione iterari debeat.* Et quatenus affirmative: 2. *haec ordi-*

nationis iteratio sub conditione fieri possit a quocumque catholico episcopo, secreto, quocumque anni tempore, etiam in sacello privato, uti responsum est in quodam Ilescripto Congregationis S. Officii die 28. lanuarii anno 1888. ad reparandum quemdam defectum impositionis manuum, qui in ordinationem cuiusdam presbyteri irrepserat. — K. *Ad utrumque, affirmative, facto verbo cum Sanctissimo* *.—S. C. S. 0.20. Tan. 1875.

891. 897. 912. — *De ordinatione per saltum, sine tihdo specialis officii, amissa baptismati innocentia*

<51. Doctrina Synodi, quae perhibet, in promovendis ad Ordines hanc de more et instituto veteris disciplinae rationem servari consuevisse, ut si quis clericorum distinguebatur sanctitate vitae, et dignus aestimabatur qui ad Ordines sacros ascenderet, ille solitus erat promoveri ad diaconatum vel sacerdotium etiamsi inferiores Ordines non suscepisset: neque tum talis ordinatio dicebatur per saltum, ut postea dictum est.

52. Item quae innuit, non alium titulum Ordinationum fuisse, quam deputationem ad aliquod speciale ministerium, qualis praescripta est in Concilio Chalcedonensi; subiungens quamdiu Ecclesia sese bis principiis in delectu sacrorum ministrorum conformavit, ecclesiasticum ordinem floruisse; verum beatos illos dies transiisse, novaque principia subinde introducta, quibus corrupta fuit disciplina in delectu ministrorum sanctuarii.

53. Item, quod inter haec ipsa corruptionis principia refert, quod recessum sit a vetere instituto, quo, ut ait, Ecclesia insistens Apostoli vestigiis neminem ad sacerdotium admittendum statuerat, nisi qui conservasse! innocentiam baptismalem;

Quatenus innuit, corruptam fuisse disciplinam per decreta et instituta;

1. Sive quibus Ordinationes per saltum vetitae sunt;

2. Sive quibus pro ecclesiarum necessitate et commoditate probatae sunt Ordinationes sine titulo specialis officii, vehit speciatim a Tridentino ordinatio ad titulum patrimonii; salva obedientia, qua sic ordinati ecclesiarum necessitatibus deservire debent iis obeundis officiis, quibus pro loco ac tempore ab episcopo admoti fuerint, quemadmodum ab apostolicis temporibus in primitiva Ecclesia fieri consuevit;

3. Sive quibus iure canonico facta est criminum distinctio, quâe delinquentes reddunt irregulares; quasi per hanc distinctionem Ecclesia recesserit a spiritu Apostoli, non excludendo generaliter et indistincte ab ecclesiastico ministerio omnes quoscumque, qui baptismalem innocentiam non conservassent;

Doctrina singulis suis partibus falsa, temeraria, ordinis pro ecclesiarum necessitate et commoditate inducti perturbativa, in disciplinam per canones et speciatim per Tridentini decreta probatam iniuriosa >. — Prpp. Syn. Pistor, dd. a Pio VI.

892. 893. — *Const. Speculatores Innoc. PP. XII. 4. Nov. 1694.*

« Decernimus et declaramus nulli episcopo, seu cuiusvis loci Ordinario, tametsi cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quemdam, ac si ratione originis, seu domicilii, iuxta modum inferius declarandum, legitime contracti, non subditum, ad clericalem tonsuram promovere, cuius-

vis beneficii ecclesiastici ei statim ae tonsura huinsmodi insignitus fuerit conferendi, seu ad quod is a patronis iam praesentatus seu nomiuatus fuerit, praetextu, etiamsi beneficium praedictum de novo ea expresse adiecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediate post clericalem characterem susceptum ad illud instituatur: praeterea clericum qui iam legitime a proprio episcopo ad eamdem clericalem tonsuram, seu etiam ad minores ordines promotus fuerit, non posse ab alio episcopo, ratione ac titulo cuiuscumque beneficii in illius dioecesi obtenti, ad ulteriores ordines promoveri, nisi ante eorum susceptionem testimoniales litteras proprii episcopi tam originis quam domicilii super suis natalibus, aetate, moribus et vita sibi concedi obtinuerit, easque episcopo ordinanti in actis illius curiae conservandis exhibuerit. Licet vero clericus *ratione cuiusvis leneficii* in aliena dioecesi obtenti subiici dicatur jurisdictioni illius episcopi in cuius dioecesi beneficium huinsmodi situm est, eam tamen de cetero hac in re inconcusse servari volumus regulam, ut nemo eiusdem subiectionem ad effectum suscipiendi ordines acquirere censeatur, nisi beneficium praedictum eius sit reditus ut ad congruam vitae sustentationem, sive iuxta taxam svnodalem, sive, ea deficiente, iuxta morem regionis pro promovendis ad sacros ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudqne ab ordinando pacifice possideatur, sublata quacumque facultate supplendi quod deficeret fructibus eiusdem beneficii cum adjectione patrimonii etiam pinguis quod ipse ordinandus in eadem seu alia quavis dioecesi obtineret: ac episcopus sic ordinans tam de praedictis testimonialibus litteris quam de reditu beneficii huinsmodi in consueta collatorum ordinum attestatione mentionem facere debebit.

Ceterum subditus *ratione originis* is tantum sit ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea dioecesi, in qua ad ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, officii, legationis, mercaturae, vel cuiusvis alterius temporalis morae seu permanentiae eius patris in illo loco: quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum et naturalis patris origo erit attendenda. Quod si qnis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicut praemittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab ordinario eius loci litteras testimoniales, ut supra, obtinere, illasque episcopo ordinanti, per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas, praesentare teneatur. At si pater in alieno loco, ubi eius filius natus est, tamdiu ac eo animo permanserit, ut inibi vere domicilium de jure contraxerit. tunc non origo patris, sed domicilium per patrern legitime ut praefertur contractum pro ordinatione eiusdem filii attendi debet.

Subditus autem *ratione domicilii* ad effectum suscipiendi ordines is dumtaxat censeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel maiorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis aedibus in locnm huinsmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerable tempus commorando, satis superque sumn perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit: et nihilominus ulterius utroque casu se vere et realiter animum huinsmodi habere iureiurando affirmet. Si quis autem a propriae originis loco in ea aetate discesserit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suae originis

testimoniales litteras, ut supra, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum ordinum litteris facienda erit.

Ad haec nullus episcopus alienae dioecesis subditum *familiarem suum* ad aliquos sacros seu minores ordines vel etiam primam tonsuram promovere seu ordinare praesumat, absque eius proprii, originis scilicet seu domicilii, praelati testimonialibus litteris, ut supra, et nisi, ad praescriptum Concilii Tridentini praefati, sess. XXIII., cap. IX., *de Reform.*, familiarem praedictum per integrum ct completum triennium in suo actuali servitio secuin retinuerit, ac suis sumptibus aluerit; beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, iuxta modum superius praefinitum, sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius mensis a die factae ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in ordinationis huinsmodi testimonio expressam itidem familiaritatis ac litterarum praedictarum mentionem facere teneatur.

Porro, ut quicumque fraudibus aditus omnino praecludatur, volumus et apostolica auctoritate statuimus atque decernimus, ut episcopus quilibet suos ratione originis sive domicilii subditos clericos quoscumque ab alienis episcopis quavis auctoritate, etiam cum suis commendatitiis litteris, promotos, nedum ad formam Concilii Trid..supradieti, sess. XIV., cap. III. *de Reform.,* quoad scientiam examinare valeat, verum etiam ordinum eis collatorum testimoniales litteras, gratis tamen recognoscere, ac diligenter perquirere an quoad illos praesentis Constitutionis forma et dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis beneviso ad docendum de eiusmodi adimplemento, ita ut, quos eo termino elapso id minime praestitisse compererit, a susceptorum ordinum exercitio, si ita et quamdiu ei expedire videbitur, suspendere, iliisque, ne in altari aut in aliquo ordine ministrent, interdicere possit ».

De clericorum excardinatione et ordinatione

« A primis Ecclesiae saeculis plura Concilia decreverunt, quod recentius confirmavit Tridentinum cap. 8, sess. 23. *de Reform.,* neminem nisi a proprio episcopo posse ordinari.

Proprius autem alicuius episcopus, iuxta ea quae praefinivit in primis Bonifacius VIII. in Sexto Decret, cap. *Cum nullus, de Tempore ordin.* ‹ intelligitur in hoc casu episcopus de cuius dioecesi est is, qui ad ordines promoveri desiderat, oriundus, seu in cuius dioecesi beneficium obtinet ecclesiasticum, seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem ». Deinde cum consuetudo invaluerit, ut episcopi familiares suos, etsi alienae dioecesis, sacris initiarent, et sancta Tridentina synodus cap. 9., sess. 23. *de Reform.,* id certis sub conditionibus probaverit, obtinuit, ut tribus prioribus titulis, originis, domicilii et beneficii, quibus ius fiebat episcopis aliquem ad ordines promovendi, quartus quoque accenseretur, scilicet familiaritatis. Cum autem de huinsmodi titulis disceptaretur, Innocentius XII. app. litt. incipientibus *Speculatores* datis die 4. Nov. 1694. determinavit ac constituit quo sensu et extensione iidem essent accipiendi ad eum effectum, ut quis proprius fieret alicuius episcopi subditus, quo legitime ordinari valeret. Quae constitutio ut suprema lex deinde habita est, eaque duce omnes quaestiones diremptae.

Verum nostris temporibus novae contentioni frequens se praebuit occasio. Pluribus enim in locis usu receptum est ut clerici, qui e sua

dioecesi digredi et in alia sibi sedem constituero desiderarent, exeardinationem. quam vocant, id est plenam et perpetuam dimissionem a suo Ordinario peterent,- eaque innixi in alia dioecesi incardinationem seu adscriptionem implorarent: qua obtenta, eo ipso ut proprii novi episcopi subditi ad ulteriores ordines suscipiendos admitterentur. Quae agendi ratio, ubi cante prudenterqne adhibita fuit, absque querelis processit, sed nonnullis in locis, ubi necessaria cautio defuit, controversiis et abusibus viam saepenumero patefecit.

Quapropter Emi S. C. Concilii Patres, rebus omnibus mature perpensis, praesenti generali decreto haec statuenda censuerunt:

1." Exeardinationem fieri non licere nisi iustis de causis, nec effectum undequaque sortiri, nisi incardinatione in alia dioecesi exsecutioni demandata.

2. Incardinationem faciendam esse ab episcopo non oretenus, sed in scriptis, absolute et in perpetuum, id est nullis sive expressis sive tacitis limitationibus obnoxiam: ita ut clericus novae dioecesi prorsus mancipetur, praestito ad hoc iuramento ad instar illius quod Constitutio *Speculatores* pro domicilio acquirendo praescribit.

3.° Ad hanc incardinationem deveniri non posse, nisi prius ex legitimo documento constiterit alienum clericum a sua dioecesi fuisse in perpetuum dimissum, et obtenta insuper fuerint ab episcopo dimittente, sub secreto, si opus sit, de eius natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testimonia.

4.° Hac ratione adscriptos posse quidem ad ordines promoveri. Cum tamen nemini sint cito manus imponendae, officii sui noverint esse episcopi, in singulis casibus perpendere, an, omnibus attentis, clericus adscripts talis sit, qui tuto possit absque ulteriori experimento ordinari, an potius oporteat eum diutius probari. Et meminerint quod sicut «nullus debet ordinari qui indicio sui episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis › ut in cap. 16., sess. 23. *de Reform.* Tridentinum statuit; ita pariter nullum esse adscribendum novum clericum, nisi pro necessitate aut commoditate dioecesis.

5.° Quo vero ad clericos diversae linguae et nationis, oportere ut episcopi in iis admittendis cautius et severius procedant, ac nunquam eos recipiant, nisi requisiverint prius a respective eorum Ordinario, et obtinuerint, secretam ac favorabilem dc ipsorum vita et moribus informationem, «merata super hoc graviter episcoporum conscientia.

6.° Denique quoad laicos, aut etiam quoad clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt vel nolunt, standum esse dispositionibus Const. *Speculatores,* quae, nihil obstante praesenti decreto, ratae ac firmae semper manere debent.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo Domino Nostro per infrascriptum Cardinalem S. C. Concilii Praefectum, Sanctitas Sua resolutionem Em. Patrum benigne approbare et confirmare dignata est, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. C. Concilii die 20. Iulii 1898. ».

893. 897. — *De litteris tesiimoniaUbus*

« An episcopus 0. primam tonsuram conferre valeat Hvacinto. accedente Ordinarii originis cmisensu. sine *litteris testimonialibus* in casu?

— R. Negative». — S. C. C. 11. hin. 1881 p. 498. seqq.

891. 902. — *De litteris dimissoriis pro regularibus*

‹ Supcrim-cs regulares, ad quos spectat, concedere possunt huiusmodi professis (votorum simplicium in Ordinibus, in quibus emittuntur vota solemnia) litteras dimissorias *dumtaxat* ad primam tonsuram et ad ordines minores, servatis tamen de iure servandis, et praesertim, quae circa ordinationes regularium ab Apostolica Sede praescripta sunt».— S. 0. super statu Regular. 12. hin. 1858.

« Possuntne novitii post emissa vota simplicia ante emissionem solemnium ad sacros ordines promoveri titulo paupertatis, non obstante C. S. Pii V. 12. Nov. 1568.? — R. Negative quoad ordines sacros». — Ead. S. C. 20. lan. I860., Bizzarri Collect, pag. 859. Ed. 1885.

« Si professi votorum simplicium sive per dimissionem ab Ordine, sive per apostolicam dispensationem ab emissis votis soluti fuerint, (episcopus) se gerat cum illis prout cum ceteris suis dioecesanis sese gerere debet ». — S. C. super Statu Regular. 2. lan. 1860.

« 1. An et quomodo episcopus Tarvisinus admittere possit alumnos Instituti presbyterorum *a caritate* (simplicia vota habentium) ex fide Superioris domus declarantis eosdem alumnos adseriptos esse eidem domui, vel potius necessariae sint litterae dimissoriae et testimoniales episcopi originis, seu domicilii, iuxta formam C. Innoc. XII. quae inc. *Speculatores.* 2. An et quomodo idem dici debeat, quoad alumnos iam promotos ad tonsuram vel ad aliquem ordinem? 3. An et quomodo, haud obstante promissione obedientiae episcopo facta in s. ordinatione, liceat Superioribus Instituti transferre eosdem alumnos in aliam provinciam, quin venia a dicto episcopo petatur? 4. Au in casu egressus ab Instituto per dimissionem, aut dispensationem, iidem alumni subiiciantur jurisdictioni episcopi dioecesis, in qua sita est domus, cui adscript! sunt, vel 'potius illi episcopo, cui subiecti erant priusquam Instituto adseriberentur? — R. Ad 1.''m Negative ad 1.*m part., affirmative ad 2.nm Ad 9 am Affirmative in omnibus. Ad 3.om Superiorem Provincialem posse libere uti facultate transferendi alumnos provinciae iuxta Constitutiones a S. Sede approbatas. Ad 4.''''* Negative ad 1.nni part., affirmative ad 2.''m ». — S. C. EE. et RR. 6. Maii 1864., Bizzarri Collect, p. 706. seqq. Ed. 1885.

896. — *De baptismo respectu ordinum*

‹I Quaestio fiebat, an rebaptizandi sub conditione sint, qui promovendi sunt ad minores vel sacros ordines, quique nullum exhibent collati eis baptismatis documentum seu testimonium, tum ob librorum defectum, tum ob memoriae labilitatem, aut mortuis parentibus, patrinis, etc., vel dubium exsurgat, an valide baptizati fuerint a minus instructis catechistis aliisve christiania. Hac de re A. Tuam, quoad primam dubii partem, testimonii nimirum defectum, nosse praestat iugiter, tum a S. C., tum a Supr. Inquisitione, quoties eiusmodi quaestiones propositae fuerunt, rescriptum esse negative, sententiam communem afferendo, eos nempe, qui a parentibus Christianis nati, et ab iis Christiano more educati sint, baptizatos omnino fuisse praesumendum. Praesumptioni vero eiusmodi inhaerere licere in altero quoque casu, seu cum dubitatur de catechi-

starnm nut Christianorum. qui clericum baptizaverint, sufficienti instructione ad sacramenti administrationem. Xisi enim valida admodum sit dubitandi ratio, quae moralem in hoc aut in illo casu peculiari certitudinem pariat, pro validitate baptismi standum erit, nec fortuito suspicioni adhaerendum, qua vel fideles, in re adeo familiari in Sinis, ac multo magis eatcchistae, quorum deputation) adeo caute al> apostolicis vicariis proceditur, minus instructi censeantur. Secus enim, ac si negativa dubia admittantur, ambiguitatibus quovis in casu ac sine tine locus fieret ».— S. C. de P. F. 30. Sept. 1848. ad Vie. Ap. Üocineinae Occidentalis.

897. — *Ordinandi quibus instructi esse debeant*

‹ Ad minores ordines promovendi, bonum a parocho, et a magistro scholae, in qua educantur, testimonium habeant Hi vero, qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem episcopum adeant, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus ac desiderio eorum, qui volunt promoveri, publice in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, aetate, moribus, et vita a fide dignis diligenter inquirat; et litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum episcopum quam primum transmittat ». — Cone. Trid. S. 23. C. 5. de R.

De spiritualibus Exercitiis peragendis ab ordinandis — Cf. n. 277.

De iis qui servitio militari subiecti fuere

‹ Pro clericis ordinandis iam militiae addictis, sub poena a Const. *Apostolicae Sedis* comminata, requiri litteras testimoniales Ordinarii in cuius dioecesi per trimestre commorati fuerint: et quatenus Ordinarii litterae plenum testimonium non reddant, episcopus, obtenta ad hoc facultate ab Apostolica Sede, provideat per iuramentum suppletorium ». — S. C. C. 26. Ian. 1895.

Quoad sacros ordines conferendos clericis iis, qui militare servitium complere coacti sunt, et durante militia hac illae vagare debuerunt, « Litteras testimoniales esse necessarias, quoties promovendus moratus fuerit in aliqua dioecesi saltem per trimestre ». — S. C. C. 9. Sept. 1893.

898. — *De haereticis quoad ordines sacros*

* An alumni collegiorum pontificiorum, qui vel ab haeresi sunt conversi. vel sunt haereticorum filii, et ideo irregulares, qua irregularitate (quod appareat non sublata, ad ordines etiam sacros promoti fuerant et promoventur, num rite et canonice promoti fuerint et promoveantur; an vere indiguerint et indigeant dispensatione ab irregularitate iam dicta? — R. Alumnos praedictos indiguisse et in posterum indigere dispensatione quoad praedictam irregularitatem. Petentibus vero relaxandam suspensionem ». — S. C. S. O. 28. Nov. 1668.

De presbyteris admittendis ad exercitium ordinum, eiurato schismate

« Quoad praxim admittendi presbyteros et diaconos (e schismate ad catholicam ecclesiam redeuntes) ad exercitium suorum ordinum postquam catholicam fidem susceperint, sequentia observanda sunt. Si sacerdos absolute dicat sc ordinatum fuisse cum manuum impositione ac verborum prolatione, et nihil aliud obstet, poterit missionarins, postquam cnm illo

super irregularitate dispensaverit cumque ab excommunicatione absolverit, eum ad exercitium suorum ordinum admittere iuxta ritum approbatum et expurgatum, in quo fuit ordinatus. Si vero is sacerdos ingenue fateatur se non recordari de materia et forma suae ordinationis, vel de iiua aut altera dubitare, non potest admitti ad exercitium suorum ordinum donec sub conditione fuerit reordinatns. Tandem si absolute asserat vel manuum impositionem vel formae prolationem, sive utramque omissam fuisse, reordinaudus erit absolute antequam ad exercitium suorum ordinem admittatur ». — S. C. S. 0. 19. Apr. 1704.

900. — *Intentio neutra*

«N. N..., dubitando se era idoneo o pur no al presbiterato, da una parte voleva toglicre l'intenzione di essor prête, dall'altra voleva metterla. Finalmente disse cosi: metto quella intenzione die determined) certamente in qualche punto dell'ordinazione. Dubbioso sempre, ricevette la prima e la seconda imposizione delle mani; e solo quando si fu alia consacrazione delle mani risolse di esser prete. — R. Acquiescat ». — S. 0. 26. lan. 1898.

Intentio tempore s. ordinationis revocata scrupulorum causa

«Titius de validitate suae ordinationis sequens exponit dubium:

Inter ordinationis caeremonias revocavi intentionem ordinis sacramentum recipiendi; tamen ante verba in fine caeremoniarum: Jkrczpe *Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, etc.* intentionem ordinem suscipiendi renovavi ea sub conditione quod si prior ordinationis pars est valida, etiam hanc velim ultimam partem valide excipere.

Nunc temporis iam non certo mihi conscius sum quo momento hanc intentionis suspensionem perfecerim ; num hoc fecerim post manuum unctionem, vel post calicis et patenae porrectionem cum certitudine enunciare nequeo. Longum enim ab ordinatione distat tempus (anno 1875) et mentis perturbatio ex scrupulis orta erat magna. Credo tamen intentionis suspensionem iam post manuum coniunctionem evenire.

Ratio, ob quam intentionem suspendi est quod secundum indicium illius momenti non sufficienti modo caeremoniis participaverim. Mens mea hac de re perturbata est, et incidit mihi cogitatio, me reliquam ordinationis partem valide suscipere non posse. Sustuli intentionem, ne, uti putabam, perpetrarem sacrilegium.

Quam adesse credidi participationis insufficientiam, in quantum memoria teneo, in eo erat, quod vel ad unctionem manuum verbum *Arnen,* quod ordinandus respondere debet, tempore suo non pronuntiaverim, vel in eo quod ad calicis et patenae porrectionem calicem tangere non potuerim; vel quod uterque evenerit defectus. — R. *Cum agatur de mero scrupulo, acquiescat* ». — S. O. 30. Nov. 1898.

904. — *Interstitiorum dispensatio*

« Decretum (synodi Midensis in Hibernia) quo edicitur *neminem in posterum sive saecularem sive regularem in hac dioecesi, non servatis interstitiis, nec sine diligenti Ordinarii examine, ad sacros ordines promovendum nisi utilitas aut necessitas Ecclesiae aliud episcopo suadeat: et hoc indicium etiam quoad regulares non spectare ad superiores regulares,*

ad Ordinarium, reformandum esse quoad illos qiri contrarium habent privilegium concessum post Concilium: et in reliquia danda et servanda esse decreta tenoris sequentis.· — L Nullius *die 30. Junii 1597.* & Congregatio, etc. remissionem interstitiorum, etiam quod regulares, ex causis tantum a Concilio Trid. expressis faciendam, pertinet ad episcopum ordinantem: eum tamen hae in re debere quoad causas deferre indicio et attestationi superioris regularis ordinandi. II. *Die 30. Sept. 16(19.* S. Congr.. etc. saepius declaravit remissionem interstitiorum ex causis a Concilio expressis pertinere ad episcopum ordinantem, etiam quoad regulares ab eo ordines suscipientes, non autem ad superiores regulares; ipsum tamen episcopum de causis remissionis teneri fidem adhibere ac deferre testimonio superioris regularis ». S. C. C. 24. Aug. 1686.

906. — *De ordinationis tempore*

An episcopus, cui datur facultas ordinandi *diebus festivis,* possit conterre ordines maiores diebus Apostolorum et aliis festivis abrogatis? Et an etiam minores? — R. Affirmative ad primum et affirmative ad secundum, sed mane tantum. — S. R. C. 12. Nov. 1831. *Jfarsorum* ad 1.

* Quum diversae opiniones circumferantur in concilio Claramontensi circa haec verba pontificalis romani: Minores ordines possunt conferri in dominicis et festis duplicibus: ad certam in re legem stabiliendam S. R.C. humillimae datae sunt preces, ut suam sententiam edicere dignaretur.— E. Minores ordines conferri possunt in festis de praecepto, vel in festis duplicibus, quae erant de praecepto ante reductionem ». — S. R. C. 16. Mart. 1833. *Clarornonten.*

« Quoad ordinationes, sufficit servare ieiunia Quatuor Temporum; nam pro ordinationibus extra Tempora non adest ieiunii obligatio».— S. 0. 14. Dec. 1898.

912. — *De titulo ordinationis*

‹ 1. Cum indecorum omnino sit, atque a clericorum, qui in sacris Ordinibus constituuntur, dignitate prorsus alienum, ut ipsi aut emendicatis subsidiis, ant ex sordido quaestu ea, quae ad victum necessaria sunt, sibi comparare cogantur: nemo ignorat, ab antiquissimis inde temporibus cautum fuisse, nt quicumque in Ecclesia Dei ad sacros Ordines essent promovendi, eisdem de congrua perpetuaque sustentatione provideretur. Olim quidem nemo ordinabatur, nisi certae adseriberetur ecclesiae, cui perpetuo esset addictus, ut ex ea haberet, nnde vitam honeste posset sustentare (Cone. Chalcedonem can. VI. . Posterioribus vero temporibus titulus Ordinationis invectus, quo videlicet victui clericorum satis consuleretur. Cuius necessitas primitus pro ordinatione diaconorum et presbyterorum sancita, dein ab Innocentio III. ad subdiaconos quoque extensa fuit (Cone. Lateranens. III. can. V.): explorata autem omnibus sunt, quae Synodus Tridentina (Sess. XXI. de R. c. II.) hae super re constituit; cuius saluberrimas praescriptiones progressu temporis alicubi neglectas s. m. Innocentius XI. litteris encyclicis ad omnes episcopos per S. Congregationem Concilii die 13. Maii 1679. datis, gravissime observari mandavit.

2. Porro geminus distinguitur titulus: *ecclesiasticus* scilicet ac *patrimonialis.* Hic postremus, cui occasionem dedisse videtur Alexander III.

(in cap. IV. de Praebend. part. 2. lib. 1. cap. 9. η. 2.) Thomassinus De vet. et nov. Eccl. discipL quique circa finem saeculi XII. usuvenire coepit, obtinet, cum ordinandus talibus, bonis certis, stabilibus ac frugiferis, aliunde quam ab ecclesia provenientibus, est instructus, quae ad congruam eius sustentationem sufficere episcopi indicio censeantur. Ad praefatum accedit titulus *pensionis,* quae non modo ad congruam clerici alimoniam sufficere, sed et perpetua esse debet. Atque hi duo tituli extraordinarii censendi sunt, ac veluti ex dispensatione admittuntur, si nimirum episcopus pro ecclesiae necessitate aut commodo aliquem ita ordinandum esse indicaverit (Cone. Trid. 1. c. et Bened. XIV. Inst.

3. Ecclesiasticus vero titulus in *bénéficiaient* subdividitur ac *paupertatis,* quibus aliae quaedam veluti subsidiariae atque extraordinariae species adiiciendae sunt, tituli nempe *mensae communis,* atque *servitii ecclesiae, missionis, sufficientiae* et *collegii.* Est autem titulus beneficii ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiae propter officium aliquod spirituale, ecclesiastica auctoritate constitutum: atque hic ordinarius ac praecipuus titulus sacrae ordinationis dici debet (Fagnan. in cap. 4. de Praebend. n. 24).

4. *Paupertatis* vero titulus in religiosa professione est positus, vi cuius qui solemnia vota in probata religione emiserunt, ex reditibus bonorum, si quae ipsamet religio possideat, vel ex piis fidelium largitionibus omnia communia habent, quorum ad vitam alendam indigent. Quem vero vocant *communis mensae* titulum, eos clericos attingit, qui religiosorum more in communi vitae disciplina degentes aut nulla nuncupant vota, aut simplicia tantum proindeque e domo religiosa exire aut dimitti, atque ad saeculum redire permittuntur. Neque enim ad eos pertinet titulus pau per tatis, ut ex Const. *Romanus Pontifex* (Prid. id. Octobr. 1568.) S. Pii V. deducitur. Verum ex hisce clericis ii dumtaxat communis mensae titulo promoveri ad sacros Ordines possunt, quorum Congregationes aut instituta peculiari ad id privilegio ab Apostolica Sede aucta fuerint.

5. Titulus *servitii ecclesiae,* qui olim ordinarius erat, prout supra adnotatum fuit, et postea evasit extraordinarius, iis quandoque conceditur, qui cum beneficio ecclesiastico vel pensione careant, aut patrimonialia aliaque bona non possideant, ea lege ordinantur, ut alicui Ecclesiae sint mancipati, ex cuius servitio et eleemosynis a piis Christifidelibus elargiendis sustentari possint, et ab eadem ecclesia nullo unquam tempore amoveri, vel ipsi recedere queant, nisi aliter eis provisum fuerit: quo titulo, ut suis clericis sacros Ordines conferret, s. m. Sixtum V. Patriarchae Venetiarum induisisse coustat (Campanil. Diversos iur. canonic, rubr. 8. cap. 4. n. 14., et Gartias De Benefic. part. 2. cap. 16. η. 96).

6. Denique titulus *missionis,* de quo potissimum heic sermo est, praetermissis titulis *sufficientiae* et *collegii* (quos utpote raro occurrentes tantum commemorasse sat erit), adhiberi consuevit, cum alius legitimus titulus haud suppetit pro iis, qui maioribus initiari cupiunt, ut Apostolicarum missionum servitio sese devoveant. Id autem saepe contingit in locis missionum, in quibus ea est rerum conditio, ut commune ecclesiae ius circa ea, quae ad praerequisitum pro sacra Ordinatione titulum spectant, servari adamussim nequeat. Qui vero huiusmodi titulo ordinati sunt, ii

ex apostolico ministerio in missione, cui fuerunt addicti, ad victum necessaria consequuntur.

7. Sed exploratum est. Ordinarios clericis titulo missionis non posse SS. Ordinationum munera impertiri, nisi speciali S. Sedis induito muniti sint: agitur enim de titulo extraordinario, <µti praeter iu.s commune adhibitus fuit. Quod quidem indultum superioribus missionum aut collegiorum seu Congregationum, quae missionibus inserviunt, vel ad certum tempus, vel ad praefixum casuum numerum concedi solet. Meminerint autem Superiores eo parce utendum sibi esse: neque etiam titulo missionis omnes absque delectu sacris erunt Ordinibus initiandi, qui ad missionum curriculum ineundum dispositi videantur. Si enim iuxta S. Pauli monitum manus nemini cito imponendae, id potissimum valet, cum sermo est de iis, qui in arduum apostolici ministerii opus assumuntur. Quare hic titulus adhibendus erit in eorum dumtaxat favorem, qui animi indole et docilitate, intentionis rectitudine, aptitudine ingenii, profectu in sacris studiis, morum integritate, ac rerum mundanarum contemptu, spem faciant, sese strenuos futuros fore Evangelii praecones; super quo eorumdem superiorum conscientia districte oneratur.

8. Non secus ac alumni collegiorum pontificiorum, ii omnes, qui titulo missionis inter sacros ministros cooptari cupiunt, tenetur prius iuramentum emittere, quo spondeant missioni, cui destinati sunt vel destinabuntur, se fore perpetuam operam daturos: quod quidem ab iis, qui hoc. titulo frui volunt, S. Sedes ut Missionum, quarum sumptibus illi aluntur, servitio consuleret, exigere constanter consnevit. Huic instructioni subnectitur Forma istius iuramenti iampridem approbata usuque recepta, eamque ab omnibus usurpandam esse, ut uniformitas hac super re servetur, omnino praecipit S. Congregatio.

9. Necesse non est, nt qui ad ss. ordines hoc titulo evehendus est, actualiter in missione versetur, sed sufficit, ut paratus sit ad missiones obeundas, quando et quomodo superiores eum mittendum censuerint ac ire iubeant.

10. Eis, qui hoc titulo sunt ordinati, vi praestiti iuramenti interdicitur in religionem ingredi absque venia S. Sedis; eius namque indicio reservatum est, praevia Ordinarii, cui intererit, relatione, indicare, utrum missionum quarum servitio ii sunt addicti, necessitas id patiatur. Scilicet publicum bonum privato antecellat oportet, ea nimirum ratione, qua aliquibus Ordinibus concessum est, ne eorum religiosis ad arctiorem siue suorum superiorum licentia transire fas sit.

11. Quemadmodum alii tituli, ita etiam hic, de quo agitur, iuxta canonicas sanctiones amitti potest, atque ab Ordinariis auferri, de consensu tamen S. Congregationis, cuius est sic ordinatos praestiti iuramenti vinculo exsolvere. Quod si amisso titulo generatim, aut etiam titulo missionis, alter ei non substituatur, sacerdos haud propterea remanet suspensus; sed Ordinarii tenentur compellere ordinatos ad alterius tituli subrogationem, prout sacris canonibus consultum est. Id Sacra haec Congregatio in generalibus comitiis diei 1. Septembris 1856. declaravit.

12. Pariter sacerdotes regulares, qui vota solemnia nuncuparunt, atque ex apostoliea indulgentia in saeculo vivere permittuntur, vel qni ediderunt vota simplicia, et e suis congregationibus seu institutis egressi sunt, ne cum proprii gradus dedecore emendicare cogantur, ad sibi de

canonico titulo providendum obligentur; in locis vero missionum ipsi probare saltem tenentur, sibi suppetere media, quibus propriae sustentationi, ut par est, consulant.

13. Qui titulo certae alicuius missionis ad ecclesiasticos ordines ascenderunt, ubi missionarii officium dimiserint, procul dubio suum amittunt titulum, ac de alio sibi providere debent; si vero alterius missionis servitio deputentur, ut huius missionis titulum assumant, nova opus erit S. Sedis concessione; neque enim eis suffragatur facultas, si quam obtinuerit eius missionis Ordinarius, memorato titulo clericos ordinandi.

14. Ordinarii in missionibus utantur opera illorum etiam sacerdotum, qui aliis titulis ad sacros ordines admissi fuerunt, servatis de iure servandis; neque enim ipsi possunt eos adstringere ad titulum missionis subrogandum. Quin imo hortatur S. Congregatio Ordinarios, ut quantum fieri potest, alii quoque legitimi tituli pro sacra ordinatione introducantur.

15. Tandem Sacra Congregatio animadvertens, incremento Missionum plurimum posse conducere, si qui in collegiis sive seminariis utriusque cleri evangelii praecones mox futuri educati, sunt, vel qui titulo missionis ad ordines fuere promoti, animo identidem recolant iusiurandum, quo se obstrinxerunt, cooperandi Deo in salutem animarum ; eos hortatur, ut in annos singulos anniversaria die praestiti iuramenti illud repetere curent, serio méditantes divinam erga se bonitatem, quae eos constituit verbi ministros ad annuntianda mirabilia virtutis ac potentiae suae; quam immarcescibilis gloriae corona eis in caelis parata sit, si officium suum sancte impleverint; quamque e contra districtum maneat indicium, si negligentia vel socordia sua. quod absit, quemquam perire contigerit. Id autem quo promptius et alacrius praestent, noverint s. m. Pium VI. in audientia diei 7. Maii 1775. unicuique illorum plenariam indulgentiam, auimabus quoque in purgatorio detentis applicabilem, et perpetuis valituram temporibus impertitum fuisse, non solum cum praedictum iuramentum primo emiserint, verum etiam cum illud stato iam die renovaverint, dummodo in utroque casu conscientiam suam poenitentiae sacramento expiare non omittant, atque eucharisticam communionem suscipiant, vel missae celebrent sacrificium».— Instr.S. C.deP.F.27.Apr. 1871., A. S. S. V. 4. p. 554, seqq., V. 5. p. 113. seqq., V. 15. p. 569. seq.

Formula iuramenti al· iis praestandi, qui titulo missionis ordinantur

« Ego N. Filius N. Dioecesis vel Vicariatus N. spondeo ct iuro, quod postquam ad sacros ordines promotus fuero, nullam religionem, societatem aut congregationem regularem sine speciali Sedis Apostolicae licentia aut S. Congregationis de Propaganda Fide ingrediar, neque in earum aliqua professionem emittam.

Voveo pariter et iuro, quod in hac Dioecesi, aut Vicariatu *rei* (iuxta hunc alterum modum iurare debent qui nondum alicui missioni addicti fuerint) in missione, cui S. Sedi vel S. Congregationi de Propaganda Fide me destinare placuerit, perpetuo in divinis administrandis laborem meum ac operam sub omnimoda directione et inrisdietione K. P. D. pro tempore Ordinarii pro salute animarum impendam, quod etiam, praestabo, si cum praedictae Sedis Apostolicae licentia religionem, societatem aut congregationem regularem ingressus fuero, et in carum aliqua professione emisero.

item voveo et iuro, me praedictum iuramentum et eius obligationem intelligere, et observaturum. Sic me Deus.adinvet, et haec sancta Dei evangelia ». — C. 363.

913. — *De militari servitio quoad professionem et ordines*

La S. Congregazione sopra la disciplina regolare sempre intenta al bene delle corporazioni religiose, non puô traseurare i giovani che ne sono le piii belle speranze: qnindi. autorizzata dal S. Padre, conforma le Costituzioni Apestoliche ehe sonosi svolte ne tempi decorsi per norma dei loro stato ordinario, ed impartisce ai superiori generali pe' soggetti alla *lera militare* le seguenti prescrizioni speciali.

1? Per quelli ehe appartengono alia prima categoria, e non possono essere certi di venire riformati, la *Professione solenne* e l'ammissione agli *Ordini Sacri* debbono essere ritardate fin dopo compiuto il rispettivo servizio attivo di un anno, o di altro tempo necessario.

2? E utile favorire il volontariato di un anno, anche sussidiandoi giovani bisognosi. o in parte, o in tutto, secondo i mezzi di cui puo disporre ciascun Ordine, onde loro sia dato di supplire alla tassa richiesta dal governo, ed alie altre spese durante il servizio: ma s'intende che tale aiuto si darà solamente a giovani di buone speranze. docili ed obbedienti.

3." È spediente che prima d'intraprendere il volontariato o servizio maggiore, abbiano atteso ad un corso di esercizi spirituali almeno per dieci giorni, ed abbiano fatto una parte degli studi teologici (premesso il corso regolare degli altri >tudi , onde siano piii fondati nelle idee religiose e nella religiosa istituzione.

4? Acciocchè i giovani conservino piii facilmente la loro vocazione, e vi corrispondam» con la condotta, oltre alie salutari ammonizioni, la possibile frequenza dei sacramenti. Ia lettura di buoni libri, s'imporrà loro di far capo agli ecclesiastici designati dagli Ordinarii dei luoghi per la loro coitura spirituale; e questi non mancberanno di prestare a favore dei coscritti nel miglior modo possibile l'opera loro proficua, ed a seconda delle circostanze. A facilitare poi tale opera i superiori generali ordineranno a' provinciali di dar conto dei loro sudditi, a' lodati Ordinari indicando la dimora dei medesimi, e raccomandandone la vigilanza. Gli Ordinarii dalla loro parte indieheranno ai provinciali i sacerdoti a cui debbono rivolgersi i giovani coscritti.

In ogni cambiamento di stazione i giovani sono obbligati a dare analogbe notizie al p. provinciale, e riferirgli per quanto è possibile, l'andamento della loro vita. Se durante il servizio hanno qualche settimana di permesso debbono attendere, almeno per tre giorni, agli esercizi spirituali. — Non occorre poi dire che nelle città dove ci sono case della religione, i provinciali possano deputare qualche loro religioso per la cura spirituale dei dctti coscritti; ma rimane sempre fermo Fobbligo d'informare l'Ordinario del luogo dei giovani che vanno a compiere il servizio militare nella loro diocesi.

5.° Quelli che finito il servizio militare di un anno, o di tempo maggiore, perseverano nella santa vocazione, e risulta della buona condotta tenuta, verranno riammessi nellOrdine, dove per prima cosa faranno un corso di esercizi spirituali, e non saranno promossi alia *Professione*

sotenne, ne agli *Ordini sacri,* se non dopo un tempo sufficiente, non minore di un anno, affînchè intante diano saggio della stabilité della loro vocazione, riassumano gli studi sacri, c rimanendo per questo tempo o nel Professorio, o in qualche altro luogo di stretta osservanza sotte la direzione di un religioso grave per età e per costumi all'uopo deputato, diano prova della loro virtù·

Massima cautela dovrà usarsi per quelli, ehe invece del volontariato, abbiano fatto il servizio ordinario di tempo maggiore.

Saranno per tutti necessarie le lettere testimoniali degli Ordinarii diocesani, nel cui territorio abbiano dimorato almeno *Ire mesi.* E rimangono sempre ferme le prescrizioni dei Sacri Canoni, in ordine a quelli che presentano difetti inducenti irregolarità, per i quali deve implorarsi nei singoli casi la dispensa Pontificia.

G.0 Le misure di precauzione indicate al N. 4. si osserveranno anche riguardo a quelli che dopo la professione e gli ordini sacri venissero richiamati al servizio militare per un tempo notabile.

7.° Dandosi finalmente casi eccezionali e non previsti, i superiori generali degli ordini dovranno ricorrere a questa Sacra Congregazione per le analoge istruzioni e deroghe.

Roma 27 Novembre 1892 ». — Cf. n. 174.

914. — *De novitiorum et professorum votorum simplicium ordinatione.* — Cf. n. 279.

916. — *De iribus missis celebrandis a neo-sacerdotibus*

‹ Iuxta Pontificalem Romanum, episcopus, post ordinationem presbyterorum, iniungit eis obligationem celebrandi post primam eorum missam, unam de Spiritu Sancto, alteram de B. M. V. et tertiam pro defunctis; ad hoc ut obligatio isthaec facilius adimpleatur, possuntne dictae missae in diebus duplicibus minoribus celebrari?— R. Negative, sed in diebus a Rubrica permissis ». — S. R. C. 11. Apr. 1840. *Barcinon.* ad 4um.

DE MATRIMONIO

919. — *Concilium Tridentinum de Matrimonio,* S. 24.

« *Doctrina de sacramento matrimonii.* — Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, et coniungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tanquam a Deo prolata, referens dixit: Itaque iam non sunt duo, sed una caro, statimque eiusdem nexus firmitatem, ab Adamo tantum ante pronuntiatam, his verbis confirmavit: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Gratiam vero, quae naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, coniugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium sacramentorum institutor atque perfector, sua nobis Passione promeruit. Quod Paulus Apostolus innuit, dicens: Viri diligite uxores

('an. II. Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab ethnicorum superstitione profectam; aut benedictiones, et alias caeremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit; A. S.

Can. 12. Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad indices ecclesiasticos ; A. S. ».

919. — *De sponsalibus infantium et impuberum, ac mixtis*

‹ Sponsalia ab infantibus, vel a maiori cum infante contracta, ipso iure nulla sunt,et impedimentum publicae honestatis gignere non valent... Si constiterit in aetate adhuc infantili sponsalia inita fuisse, investigandum erit, utrum post septennium fuerint renovata, aut saltem ratificata. Si vero, ut aliquando contingit, sponsalia fuerint a parentibus contracta... si in aetate adhuc infantili fuissent (filii), certum est contractum irritum fuisse; si vero vel puberes, contractus tunc solummodo validus esset, si lilii expresse, vel saltem tacite consenserint, aut postea sponsalia eorum nomine a parentibus inita ratificarint ». — Instr. S. 0. 20. Jun. 1883. n. 33. 34., Instr. S. C. de P. F. 1883. n. 35., A. S. S. V. 18. p. 355. seqq.

«Sponsalia sive inter infantes contracta, sive a maiori cum infante, pro infectis haberi, adeo ut nec publicae honestatis impedimentum producant, iure praesertim canonico constitutum habemus. Ea ipsa, quae inter impuberes celebrantur sponsalia, quamvis iure canonico cautum sit valere, atque obligationem inducere, eodem tamen iure statutum est, propter imbecillitatem indicii, ut post pubertatem resilire liceat; neque is, qui ad pubertatem primus advenerit, teneatur alium exspectare, sed statim resilire valeat, imo et debeat, si sponsalia probare nolit, alioquin postea non audiatur ». — S. C. S. 0. Febr. 1779.

«Sponsalia inter unam partem catholicam, et alteram schismaticam seu haereticam illicita sunt, atque adeo invalida, nisi praevia legitima dispensatione celebrentur ». — Instr. S. 0. 12. Dec. 1888. M. E. V. 6. P. 2. p. 100. seqq.

De sponsalium validitate

An possit episcopus legem edere, quae normam praescribat ineundi sponsalia, quoad eorum validitatem, a iure communi alienam? — R. Negative. Constat ex resp. S. C. C. 8. jul. 1865., 23. Mart. 1878. Cf. A. S. S. V. 1. p. 529., V. 7. p. 665., V. 11. p. 230. — Multo minus potest episcopus irritare matrimonia contrahenda sine praemissis denuntiationibus, auferendo ad hunc effectum jurisdictionem a parocho. S. C. C. apud Lugonem Besp. Mor. L. 1. D. 45.

« 1. An sponsalia, quae contrahuntur in Hispania sine publica scriptura, sint valida? Et quatenus negative, 2. An publicam scripturam supplere queat instrumentum in Curia conflatum pro dispensatione super aliqua impedimenta? — R. Ad 1.'*w et 2."m Negative ». S. C. C.31. .Jan. 1880.. 11. Apr. 1891. Cf. Paul. Villada Cas. Conse, his praesertim tempor. accomm. P.2. Bruxellis 1885. p. 74. seqq., A. S. S. V. 13. p. 191., M. E. V. 7. P. 1. p. 97.

923. — *Matrimonium civile impedimentum publicae honestatis non producit*

« SSihus D. N. Leo Papa XIII. per praesens decretum declarat, ac statuit, praememoratnm actum, qui vulgo dicitur matrimonium civile, in

locis ubi promulgatum est decretum Concilii Tridentini sess. 24. cap. 31. de RM. sive fideles actum ipsum explentes intendant, uti par est. (matrimonio ecclesiastico iam rite celebrato, vel cum animo illud quantocias celebrandi; meram caeremoniam civilem peragere, sive intendant sponsalia de futuro inire, sive tandem ex ignorantia, aut in spretum ecclesiasticarum legum intendant matrimonium de praesenti contrahere, impedimentum iustitiae publicae honestatis non producere». — S. C. C. 13. Mart. 1879.

926. — *De copula post sponsalia habita, in locis ubi Cone. Trid. promulgatum non est*

<...Ad propositi dubii solutionem, ex puris item fontibus Pontificii juris in omnes catholicos pervulgatis observandam indixit (S. C.) a Gregorio IX. P. M. acceptam praescriptionem C. ***Is qui*** 30. *cie Sponsalib. ei matrim.* Interrogatus enim Pontifex, quid facto opus esset de homine, qui post invita cum muliere sponsalia, habitumque concubitum, aliam deinde in facie Ecclesiae duxerat et cognoverat, huiusmodi responsum dedit: ***Is qui fidem dedit alicui mulieri, quod eam in uxorem ducere velit, et si postea illam carnaliter cognoscat, aliamque in facie Ecclesiae ducat, ad primam redire tenetur; quia licet primum matrimonium praesumptum videatur, tamen contra talem praesumptionem probatio in contrarium non est admittenda.*** Unde sequitur quod matrimonium postea de facto contractum non verum sit matrimonium, sed nullum... ob oculos vestros proponite quae in elucidando C. ***Is qui*** affert P. Pirhinghius, sacrorum Canonum explicator probatissimus. Namque ille, in lib. 4. *Decretal,* tit. 1. sect. 1. § 5. post memoratam Gregorii IX. regulam seu praescriptionem, haec addit: *Ratio est, quia Ecclesia ex carnali copula praesumit in sponsis coniugalem consensum ad excludendum peccatum, quod scilicet sponsus et sponsa non fornicario, sed affectu maritali se invicem cognoscere voluerint, quia delictum non est praesumendum, et haec est praesumptio* iuris et de iure, *id est omnino certa et indubitata, contra quam non admittitur probatio; et consequenter non audiretur sponsus asserens se non cognovisse sponsam affectu maritali vel animo contrahendi matrimonium cum illa* (Covarr. in Epitome lib. 4. Decret, p. 1. cap. 4. § 1. num. 1. et 2.). *Confirmatur, quia copula carnalis secuta post sponsalia de futuro est sufficiens signum consensus de praesenti in matrimonium, et sponsi per eam censentur sibi invicem tradere; quae praesumptio habet locum in foro contentioso et iudiciali tantum, non autem in foro conscientiae et poenitentiali. Unde si sponsus vere cognovisset sponsam non affectu maritali, sed fornicario, non esset verum matrimonium in foro poenitentiali et coram Deo, quia Papa non potest facere ut sine consensu expresso vel tacito sit verum matrimonium.* (Hostien. hic, coi. 2. in fine, Fagnan. hic, num. 6. et 7.). Hactenus P. Pirhinghius, qui hanc doctrinam exhibens, affirmat eamdem esse apud omnes Canonum tractatores pervulgatam. Hic igitur state, hic haerete. Nempe, in iis etiam regionibus in quibus Tridentinum de matrimonio Decretum promulgatum nou est, si sponsus ac sponsa non maritali affectu sed fornicario invicem coiverint, non ideo eorum sponsalia in verum matrimonium transire coram Deo: ac propterea coram Deo, sive in conscientiae foro, iisdem ereptam non esse facultatem ad alia transeundi vota, si se legitima occasio prae-

ccdcntiuin sponsalium dissolvendomm obtulerit». — Instruct. 8. C. de P. F. 17. Jan. 1821. Ad episcopos Vic. Ap. in fmper. Sinar, eiqne adiacentibus regnis atque prov. Pius VII, approbavit et omnino servari iussit. — Cf. n. 958.

928. — *De matrimonio minorum, invitis parentibus*

« Quaeritur sitnc validum matrimonium a duobus catholicis natu minoribus secundum formas ab Ecclesia praescriptas contractum, sed tamen invitis parentibus.

R. Affirmative: ncc enim dissensus parentum aut aetas minor inter impedimenta matrimonium dirimentia ullo possunt modo nostris hisce temporibus recenseri. Leges caesareas et iussa principum huic adversa sententiae non moramur; illa namque aut de civilibus tantum effectibus sunt intelligenda, sicut de edicto Henrici III. regis christianissimi a Ludovico XIII. confirmato sentiunt praestantes viri Loretus in parisiensi senatu Consiliarius. Hubertus Episcopus Vabriensis, Cabassutius, Gerbasius, Natalis Alexander aliique; aut quum id statuant quod limites praetergreditur saecularis potestatis, sunt omnino reiicienda. Circa ea quae ad rationem pertinent sacramentorum non principibus saecularibus, sed soli Ecclesiae plena est definiendi potestas. Ea vero non solum in cap. *Licet,* et in cap. *Tua,* de Sponsa duorum, eiusmodi matrimonia rata habuit et declaravit, verum et Tridenti in Spiritu Sancto legitime congregata eos auatbemate percussit, qui falso affirmant matrimonia a filiisfamilias sine consensu parentum contracta irrita esse, et parentes ea rata vel irrita facere posse. Nullus igitur dubio reliquus locus est super validitate praedicti matrimonii ». — S. C. S. 0.17. Nov. 1835. Ep. Quebecen.

949. — *De bannis*

‹ Onus pariter proprio parocho iniunetum est ut, antequam denuntiationes de ineundo matrimonio publice in ecclesia inter missarum solemnia fiant, ipse tum sponsum tum sponsam seorsim caute et. ut dicitur, ad aurem explorare studeat an ex voluntate, sponte ac libenter, et vero cum animi consensu in matrimonium vicissim coniungantur ». — Litt. Apost. Bened. XIV. 28. Maii 1743.

De matrimoniis secretis

«...Parem quoque, imo fortasse maiorem vigilantiam necesse esta vobis adhiberi, ne post remissas denunciationes, celebretur matrimonium coram parocho, vel alio sacerdote ab ipso parocho, vel a vobis deputato, praesentibus duobus, vel tribus testibus confidentibus, ne ulla celebrationis notitia, vel rumor oriantur. Id enim, ut ad praescriptum sacrorum canonum licite fieri possit, non satis est obvia quaevis, et vulgaris causa, sed gravis, urgens, et urgentissima requiritur... Celebrato autem matrimonio, indilate a parocho, vel alio sacerdote, coram quo initum est, exhibeatur episcopo illius scriptum documentum, cum nota loci et temporis, testiumque, qui celebrationi interfuerunt. Vestrum erit postea diligenter incumbere, quod ad perennem gestae rei memoriam praefatum documentum fideliter transferatur in libro prorsus distincto ab altero, in quo matrimonia publice contracta adnotantur. Huiusmodi liber pro matrimoniis secretis apposite compactus, clausus, et sigillis obsignatus, in

vestra episcopali cancellaria caute erit custodiendus. Et eo tantum casu resignari et aperiri, vestra accedente licentia, patiemini, quo alia id genus matrimonia describi oporteat, vel id sibi vindicet iustitiae administrandae necessitas, vel demum aliquod documentum ab eo exposcant verum intéressé habentes ». etc. Bened. XIV. C. *Satis robis* 17. Nov. 1741.

951. — *De probatione status liberi*

Normae hac in re servandae extant in C. *Cum alias* Clem. X. 21. Aug. 1670. Cf. Instr. S. O. 21. Aug. 1670.. 29 Aug. 1890., M. E. V. 2. P. 3. p. 163. seqq., V. 7. P. 1. p. 243. seqq., V. 8. P. 1. p. 219. seqq., C. 1363. 1367. 1373.-1376., Ferraris Supplementum v. *Processus in causis matrimonialibus.*

De exterorum matrimoniis

‹ Ordines ultimo loco emanati circa matrimonia cum *exteris* contrahenda. inter alia disponunt quod Ordinarii praecipiant omnibus et singulis parochis in eorum dioecesibus exsistentibus, ut pro matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario a quo, vel eius vicario generali, prius teneantur fidem authenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerint examinati testes in eorum tribunali, qui probent statum liberum contrahere volentium. Hinc quaeritur:

1. An illi ex dioecesibus eircumvicinis et ipsi teneantur tales probationes facere, an vero sufficiat fides denunciationum in eorum dioecesibus factarum cum legalitate Ordinarii et probatio eorum status post discessum ab ipsa dioecesi? — R. Huiusmodi habentur pro exteris et consequenter tenentur probationes facere.

2. Item an contrahere volentes, in confinibus eorum dioecesibus habitantes et ob vicinitatem ab eorum rectoribus cogniti, teneantur easdem facere probationes; an vero sufficiant probationes ab ipsis rectoribus faciendae? — R. Etiam ipsi tenentur facere probationes.

3. An easdem teneantur facere probationes ii qui ante aetatem nubilem a propria dioecesi discedentes ad aliam se contulerint, et in ea postmodern semper habitaverunt? — R. Non tenentur qui non fuerunt extra dioecesim tempore habili ad contrahendum.

4. An in civitate in qua milites hispani, teutonici, alemanni et aliarum longinquarum nationum residere solent, idem cum ipsis sit servandum; vel sufficiat probationes in ipsa civitate recipere de eorum statu a testibus ipsarum regionum de negotio edoctis? — R. Tenentur facere probationes iuxta formam instructionis, quia isti facilius committunt polygamiam.

5. An facta per parochum monitione Ordinario contrahere volentis, fides status eiusmodi sit ab eodem parocho vel a contrahere volente reportanda? — R. Tenetur fidem reportare et parocho consignare is qui vult matrimonium contrahere, sed est in libertate parochi huiusmodi onus in se suscipere.

6. An caedem probationes sint servandae in casu necessitatis, et ab existentibus in periculo mortis sic contrahere volentibus? — R. Non sunt servandae in articulo mortis, intra quem scilicet probabiliter non adsit tempus sufficiens faciendi diligentias: cum hoc etiam, quod si infirmus

forte convaluerit, debeant fieri diligentiae iuxta instructionem antequam simul conveniant.

7. An requiratur attestatio proprii Ordinarii pro exteris qui per decem annos et nitra domicilium acquisierunt in loco ubi sunt matrimonium contracturi, si eorum status liber probetur per testes fide dignos tam originis quam domicilii? — R. Requiritur.

8. An requiratur dicta attestatio pro exteris, qui unicam vel plures duxerunt, et o contra mortuae fuerint in loco ubi matrimonium contrahere desiderant, ac amplius post mortem a dicto loco ipsi non discesserunt?— B. Requiritur pariter ». — S. 0.1819. M. E. V. 4. P. 1. p. 199.

Instr, S. C. S. ()/]'. 29. Augusti 1890. ad episcopos orientales

«Ut sua christifidelium nuptiis stet unitas, utque in iis contrahendis nullitas vitetur, Suprema Emorum P. P... Generalium Inquisitorum Congregatio, auctorante SSiho I). N. Leone XIII. sequentem instructionem exarandam, et cum episcopis orientalibus communicandam mandavit, quae inter difficultates, quibus undique premuntur, magno illis usui et adiumento foret ad probandam status libertatem eorum, qui matrimonio iungi desiderant.

1. Status libertas triplici via detegi et iuridice probari potest: 1. publicationibus in Ecclesia faciendis; 2. documentis; 3. examine testium.

2. Publicationes faciendae sunt in loco domicilii, vel quasi domicilii. Expedit etiam, ut fiant in loco originis, si contrahentes ibidem morati fuerint post adeptam aetatem ad matrimonium contrahendum idoneam; atque insuper in locis ubi saltem per decem menses commorati tnerint, nisi iam a pluribus annis domicilium fixerint in loco, ubi matrimonium contrahendum est.

3. Testium examini, si in civitate episcopali fiat, praesit vicarius generalis; si in aliis locis dioecesis, parochus. Interrogationes vero et responsiones scripto diligenter mandentur, praemisso singulorum testium inramcnto de veritate dicenda.

4. Ad testimonium ferendum in hac materia etiam foeminae possunt admitti, et recipiuntur magis consanguinei, nempe parentes, fratres, sorores etc., quam externi, quia praesumuntur melius informati; et cives magis quam exteri.

5. f ides, aliaque documenta quae a partibus, vel de partibus producuntur munita sint sigillo non parochi tantum, sed potissimum Ordinarii illius dioecesis, unde manarunt. Semper autem attente providendum erit, ut fides, seu testimonia bene et concludenter identificent personas de quibus agitur.

6. Si post probatam status libertatem, duo aut tres menses transierint quin matrimonium fuerit celebratum, regulariter novus processus pro hoc temporis spatio fieri deberet; ast pro casuum varietate res relinquitur prudenti arbitrio Ordinariorum.

7. Si quis ex contrahentibus fuerit in articulo mortis, intra quem probabiliter tempus non suppetat instituendi diligentias necessarias, processus praescriptus poterit omitti, ita tamen ut si infirmus convaluerit, debeant fieri diligentiae, seu processus antequam simul conveniant.

8. Si contrahentes sint vagi non concedatur licentia contrahendi, nisi doceant per documenta Ordinariorum suorum se esse liberos: quod si fides

singulorum Ordinariorum, in quorum dioecesibus per aliquod temporis spatium, annum non excedens, commorati sunt, haberi non possit, Ordinarius loci, in quo matrimonium est contrahendum, eos ad iuramentum suppletorium admittere poterit, pro illis tantum locis, ex quibus fidos authentica haberi non poterit. Insistendum tamen erit semper, ut contrahentes inducant testes tide dignos in respeetivis locis examinandos. Si tamen id difficulter admodum fieri possit, admitti poterunt in curia loci ubi contrahitur matrimonium, testes tide digni, qui status libertatem tempore vagationis concludenter probent,- et si Ordinario opportunum videatur, admitti etiam poterit sponsus ad iuramentum suppletorium. constito tamen sibi ipsum esse fide dignum.

9. Quod si dubium circa status libertatem contrahentium oriatur vel ex matrimonio, catholico modo a catholicis celebrato; vel ex connubio ab haereticis aut schismaticis iuxta diversarum sectarum statuta contracto, et postea per sententiam talium tribunalium dissoluto; aut ex contracto inter infideles, qui postea rescissus, aut nullus declaratus fuerit, standum instructioni huius Supremae Congregationis Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis datae die 20. Septembris 1883. art. 4.

10. Testis examinandus moneatur de gravitate iuramenti in hoc negotio ferendi, ac deinde interrogetur de nomine, cognomine, patre, patria, aetate, conditione, et habitatione; tum an sit civis vel exterus; et quatenus exterus, a quo tempore sit in loco, in quo deponit. An ad examen accesserit, sponte vel requisitus. Si dicat se accessisse sponte, a nemine requisitum, dimittatur, quia praesumitur mendax ; si requisitum, interrogetur a quo, vel a quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, et quoties fuerit requisitus, et an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes. An sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum a contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine. An cognoscat contrahere volentes, ipsorum indolem, mores, conditionem, et a quo tempore, in quo loco, qua occasione. Si responderit negative, testis dimittatur, si vero affirmative, interrogetur an iidem sint cives, vel exteri. Si responderit esse exteros, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per litteras Ordinarii ipsorum doceatur de eorum libero statu, pro eo tempore quo in eius dioecesi morati sunt.

11. Ad probandum vero eornmdem statum liberum pro tempore reliquo, scilicet usque ad tempus, quo volunt contrahere, admitti poterunt testes idonei, qui si concludenter probent rationem reddendo propriae scientiae, neeesse non erit deferre attestationes Ordinariorum locorum, in quibus contracturi moram duxerint. Si vero responderint eos esse cives, interrogentur sub qua parochia hactenus habitaverint vel habitent, an sciant alterutrum vel utrumqne quandoque matrimonio copulatum fuisse, aut professum in aliqua Religione approbata, vel suscepisse aliquem ex ordinibus cui adnexa sit lex coelibatus, vel alio impedimento matrimonium dirimente esse obstrictum. Si ad haec negative responderint, interrogentur de causa scientiae, et an sit saltem possibile ut alteruter habuerit uxorem, vel maritum, aut aliud impedimentum, quod ab ipsis testibus ignoretur. Si responderint affirmative, supersedeatur, nisi ex aliis testibus contrarium concludenter probetur. Si vero responderint negative, interrogentur de causa scientiae, ex qua deinde colligi poterit, an huiusmodi testibus fides sit adbibenda. Si responderint, nupturientes habuisse uxorem

vel maritum, sed esse mortuo», interrogentur dc loco et tempore quo sunt mortui, ct quomodo ct unde sciant eos fuisse coniuncto» ct respectivam eorum uxorem vel maritum esse mortuos. Si respondeant mortuos esse iu aliquo hospitali, vel se vidisse cos sepeliri in aliqua certa ecclesia, aut coemeterio, non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto testimonio authentico a rectore hospitalis, in quo praedicti decesserunt, vel a rectore ecclesiae aut coemeterii, in quo humata fuerunt eorum cadavera. Si tamen huiusmodi testimonia haberi non possunt, non excluduntur aliae probationes quae de iure communi possunt admitti, dummodo sint legitimae et sufficientes. Interrogentur insuper, an post mortem alterutrius coniugis ad secunda vota transierint; et quatenus negative, an fieri potuerit, ut aliquis ex illis transierit ad secunda vota, quae ab ipsis testibus ignorentur; et quatenus affirmative, supersedeatur a licentia, donec producantur testes, per quos negativa coarctetur concludenter. Si vero negative, interrogentur de causa scientiae, qua perpensa index poterit indicare an sit concedenda licentia, necne».

Iuramentum suppletorium

« T. Se il vescovo sia obbligato di accertare la liberta degli sposi.che contraggono matrimonio nella sua diocesi prima delle pubblicazioni coi processo dei testimoni, ancorche .essi abbiano sempre avuto domicilio nella diocesi stessa? — *JResp.* Generation loquendo, affirmative.

II. Qual maggiore ampiezza di significato si possa dare alia denominazione di vaghi, e se sia lecito al vescovo ammettere al giuramento, in hiogo delle testimoniali delle curie e dei processo sui testimoni pei matrimonii da celebrarsi nella propria diocesi, quelle persone che non essendo veramente vaghi furono contuttocio in parecchi luoghi diversi, e dichiarano di non poter somministrare testimoni alie curie per le fedi di stato libero; ed in generale se si possano trattare come i vaghi in quanto non se ne possono ottenere le richieste testimoniali di liberta, ammcttendoli al giuramento in riguardo a quei luoghi dai quali non si possono le testimoniali ottenere? — *JResp.* Affirmative, durante induito admittendi ad iuramentum suppletorium, et servatis omnibus clausulis in eodem induito contentis, et dummodo mora in unoquoque vagationis loco non excesserit annum.

III. Se la testimoniale dello stato libero deve sempre esser fatta, oltrechè sull'esaine de'testimoni, anche suile pubblicazioni? — *JResp.* Regulariter loquendo, affirmative, quando mora contrahentium non fuit continua per plures annos in loco in quo contrahitur matrimonium.

IV. Se la parte dell'istruzione, *Si contrahentes sint vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fidem Ordinariorum suorum esse liberos etc.* rimanga senza vigore per la facoltà che la S. Sede concede per ammettere al giuramento suppletorio i vaghi ed i militi, e se per gli uni e per gli altri tuttavia oltre il giuramento suppletorio si esigano le pubblicazioni nci luoghi, in cui vagarono od esercitarono la milizia? — *Hesp.* Indultum admittendi ad iuramentum suppletorium locum dumtaxat habere (piando libertas status aliter legitime probari non potest.

V. Se, quando mancano i testimoni, o essendo quelli difettosi nella conosceiiza delle persone, cosicchè non valgano a rispondere alie inter-

rogazioni prescritte dal sopraccitato decreto, ed in particolare a quelle che sono espresse sotto i nn. 9 e 13. come accade ordinariamentc, possa il vescovo permettere il matrimonio contentandosi delle pubblieazioui in quei Inoghi, nei quali si possono far eseguire, ed in maucanza anche di queste o totali o parziali. se possa ammettersi al ginramento ed assumer questo come prova totale di liberta, o come parziale per riguardo ai paesi, in eni non si possono fare le pubblieazioui, nè il processo dei testimoni? —*liesp.* Urgendum observantiam instructionis s. in. Clementis X. sub feria V. 21. Augusti 1670. eum adnexis declarationibus datis fer. IV. 24. Febr. 1847. et instandum ut parochi diligenter inquirant a contrahentibus testes fide dignos in respeetivis locis examinandos. Si tamen id difficulter admodum fieri possit, admitti poterunt in curia loci ubi contrahitur matrimonium testes fide digni, qui status libertatem tempore vagationis concludenter probent: et si Ordinario opportunum videatur admitti etiam potest sponsus ad inramentum suppletorium, constito tamen ipsum esse fide dignum. In casibus vero particularibus et difficilioribus r. p. D. episcopus recurrat ad S. Congregationem. Quod si matrimonium adeo urgeat, ut tempus recurrendi non adsit, episcopus curet concludentes probationes super status libertate prout expediens indicaverit aliter colligere. — Romae, die 11. Januarii 1865. » — S. C. S. O.

952. — *De tempore bannorum*

« An Ordinarius possit ex causa dispensare, ut dum cantantur vesperae, possint fieri denuntiationes, diebus tamen festivis? — R. Ita dispensare posse ex causa ». — S. C. C. 25. Oct. 1586.

«An in diebus festis abrogatis fieri possint matrimoniorum denuntiationes in casu? — R. Negative, nisi de licentia episcopi cum conditionibus ad formam *Brunen.* 5. Iui. 1780., facto verbo cum SSmo ». *In Tudertina Denunt. matrim.* 19. Apr. 1823. — Porro forma *Brunen.* praeter gravem causam requirit, quod « in illis diebus, qui festi non sunt, frequens adhuc perseveret populi ad Ecclesiam concursus ».

« Au et quo tempore fieri debeant denuntiationes et explicatio Evangelii in casu? — R. Affirmative, et quoad explicationem Evangelii in missa parochiali, et quoad denuntiationes in eadem missa, sive alia hora magis a populo frequentata ». — S. C. C. 20. Sept. 1828.

955. — *De dispensat, impedim. in casu impossibilit. recurrendi ad A. S.*

« Parochus quidam ab Ordinariatu suo petierat facultatem dispensandi cum sponso super duplici occulto impedimento affinitatis, in primo gradu ex copulis illicitis, quas idem tum cum matre tum cum sorore sponsae suae habuerat, quum omnia iam parata essent ad nuptias, haeque sine periculo magni scandali differri non possent, ut dispensatio a Sede Apostolica obtineretur. Ordinariatus dispensationem petitam concessit, vi facultatum quinquennialium. Quaer. utrum valida sit dispensatio, an non? — R. Affirmative, hoc est facultatem dispensandi pro foro conscientiae tantum in matrimoniis contrahendis super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, quando omnia parata sunt ad nuptias, et deest tempus recurrendi ad Apostolieam Sedem valide et licite exerceri, etiamsi praedictum impedimentum multiplex sit ». — S. Poenit. 30. Iui. 1873.

837.-- Liceitas matrimonii, et ultoriorum nuptiarum

«...Septimo loco sequitur, quod nuptias damnant, et procreationem nascentium perhorrescunt...» Leonis Papae Epistola 15. dogmatica ad Turribium Asturiccnsem episcopum de erroribus Priscillianistarnm, in qua 16. capitula Turribii approbat.

«Si quis dixerit, vel crediderit, coniugia hominum, quae secundum legem divinam licet habere, exsecrabilia esse, anathema sit».— Coneil. plenar. Hispan. et Lusitan. Anath. 16.

« Eos autem, qui religiositatis speciem simulantes, Domini Corporis et Sanguinis sacramentum, baptisma puerorum, sacerdotium, et caeteros ecclesiasticos ordines et legitimarum damnant foedera nuptiarum, tanquam haereticos ab ecclesia Dei pellimus et damnamus et per potestates exteras coerceri praecipimus. Defensores quoque ipsorum eiusdem damnationis vinculo innodamus ». — Gone. Lateran. II. a. 1139. can. 23.

Iste canon est contra Petrum de Bruis et Arnaldum de Brixia, et ad verbum desumptus est ex Cone. Tolosano a. 1119. coram Calixto III. habito.

Lucius III., C. *Ad abolendam* 9. *de Haereticis,* hisce accenset aliter de matrimonio et de aliis sacramentis sentientes ac docet S. R. Ecclesia.

« Coniugia carnalia esse contrahenda, secundum Apostolum, non negamus, ordinarie vero contracta disiungere omnino prohibemus. Hominem quoque cum suo coniuge salvari credimus et fatemur, nec etiam secunda et ulteriora matrimonia condemnamus ». — Profess, fid. Waldens, praescr. ab Innoc. III.

« De matrimonio tenet (Romana Ecclesia), quod nec unus vir plures uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo matrimonio per mortem coniugum alterius, secundas et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat». — Conf. fid. Midi. Palaeol.

958. — *Matrimonium iure praesumptum aboletur*

« Consensus mutuus, unde matrimonia insta nascuntur, non verbis dumtaxat sed aliis quoque signis exterioribus patefieri ac declarari potest. Quamobrem Alexander III. (cap. *Veniens, de Sponsali),* Innocentius III. (cap. *Tua. nos,* eodem tit.). et Gregorius IX. (cap. *Is qui fidem,* eodem tit.), Decessores Nostri, merito decreverunt ut carnalis copula, si sponsalia de futuro certa ac valida praecessissent, cum in indicio tum extra indicium, pro vero coniugio haberetur, nisi impedimentum canonicum obstitisset. Et in hac iuris praesumptione tantum roboris in se esse voluerunt, ut firmum ipsa statueret sanciretque ius, nec probationem contrariam ullam admitteret. Deinde vero matrimonia clandestina, id est, non praesente parocho et duobus tribusve testibus inita, quum Concilium Tridentinum (sess. XXIV. cap. 1. *de Reform, matrimi)* irrita infectaque esse iussisset, ius illud priscum, ut erat neccsse, valere desiit ubicumque promulgata vel moribus usuque recepta Tridentina lex. Quibus autem illa locis non viget, in iis semper Apostolicae Sedis indicium fuit, canones quos indicavimus, ratos atque firmos permansisse. Sed aetatum decursu, ex conscientia et cognitione Christianorum sensim effluxere. Plures enim episcopi ex iis regionibus, in quibus matrimonia clandestina contra fas quidem inita, sed tamen valida indicantur, haud ita pridem rogati quid populus

ca de re sentire videretur, plane retulerunt, canonicam de coningiis praesumptis disciplinam passim exolevisse desuetudine atque oblivione deletam: propterea vix aut ne vix quidem contingere, ut copula inter sponsos affectu maritali nec fornicario habeatur: eamque non matrimonii legitimi usum sed fornicationis peccatum communi hominum opinione existimari: imo vix persuaderi populo posse, sponsalia de futuro per coniunetionem carnalem in matrimonium transire.

«His igitur rebus et causis, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in rebus fidei Inquisitorum generalium, supra memoratos canones et* alias quascumque iuris canonici ea de re dispositiones, etiam speciali mentione dignas, per hoc Decretum Nostrum abrogamus et abolemus, et pro abolitis et abrogatis, ac si nunquam prodiissent. haberi volumus.

« Simul per has litteras Nostras decernimus ac mandamus, ut deinceps illis in locis, in quibus eoniugia clandestina pro validis habentur, a quibusvis indicibus ecclesiasticis, in quorum foro causas eiusmodi matrimoniales agitari et indicari contigerit, copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex iuris praesumptione coniugalis contractus censeatur, nec pro legitimo matrimonio agnoscatur sen declaretur. Huius tamen auctoritate Decreti induci nolumus necessitatem formae Tridentinae servandae ad matrimonii validitatem ubi illa forma modo non viget.

« Datum Romae apud S. Petrum die 15. Februarii MDCCCLXXXXII. Pontificatus Nostri anno decimo quarto». — Leo PP. XIII.

959. — *Contrahentium consensus requiritur et sufficit*

« Sufficiat, secundum leges, solus eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur: qui consensus, si solus in nnptiis forte defuerit, caetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur ». — Nicolaus I. Ex responsis ad consulta Bulgarorum, cap. 3.

«Matrimonium firmum ac validum consistere quoties nutus vel caeremoniae coram testibus praestitae, iuxta communem regionis existimationem, mutuum sponsorum de praesenti consensum sufficienter exprimunt; et aliunde (si sermo sit de locis in quibus Tridentina lex publicata est) missionarius commode haberi nequeat. Quod si contrahentes, vel eorum alter, in caeremoniis patrio more habitis, intentionem seu voluntatem contrahendi de praesenti vere non habuerint, matrimonium esse nullum ». — S.C.S. 0.22. Aug. 1860.

960. — *Sufficit solus consensus aliquo signo declaratus*

‹ Consuluisti nos utrum mutus et surdus alicui possint matrimoniaIiter copulari. Ad quod taliter respondemus quod, cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, ut quicunque non prohibetur, per consequentiam admittatur, et sufficiat solus consensus illorum de quorum quarunque coniunctionibus agitur: videtur, quod, si talis velit contrahere, sibi non possit vel debeat denegari, cum, quod verbis non potest, signis valeat declarare ». — C. *Cum apud* 23. *de Sponsat, ei matrim.* Idem constat C. *Tuae fraternitati* 25. e. t. F

966. — *Matrimonium cum conditione turpi*

« Si conditiones contra substantiam matrimonii inserantur, puta si alter dicat alteri: contraho tecum, si generationem prolis evites, vel donec

inveniam aliam honore vel facultatibus ditiorem, aut si pro quaestu adulterandam tc tradas: matrimonii contractus quantumcumquc sit favorabilis caret effectu. Licet aliae conditiones appositae in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter eius favorem pro non adiectis haberi ». — Gregorius IX. C. *Si conditiones* 7. *de Condition,* etc.

S. Off. ad dubium episcopi Bosnensis: « An sit validum matrimonium contractum inter catholicam ct schismaticum cum intentione foedandi vel solvendi matrimonium »; d. 2. Dee. 1680. respondit: «Si ista sint deducta in pactum, seu cum ista conditione sint contracta matrimonia, sunt nulla: sin aliter, sunt valida ». Eadem Congr. decisione solemni d. 1. Aug. 1748. duo matrimonia in Transsilvania inter Calvinistas contracta sub conditione, « quamdiu permanseris in honestate coniugali, vel si fidem thori servaveris», nulla prorsus esse declaravit. Ita alias pluries. Cf. A. S. S. V. 23. p. 711. seqq. C. 128.

‹ Matrimonia inita cum solo contrahentium errore, quod matrimonii, consummati vinculum in casu adulterii vel ob alias causas dissolvi possit, valida sunt. Si vero sub hac expressa conditione inita sint, uti invalida habenda esse ». — S. C. S. I. 11. Mart. 1868., 18. Dee. 1872. '

969. — *De contractu ct sacramento matrimonii*

« Nihil dicimus de alio illo decreto, quo matrimonii sacramenti mysterio, dignitate, sanctitate omnino despecta, eiusque institutione et natura prorsus ignorata et eversa, atque Ecclesiae in sacramentum idem potestate penitus spreta, proponebatur iuxta iam damnatos haereticorum errores atque adversus catholicae Ecclesiae doctrinam, ut matrimonium tamquam civilis tantum contractus haberetur, et in variis casibus divortium proprie dictum sanciretur omnesque matrimoniales causae ad laica deferrentur tribunalia et ab illis indicarentur: cum nemo ex catholicis ignoret aut ignorare possit, matrimonium esse vere et proprie unum ex septem evangelicae legis sacramentis a Christo Domino institutum, ac propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit sacramentum, atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris praeter sacramentum eouiunctionem, cuiuscumque etiam civilis legis vi factam, nihil aliud esse nisi turpem atque exitialem concubinatum ab Ecclesia tantopere damnatum, ac proinde a coniugali foedere sacramentum separari numquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea omnia decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere». Pius IX. Alloc, habita in Concist. secr. 27. Sept. 1852.

« Matrimonii sacramentum non est nisi quid contractui accessorium ab eoque separabile, ipsumque sacramentum in una tantum nuptiali benedictione situm est ». — Pr. 66. Syll. d. a Pio IX.

971. — *Sola Ecclesia impedimenta matr. dirimentia statuere potest*

« Cum matrimonium sit sua vi, sua natura, sua sponte sacrum, consentaneum est, ut regatur ac temperetur non principum imperio, sed divina auctoritate Ecclesiae, quae rerum sacrarum sola habet magisterium. Deinde consideranda sacramenti dignitas est, cuius accessione matrimonia Christianorum evasere longe nobilissima. De sacramento autem statuere et praecipere, ita, ex voluntate Christi, sola potest et debet Ecclesia, ut

absonum sit plane potestatis eius vel minimam partem ad gubernatores rei civilis velle esse translatam ». Leo XIII. Eue. *Arcanum* 10. Febr. 1880.

De civili potestate quoad sponsalia, matrimonium, et matrimonii impedimenta

«58. Propositio, quae statuit, sponsalia proprie dicta actum mere civilem continere, qui ad matrimonium celebrandum disponit, eademque civilium legum praescripto omnino subiacere; Quasi actus disponens ad sacramentum non subiaceat sub hac ratione iuri Ecclesiae; Falsa, iuris Ecclesiae quoad effectus etiam e sponsalibus vi canonicarum sanctionum protluentes laesiva, disciplinae ab Ecclesia constitutae derogans.

59. Doctrina Synodi asserens, ad supremam civilem potestatem dumtaxat originarie spectare contractui matrimonii apponere impedimenta eius generis, quae ipsum nullum reddunt, dicuntiirqiie dirimentia: quod ius originarium praeterea dicitur cum iure dispensandi essentialiter connexum: subinngens, supposito assensu vel conniventia principum, potuisse Ecclesiam iuste constituere impedimenta dirimentia ipsum contractum matrimonii: Quasi Ecclesia non semper potuerit ac possit in Christianorum matrimoniis iure proprio impedimenta constituere, quae matrimonium non solum impediant sed et nullum reddant quoad vinculum, quibus christiani obstricti teneantur etiam in terris infidelium, in eisdemqne dispensare; Canonum 3. 4. 9. 12. sessionis 24. Concilii Tridentini eversiva, haeretica.

60. Item rogatio Synodi ad potestatem civilem, ut e numero impedimentorum tollat cognationem spiritualem, atque illud quod dicitur publicae honestatis, quorum origo reperitur in collectione Justiniani; tum ut restringat impedimentum affinitatis et cognationis, ex quacumque licita aut illicita coniunctione provenientis, ad quartum gradum iuxta civilem computationem per lineam lateralem et obliquam: ita tamen, ut spes nulla relinquatur dispensationis obtinendae; Quatenus civili potestati ius attribuit sive abolendi sive restringendi impedimenta Ecclesiae auctoritate constituta vel comprobata: item qua parte supponit. Ecclesiam per potestatem civilem spoliari posse iure suo dispensandi super impedimentis ab ipsa constitutis vel comprobatis; Libertatis ac potestatis Ecclesiae subversiva, Tridentino contraria, ex haereticali supra damnato principio profecta ». — Ppr. Syn. Pist. dd. a Pio VI.

« 68. Ecclesia non habet potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi: sed ea potestas civili auctoritati competit, a qua impedimenta existentia tollenda sunt. — 69. Ecclesia seqnioribus saeculis dirimentia impedimenta inducere coepit, non iure proprio, sed illo iure usa, quod a civili potestate mutuata erat. — 70. Tridentini canones qui anathematis censuram illis inferunt qui facultatem impedimenta dirimentia inducendi Ecclesiae negare audeant, vel non sunt dogmatici, vel de hac mutuata potestate iutelligendi sunt ». — Ppr. Syll. dd. a Pio IX.

973. — *De matrimonio civili*

«... At vero in exsequendis S. Patris mandatis haec S. Poenitentiaria superfluum putat in memoriam cuiusque revocare, quod est SSmae religionis nostrae notissimum dogma; nimirum matrimonium unum esse ex septem sacramentis a Christo Domino institutis, proindeque ad Ecclesiam ipsam, cui idem Christus divinorum suorum mysteriorum dispensationem

commisit, illius directionem unice pertinere: tum etiam superfluum putat in cuiusque memoriam revocare formam a S. Tridentina Synodo praescriptam ecss. 21. e. 1. *do Reform. matrim.,* sine cuius observantia in locis, ubi illa promulgata fuit, valide contrahi matrimonium nequaquam posset.

3. Sed ex hisce aliisque axiomatibus et catholicis doctrinis debent animarum pastores praeficas instructiones conticere, quibus etiam fidelibus id persuadeant, quod sanctissimus Dominus noster in Concistorio secreto die 27. Septembris anni 1852. proclamabat, id est: *Inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter christianos viri et mulieris, praeter sacramentum, coniunctionem, etiam civilis legis vi factam, nihil aliud esse, nisi turpem atque exitialem concubinatum.*

Atque hinc facile deducere poterunt, civilem actum coram Deo eiusque Ecclesia, nedum ut sacramentum, verum nec ut contractum haberi ullo modo posse; et quemadmodum civilis potestas ligandi quemquam fidelium in matrimonio incapax est, ita et solvendi incapacem esse; ideoqnc, sicut haec S. Poenitentiaria iam alias in nonnullis responsionibus ad dubia particularia declaravit, sententiam omnem de separatione coniugum legitimo matrimonio coram Ecclesia coniunetorum, a laiea potestate latam, nullius valoris esse; et coniugem, qui eiusmodi sententia abutens, alii se personae coniungere auderet, fore verum adulterum: quemadmodum esset verus concnbinarius, qui vi tantum civilis actus in matrimonio persistere praesumeret; atque utrumque absolutione indignum esse donec haud resipiscat, ac praescriptionibus Ecclesiae se subiiciens ad poenitentiam convertatur.

Quamvis autem verum fidelium matrimonium tum solum contrahatur, quum vir et mulier impedimentorum expertes mutuum consensum patefaciunt coram parocho et testibus, iuxta citatam S. Concilii Tridentini formam, atque ita contractum matrimonium omnem suum valorem obtineat. nec opus sit ut a civili potestate ratum habeatur, aut confirmetur: attamen ad vexationes poenasque vitandas, et ob prolis bonum, quae alioquin a laiea potestate ut legitima nequaquam haberetur, tum etiam ad polygamiae periculum avertendum, opportunum et expediens videtur, ut iidem fideles postquam matrimonium legitime contraxerint coram Ecclesia, se sistant, actum lege decretum excquuturi, ea tamen intentione (uti Benedictus XIV. docet in Brevi dici 17. Septembris anni 1746. *Redditae sunt Nobis),* ut sistendo se gubernii officiali nil aliud faciant, quam ut civilem caeremoniam exequantur.

Iisdem de causis, nequaquam vero ut infaustae legis execution! cooperentur, parochi ad matrimonii celebrationem coram Ecclesia eos fideles, qui, quoniam lege arcentur, ad civilem actum dein non admitterentur, ac proinde non haberentur ut legitimi coniuges, non ita facile ac promiscue admittant. Hac in re multa uti debebunt cautela ac prudentia, ct Ordinarii consilium exposcere; atque hic facilis ne sit ad annuendum: sed in gravioribus casibus hoc sacrum tribunal consulat.

Quod si opportunum est ac expedit, ut fideles sistentes se ad actum civilem peragendum se probent legitimos coniuges coram lege: hunc tamen actum, antequam matrimonium coram Ecclesia celebraverint, peragere nequaquam debent. Et si qua coactio, aut absoluta necessitas, quae facile admittenda non est. eiusmodi ordinis invertendi causa esset; tunc omni

diligentia utendum erit, ut matrimonium coram Ecclesia quamprimum contrahatur, atque interim contrahentes seinncti consistant. Hac super re unumquemque hortatur haec S. Poeniteutiaria, ut doctrinam sequatur ac teneat a Benedicto XIV. expositam in Brevi, cuius supra mentio facta est. ad quod tum Pius \ I. in suo Brevi ad Galliae Episcopos *Laudabilem Maiorum suarum,* dato die 20. Septembris anni 1791., tum Pius VII. in sui litteris datis die 11. Junii anni 1808. ad episcopos Piceni, eosdem episcopos instructionis gratia remittebant, qui normas expostularunt, quibus in simili civilis actus contingentia fideles dirigerent. Post haec omnia facile est videre, praxim hactenus observatam circa matrimonium, et speciatim circa paroecialis libros, sponsalia, et matrimonialia impedimenta cuiusvis naturae ab Ecclesia sive constituta sive admissa, nullo modo variari». — Instr. S. Poenitent. 15. Jan. 1866.

976. — *Benedictio nuptialis*

«Benedictio nuptialis consistit in orationibus, quae habentur in Missali: *Propitiare, Domine,* etc. et *Deus, qui potestate,* etc. dicendae aute *Libera nos,* etc.: nec non *Deus Abraham,* etc. dicenda ante benedictionem. Haec benedictio nuptialis non potest separari a missa, ita ut extra hanc impertiri non possit». — S. R. C. 9. Maii 1893. *Romana* ad 3. 4.

Hinc *Benedictio nuptialis,* quae pertinet ad nuptiarum *solemniiatem,* et habetur *in Missali, in missa pro sponso et sponsa,* sedulo distinguenda est a *ritu celebrandi matrimonii sacramentum,* quo sacerdos sponsos coniungit, et annulum benedicit, et qui *in Rituali Rom.* habetur.

«Benedictionem nuptialem, quam exhibet missale in *missa pro sponso ct sponsa,* semper impertiendam esse in matrimonio catholicorum, infra tamen missae celebrationem, iuxta rubricas, et extra tempus feriatum, omnibus illis coniugibus. qui eam, in contrahendo matrimonio, quacumque ex causa non obtinuerint; etiamsi petant postquam diu iam in matrimonio vixerint, dummodo mulier, si vidua, benedictionem ipsam in aliis nuptiis non acceperit. — Insuper hortandos esse eosdem coniuges catholicos, qui benedictionem sui matrimonii non obtinuerint, ut eam primo quoque tempore petant. Significandum vero illis, maxime si neophyti sint, vel ante conversionem valide contraxerint, benedictionem ipsam ad ritum et solemnitatem non vero ad substantiam et validitatem pertinere coniugii». — S. I. C. 31. Aug. 1881. Decretum generale.

«S. Sedes hortatur fideles ad supplendam benedictionem nuptialem parochi in matrimoniis clandestine celebratis. Quaeritur utrum intendatur sola benedictio solemnia, quae habetur in missali, an vero etiam benedictio annuli? — R. Affirmative in omnibus». — S. C. de P. F. 20. Febr. 1801.

«Cum Vic. ap. Sutchuensis peteret, ut clarius explicaretur responsio S. C. de benedictione supplenda in matrimoniis clandestinis, S. C. de P. F. respondit benedictionem esse dandam in omnibus et per omnia ad formam Ritualis Romani, scilicet etiam cum annuli benedictione ». — S. C. de P. F. 27. Jan. 1805.

«1. Utrum prohibitio nuptiarum tempore Adventus et Quadragesimae intelligi tantum debeat de missa pro sponsis, ac de precibus pro nubentium benedictione in missali positis; an ipsum etiam attingat matrimonium, quod cum solis celebratur caeremoniis et precibus, quae in Rituali

reperiiintiir? — 2. An facta per episcopum licentia contrahendi matrimonium temporibus a S. Concilio Tridentino vetitis, censeatur etiam permissa benedictio coniugum per preces et orationes in missa pro sponsis contentas? Et quatenus negative, an possit episcopus in casu eam facultatem concedere? — R. Ad 1.u,n Affirmative ad primam partem; negative ad secundam, dummodo accedat episcopi venia. Ad 2.0,n Negative in omnibus».— S. R. C. 14. Aug. 1858. *Mont. Alb.*

<Quando plures sij^il copulantur, accepto primum singulorum consensu et rite celebratis singulis matrimoniis, dictaque pro singulis a parocho forma *Ego vos coniungo in matrimonium,* etc., nihil obstat quominus benedictiones annuiorum ct reliquae benedictiones fiant in communi per verba generalia ». — S. C. S. O. 1. Sept. 1841. I

«Utrum in nuptiis, quae secundae dicuntur, omittenda sit benedictio annuli? — R. Negative ». — S. R. C. 27. Aug. 183G. *llhedon.* ad 2.

Missa pro sponsis

« In celebratione nuptiarum, extra diem dominicum, vel alium diem festum de praecepto, seu in quo occurrat duplex primae vel secundae classis, dicenda est missa pro sponso et sponsa, in fine missalis post alias missas votivas specialiter assignata. In diebus vero dominicis aliisque diebus festis de praecepto, necnon diebus duplicia excludentibus, dicenda est missa de die cum commemoratione missae pro sponso et sponsa, et quidem etiam in festis primae classis, sub altera conclusione, ac primo loco post ceteras commemorationes de praecepto, si quae faciendae.

Missa pro sponsis, et in ea benedictio nuptialis, fieri potest etiam in casu, quo sponsi infra hanc missam sacram communionem non percipiant.

Eadem missa, cum sit votiva privata, semper celebranda est, etiam si fiat in cantu, sine *Gloria in excelsis* et sine *Credo* et cum tribus orationibus: 1a scilicet eiusdem missae votivae propria, 2a et 3a diei occurrentis ut in Ruhr. Tit. VII. n.° 3. *de Commemorationibus;* necnon in fine *Benedicamus Domino* et ultimo Evangelio S. loannis.

Temporibus vero prohibitis, nuptiae quidem celebrari possunt de licentia episcopi, at sine solemnitate, ideoque privatim; et omissis missa et benedictione. Neque, iisdem temporibus, commemoratio pro sponsis fieri potest in missa occurrente.

Verum ex decreto generali S. R. Universalis Inquisitionis dato die 31. Augusti 1881., benedictio nuptialis impertienda est extra tempus feriatum iis coniugibus, qui eam quacumque ex causa non obtinuerint, missaque pro sponso et sponsa simul celebranda, diebus praescriptis ut supra.

Benedictio enim nuptiarum in missali posita, si sponsi eam petierint, (ceterum ad eam non adigendi, bene tamen adhortandi) ab ipsa missa pro sponso et sponsa abstrahi nunquam potest, sed infra eam omnino debet fieri. V

Notandum est tamen, quod si mulier est vidua et alias benedicta fuerit, omittenda est tam benedictio nuptiarum, quam missa propria pro sponso et sponsa.

Non obstantibus decretis quibuscumque particularibus in contrarium facientibus quae per hoc generale decretum uti revocata ac nullius roboris

habenda esse sacra rituum Congregatio declarat ». — S. R. C. 30. lnnii 1800. *Decr. (rener.*

Sacerdotem non teneri missam applicare pro sponsis nisi ab iisdem eleemosynam accipiat. — S. C. S. O. 1. Sept. 1841.

a Se il sacerdote che benedice un matrimonio, quantunque non riceva Pelemosina, sia obligato a dire nei tempi debiti la messa votiva designata a questo effetto. o possa dire la messa del Santo currente, aggiungendn la eolletta della stessa messa votiva.

R. Servetur rubricae praescriptio quoad missae speciem, ita tamen ut celebranti liberum sit mente sua convertere spiritualem missae fructum iu favorem suppeditantis eleemosynam ›. — S. C. de P. F. 10. lan. 1837.

De celebratione matrimonii in prirata domo et oratorio

« 1. An extra casum infirmitatis gravissimae in alterutro ex contrahentibus, celebrari possit matrimonium in privata domo ante altare ad hoc specialiter erectum ? 2. An. extra dictum casum, in oratoriis privatis in quibus missa celebratur? 3. An missa nuptialis in dictis oratoriis celebrari possit? — R. Ad 1. " Provisum in sequenti. Ad 2.',m Matrimonium in facie Ecclesiae, sen in Ecclesia maxime celebrari deeet. Haud tamen vetitum est locorum Ordinariis, ut si nullum immineat periculum ac laudabiles concurrant causae, illud celebrari quandoque pro sua prudentia permittant in privatis oratoriis, in quibus sacrum fieri valeat. Ad 3.°" Affirmative, servatis rubricis». — S. R. C. 31. Aug. 1872. *Barcinonen.*

Massonum niatrimonia

‹ Come regolarsi qualora un ascritto alla setta dei franco-massoni ricusi di ripudiarla, e si unisca in matrimonio con una cattolica? Puo benedirsi un tal matrimonio?

R. Si dia il decreto emanato già per consimile caso il 28. Giugno 1865. che è del tenore segnente: ‹ Quoad matrimonia in quibus una contrahentium pars clandestinis aggregationibus per pontificias constitutiones damnatis adhaeret, dummodo absit scandalum. Ordinarius, habita circumstantiarum ratione pro casibus particularibus, ea decernat quae magis expedire indicaverit, excluso tamen omni ecclesiastico ritu».—S.C.S.O. 23. Apr. 1873.

In relatione Status Ecclesiae Tabascensis, exhibita S. Congregationi Concilii die 27. Novembris 1897., sequens legitur sub n. 1. *Postulatum.*

‹ His in regionibus frequenter occurrit ut viri impii, vulgo *liberi pensatores,* matrimonium inire cupientes cum mulieribus catholicis, praeviam confessionem facere renuant, eo quod, ut explicite fatentur, fidem sacramenti poenitentiae corde incredulo reiecerunt et totam fidem negaverunt. Peto an hi. infidelibus deteriores, debeant aut possint admitti ad contrahendum matrimonium, cum magno mulieris catholicae et familiae detrimento et periculo.

R. Supplicandum Ssmo.ut in Decreto feriae IV. die 30. lanuarii 1867.—SSmus, benigne annuit pro gratia.

Porro citatum decretum fer. IV. diei 30. lanuarii 1867., sic se habet:

1. Quid agendum quando vir baptizatus, sed apostasiam a fide verbis et corde profitons, asserensqnc nominarim se non credere sacramentis

Ecclesiae, petit matrimoninm coram eiusdem Ecclesiae facie unice nt desiderio sponsae satisfaciat?

2. Quid si idem vir petit, sectae condemnatae muratorum vel simili addictus, (pii licet fidem non omnino amiserit, sectae tamen debite rcnunciare recusat?

3. Quid si idem postulat vir, qui fidem non abiecit, sed eam profiteri, ofliciaque christiana adimplere abnuit?

Responsum fuit: Ad l'"u. Quoties agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quae a fide ita defecit, ut alicui falsae religioni vel sectae sese adseripserit, requirendam esse consuetam et necessariam dispensationem cum solitis ac notis praescriptionibus et clausulis. Quod si agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quae fidem abiecit, at nulli falsae religioni vel haereticae sectae sese adseripsit, quando parochus nullo modo potest huiusmodi matrimonium impedire (ad quod totis viribus incumbere tenetur) et prudenter timet ue ex denegata matrimonio adsistentia grave scandalum vel damnum oriatur, rem deferendam esse ad R. P. D. episcopum, qui. sicut ei opportuna nunc facultas tribuitur, inspectis omnibus casus adiunctis, permittere poterit, ut parochus matrimonio passive intersit tamquam testis *authorizabilis,* dummodo cautum omnino sit catholicae educationi universae prolis aliisque similibus conditionibus.

Ad 2nm. Dandum esse Decretum dici 28. lunii 1865. quod est hniusmodi: Quoad matrimonia, in quibus una cpntrahcntium pars clandestinis aggregationibus per Pontificias constitutiones damnatas adhaeret, dummodo absit scandalum, Ordinarius, habita circumstantiarum ratione pro casibus particularibus, ea decernat quae magis expedire indicaverit.

Ad 30m. Consulat probatos auctores, et praesertim Benedictum XIV. de Synodo dioeces., 1. 8. cap. 14. n. 5.». — S. C. S. 0. 25. Maii 1897. Cf. C.1863.

«An verba decreti S. 0. f. IV. 30. lan. 1867.: *rem deferendam esse P. P. T). episcopum, qui, sicut ei opportuna nunc facultas tribuitur:* extendi possint ad omnes episcopos? —R. Affirmative, facto verbo cum SSmo. » — S. 0. 11. lan. 1899. M. E. V. 11. p. 54.

De protestantium matrimoniis inter se et mi.rtis

« Episcopus Barden, exponit, quod multi protestantes, absque ulla intentione religionem catholicam amplectendi, saepe sollicitant ut vel coram uno c suis sacerdotibus, vel coram episcopo ipso consensum ad matrimonium contrahendum praestent. Notandum est quod in talibus circumstantiis non tamquam sacerdotes sed sicut magistratus civiles agerent episcopus et sacerdotes, quod legibus reipublicac licitum est. Nunc quaerit utrum ipsi missionariisque suis liceat talibus praeessc matrimoniis.

R. Si agatur de matrimonio inter duas partes haereticas, licet huiusmodi interventus non ita reprobetur ut numquam licitus esse possit, communiter tamen esse dissuadendum. Si vero altera pars sit catholica, obtenta dispensatione ab impedimento mixtae religionis, et servatis solitis clausulis et conditionibus, licere ». — S. C. S. 0. 20 Dee. 1837.

« Quo ritu assistet sacerdos matrimoniis in quibus pars una est acathotica? Licetne proferre formam, dicere preces, benedicere anuulum sponsae haereticae? — R. Negative ». — S. C. S. 0.1. Aug. 1821.

Benedictio mulieris post partum

»8. R. C. decernit, benedictionem mulieris post partum fieri debere a parocho si expetitus ipse fuerit, *posse* autem Heri a quocumque sacerdote, si expetitus ipse pariter tuerit, in quacumque ecclesia vel oratorio publico, certiore facto superiore ecclesiae ». —S. R. C. 13 lun. 1893, *Romana.*

Utrum, vi decreti ab ipsa S. R. C. dati 12. Sept. 1857. in Molinen. ad 17"‘‘, liceat benedictionem mulieris post partum, iuxta rituale romanum. impertiri puerperae, cuius proles mortua fuerit sine baptismo: an vero abstinendum sit ab ea benedictione? — R. Non esse negandam benedictionem ». — S. R. C. 19. Maii 1895. *Vicent.*

‹ Xon esse denegandam benedictionem post partum mulieri petenti, pro eo quod eius proles ex legitimo matrimonio mixto baptizata fuerit apud haereticos, nisi constet ipsam consensisse aut pro viribus non obstitisse ». — S. C. S. 0.18. Innii 1873.

‹ R. Ad benedictionem post partum ius tantummodo habere mulieres. quae ex legitimo matrimonio pepererunt ». — S. C. C. IS.Iunii 1859.

977. — *Matrimonii unitas.* — Cf. n. 857. 919. 979.

978. — *Vinculum matrimonii indissolubile*

- Atque inter alia ne omittatis fidelibus vestrae vigilantiae concreditis assidue et accurate tradere atque inculcare catholicae Ecclesiae de matrimonii sacramento, deque indissolubili matrimonii vinculo doctrinam. Neminem enim vestrum latet iuxta catholicae Ecclesiae doctrinam fidelium matrimonium ratum ante consummationem posse dissolvi per solemnem alterius coniugis in aliqua probata religione professionem, vel per canonicam dispensationem, quae a Romano tantum Pontifice concedi potest, quaeque nonnisi ex gravissimis causis rarissime indulgetur. Atque etiam optime nostis, eamdem Ecclesiam iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam luculenter docere, matrimonii vinculum propter alterius coniugum adulterium, vel propter haeresiin, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a coniuge nunquam posse dissolvi, sed perpetuo firmum et indissolubili permanere ex notissima inspirati Adae sententia, et Christi Domini oraculo, atque Apostoli verbis, et Ecclesiae traditione, quae omnia vos apprime scitis. Quae quidem perpetua atque indissolubilis matrimonialis vinculi firmitas, non ex ecclesiastica disciplina profluens, tanta est in matrimonio consummato tum ex divino tum ex naturali iure, ut nullam ob causam ne ab ipso quidem Romano Pontifice dissolvi unquam possit, etiamsi ab alterutro coniugum fides coniugalis adulterio frangatur ». — Pius IX. Epist. ad archiep. Fogariens. Albolulicns. et epp. suffrag. *Verbis exprimere* 15. Aug. 1859.

‹ 67. Iure naturae matrimonii vinculum non est indissolubile: in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest ». — Pr. Svll. d. a Pio IX.

Matrimonia a protestantibus soluta

‹ Matrimonia protestantiura soluta a consistoriis protestantium non posse pro solutis haberi, sententiam acatholicorum conventuum, a qui-

bos praesertim matrimoniorum nullitas declaratur eoriirnque vinculi vult fieri dissolutio, nullum robur vimqne prorsus nullam penes Ecclesiam consequi posse.

Partem solutam non posse catholico matrimonio iungi.

Parochos non posse tales nuptias sua praesentia probare et sua benedictione firmare.

Coniuges catholicos, qui sola acatholici consistorii auctoritate, excusso prioris matrimonii vinculo, ad secundas nuptias coram ministro acatholico properaverint, posse ad sacramentorum participationem admitti, si admissi sceleris poenitentes veniam humiliter petant. Si veros poenitentiae fructus faciant, quorum primum illum esse oportet, ut a secundo coniuge separentur, si prior adhuc vivat ». — Pius VII. Br. 8. Oct. 1803. ad Carol. Dalberg archiep. Moguntin., C. 128G.

979. — *Dissolvitur matrimonium per professionem religiosam*

« Post consensum legitimum de praesenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium (sicuti sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt), dummodo carnalis commixtio non intervenerit inter eos: et alteri remanenti (si commonitus continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, et alter in saeculo remanere ». — C. *Verum* 2. *de Convers. coniugator.*

« ...Caeterum, quia licet (mulier 31.) a praefato viro (A.) desponsata fuit, adhuc tamen, sicut asserit, ab ipso est incognita; mandamus, quatenus si praedictus vir ipsam carnaliter non cognoverit, et eadem ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debeat, ipsam a sententia (excommunicationis), qua tenetur absolvas; quod si ad religionem transierit uterque, restituat alteri quod ab eo noscitur recepisse. Sane quod Dominus in evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis, uxorem suam dimittere, intelligendum est. secundum interpretationem sacri eloquii, de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari non potest ». — 0. *Ex publico* 7. e. t., Cf. C. *Ex parte* 14. e. t., ubi statuitur per professionem religiosam, non per propositum servandae castitatis in saeculo matrimonium dissolvi.

Coniux ad fidem conversus liber est, si coniux infidelis renuat cohabitare.
Coniux vero fidelis liber non est,
si alter coniux in haeresim vel in gentilitatem labatur

« Tua fraternitas intimavit, quod altero coniugum ad haeresim transeunte, qui relinquitur, ad secunda vota desiderat convolare, quod utrum possit fieri, per tuas nos duxisti literas consulendos. Nos igitur consultationi tuae respondentes distinguimus, licet quidam praedecessor noster sensisse aliter videatur, an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicam convertatur, vel ex duobus fidelibus alter labatur in haeresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente : qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit : et

in hoc casn intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: frater enim vel soror non est servituti subiectus in huiusmodi. Et canonem etiam in quo dicitur: Contumelia Creatoris solvit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur. Si vero alter fidelium eoniugum vel labatur in haeresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu is, qui relinquitur, vivente altero, possit ad secundas nuptias convolare, licet in hoc casu maior appareat contumelia Creatoris. Nam etsi matrimonium verum inter infideles exsistat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum et ratum exsistit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugii sacramentum, ut ipsum in coniugibus illo durante perduret ». — C. *Quanto* 7. *de Divortiis.*

Baptismus non dissolvit infidelium coniugia, contracta intra gradus ab Ecclesia prohibitos, dum erant in infidelitate. Infidelis coniux conversus ad fidem, infidelem coniugem conversam recipere tenetur, etc.

« Utrum pagani uxores accipientes in secundo, vel tertio, vel ulteriore gradu sibi coniunctas, sic coniuncti debeant post conversionem suam insimul remanere, vel ab invicem separari, edoceri per scriptum Apostolicum postulasti. Super quo totaliter respondemus, quod cum sacramentum coniugii apud fideles et infideles exsistat, quemadmodum ostendit Apostolus dicens: si quis frater infidelem habet uxorem, et haec consentit habitare cum eo. non illam dimittat: et in praemissis gradibus a paganis quoad eos matrimonium licite sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur quid enim ad nos. secundum Apostolum eumdem, de his qui foris sunt, indicare? . in favorem praesertim Christianae religionis et fidei, a cuius perceptione per uxores se deseri timentes viri possunt facile revocari: fideles huiusmodi matrimonialiter copulati libere possunt et licite remanere coniuncti, cum per sacramentum baptismi non solvantur coniugia, sed crimina dimittantur. Quia vero pagani circa plures insimul foeminas affectum dividunt coniugalem, utrum post conversionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur. Verum absonum hoc videtur et inimicum fidei christianae cum ab initio una costa in unam foeminam sit conversa : et Scriptura divina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo iu carne una: non dixit tres vel plures, sed duo: nec dixit, adhaerebit uxoribus. sed uxori. Nec ulli unquam licuit insimul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revelatione concessum, quae mos quandoque, interdum etiam fas censetur, per quam sicut Iacob a mendacio, Israelitae a furto, et Samson ab homicidio, sic et patriarchae et alii viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur. Sane veridica haec sententia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in Evangelio: Quicumque dimiserit uxorem suam ob fornicationem, et aliam duxerit. moechatur. Si ergo, uxore dimissa, duci alia de iure non potest, fortius et ipsa retenta: per quod evidenter apparet pluralitatem in utroque sexu, cum non ad imparia indicentur circa matrimonium, reprobandam. Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus, habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiamsi consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut eum pertrahat

ad mortale peccatum : in (pio casu restitutionem petenti, quamvis de ininsta spoliatione constaret, restitutio negaretur: quia secundum Apostolum frater aut soror non est huiusmodi subiectus servituti. Quod si conversum ad fidem et. illa conversa sequatur, antequam propter causas praedictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur. Quamvis quoque secundum evangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, moechatur: non tamen dimissor poterit obticere fornicationem dimissae, pro eo, quod nupsit alii post repudium, nisi alias fuerit fornicata». — C. *Gaudemus* 8. *de Divortiis.*

Paulinum privilegium post consensus renovationem

Paulinum privilegium perseverat, etiamsi post conversionem alterutrius coniugis consensus renovetur. — S. O. 20. Sept. 1848. Vic. Apost. Novae Zelandiae. Zit. p. 120.

De necessitate interpellationis coniugis infidelis

‹ 1. Utrum ad effectum matrimonium dissolvendi iuxta privilegium in favorem lidei a Christo Domino concessum, et ab Apostolo promulgatum, interpellatio partis in infidelitate perseverantis sit de iure divino atque adeo necessaria ut. ea neglecta, nullus plane habeatur matrimonii dissolvendi locus? An solum pertineat ad formam judicialem, nec requiratur nisi ut dissolutio licite fiat, praesertim cum aliunde constat, indiciis moraliter certis, alterum eoniugum nec fidem amplecti, nec sine contumelia Creatoris velle cohabitare?

2. Posito quod ad primam partem respondeatur affirmative, quaeritur num sola de religione amplectenda sufficiat interrogatio, *utrum* scilicet *pars m infidelitate remanens relit converti necne,* quod, Thomae Sanchez auctoritate freti, existimant aliqui ex missionariis: an potius interpellatio, *utrum saltem pars in infidelitate perseverans absque Creatoris contumelia cohabitare consentiat,* sit quoque essentialis et absolute requisita, ita ut, illa praetermissa, non solum non licite, sed etiam non valide matrimonium dissolvi queat?

3. Utrum solemnis uxoris expulsio a marito facta, videlicet dando libellum repudii coram pagi primoribus, iuxta leges regni, possit interpellationis locum tenere et pro ea reputari, cum certissime constet de istius mariti voluntate, illum nempe praefatam mulierem nullo modo in posterum uxorem velle habere; an potius, nulla repudii habita ratione, in iis etiam circumstantiis, duplex in iure praescripta ad validitatem dissolutionis matrimonii requiratur interpellatio·?

4. Quaeritur quomodo se debeat gerere missionarius erga mulierem infidelem, absque ulla adulterii causa a suo marito etiam infideli repudiatam. qui aliam duxit, cum illa postulat baptizari, et est suspicio an sit animo parata ad revertendum ad suum maritum, si forte postea revocet, et sine contumelia Creatoris cohabitare consentiat? Debetne illam de hac re prius interrogare, atque interca baptismum differre, donec melius sit disposita. etiam eum periculo moriendi absque baptismate? Quid autem si consentit, sed dumtaxat cum hae conditione, quando nimirum expulsa fuerit concubina?

5. Quaeritur, an adulterium ansam praebeat coniugibus infidelibus, sicut et christianis, divortium perpetuum celebrandi, ita ut parti inno-

conti omnino sit integrum, eum sacro fonte abluta fuerit, aut sacculo nuntium remittere, aut in statu viduitatis vitam transigere, licet pars altera reconciliari velit, et sine contumelia Creatoris cohabitare?

6. Cum maritus infidelis suae uxori iam sacri baptismi aquis tinctae, religionem quidem servare permittit, nec aliquid peccati mortalis formaliter iubet; at illam in usu matrimonii ad multa gravia contra coningalem castimoniam adeo importune pellicit, ut mulier semper sit in gravi periculo peccandi mortaliter; Quaeritur, in. hoc casu, an praefata mulier possit eum relinquere et ad alia vota transire? Quid autem si periculum non veniat ex altero coniuge, sed ab aliis qui in eadem domo sunt, v. g. a socero qui suam nurum ad incestum sollicitat, vel a socru, muliere iurgiosissima et superstitionibus addictissima?

R. Ad 1.°“ Non esse locum dissolutioni matrimonii in infidelitate contracti, in casu de quo agitur, nisi interpellatione, praemissa, aut nisi obtenta, legitimis ex causis, super interpellatione, apostoliea dispensatione.

Ad 2.’· Interpellandum esse coniugem infidelem, non solum an converti velit, sed etiam, casu quo nolit converti, an velit cum coniuge fideli cohabitare sine contumelia Creatoris, iuxta dispositionem Innocentai III. cap. *Quanto, de Divortiis.*

Ad3.’“ Faciendam esse interpellationem, etiam in casu de quo agitur, si fieri possit, aut recurrendum esse ad Sedem Apostolicam pro obtinenda dispensatione.

Ad 4.°“ Nihil obstare quominus mulieri, de qua in casu, modo aliunde sit sufficienter instructa, baptisma conferatur.

Ad 5.°“ Coniugem ad fidem conversum et baptizatum posse facere divortium, quoad torum, a coniuge infideli, ob adulterium ab eo commissum, quamvis iste veniam petat et velit cohabitare sine contumelia Creatoris.

Ad 6.am Mulierem conversam posse a viro infideli discedere, et ad alia vota transire, in casu quod ille eam pertrahat ad gravia peccata contra coniugalem castimoniam (cap. *Quanto* et cap. *Gaudemus* Innocentii III. *de Divortiis}.* Quod si pertractio mulieris conversae ad peccatum mortale non proveniat ab eius viro infideli, sed ab aliis qui in eius domo habitant, socero, exempli gratia, vel socru, posse mulierem fidelem, ubi alia media non suppetant, se subducere ab ea domo, ubi ad graviter peccandum pertrahitur; non vere posse matrimonium dissolvere et ad aliud transire ». — S. C. de P. F. 5. Mart. 1816. Provicar. generali. Tonckini Occidentalis.

‹ Si matrimonium acciderit cum parte catholica post baptismi susceptionem, erit inquirendum, utrum praecesserit coniugis adhuc infidelis canonica interpellatio, aut saltem a legitima potestate fuerit super eadem interpellatione dispensatum. Quatenus constiterit de facta interpellatione, aut de illius dispensatione, primum matrimonium nequit amplius constituere vinculum secundum connubium irritans; quatenus vero neque interpellatio neque eiusdem dispensatio praecesserit, primum matrimonium obstabit quidem secundo, sed Ordinarius indicium suspendere debebit, et casum cum omnibus suis circumstantiis ad S. Sedem remittere». — Instr. S. O. 20. Inn. 1883. n. 44., Instr. S. C. de P. F. 1883. n. 45.

‹ Quid sentiendum est de matrimonio dicti hominis cum puella Christiana absque interpellatione et dispensatione contracto, et quid nunc

acendum? — Ex deductis subsistere primum matrimonium a viro gentilitate contractum eum muliere gentili, ideoque R. P. I). Vicarius Ap. Orator curet, prudentiori modo quo fieri potest, partes ad se vocare ad deducenda sua iura, et, si nihil in contrarium repererit, redire obliget ad primum coniugium ». — S. C. S. I. 20. lun. 1858., S. C. de P. F. Mart. 1816.

‹ Gentiles sunt qui, exercendae mercaturae causa, proprium locum ad tempus deserunt, ut se ad alias provincias conferant in distantiam decem aut quindecim dierum itineris, et aliquando amplius, ibique alias uxores, primis viventibus, ducunt. Unus ex istis nuper ad fidem conversus est cum secunda uxore; tunc nuntium accipiens primam uxorem de eius conversione dolere, imo et ipsum hortari ne fidem amplecteretur, baptismum postulavit, promittens se, contentum secunda, hanc primam absolute derelicturum, nec ad propria reducem ullo modo ei cohabitaturum. Votis annuit missionarius quidam sinensis, cui a vicario apostolico nullatenus concessa fuerat facultas dispensandi a monitione, ratusque in hac circumstantia nullum esse dubitandi locum, christianum hunc simul cum secunda uxore baptizavit, eosque ad renovationem consensus adactos solemni iunxit matrimonio. Postea Christianus ille reversus primam uxorem mutatam invenit, et omnimode dispositam ad amplectendam fidem. Quaeritur num in casu proposito validum sit matrimonium cum secunda uxore initum? Ratio dubitandi nobis est, ex una parte, quod missionarius iste nullam facultatem habuerit dispensandi a monitione; ex altera vero parte reclamant plures missionarii, fatendo equidem in hoc casu matrimonium cum secunda uxore illicite celebratum fuisse, non vero ita certo invalide: tum quia, d. 3. lan. 1777. a nobis interrogata S. *C.* de P. F., num matrimonia quaedam huiusmodi, propter ignorantiam sine dispensatione celebrata, invalida forent, nihil respondit, licet ad alia responderit; tum quia, teste s. m. Benedicto XIV. lib. 13. de Synodo dioec., cap. 21. art. 6., plerique theologi asserunt iudicialem interpellationem licite omitti posse, quoties nullius utilitatis fore reputatur; hanc vero sententiam Summus Pontifex non respuit tanquam falsam, eamque solum non satis tutam in praxi declarat. In casu autem propositio inutilis ipsis visa est interpellatio, cum clare constiterit de voluntate prioris uxoris. — R. Attentis circumstantiis in facto concurrentibus, coniuges de quibus agitur non esse inquietandos: sed caveant missionarii dispensationem ab interpellatione coniugis impertiri, si careant huiusmodi facultate ». — S. C. de P. F. 5. Mart. 1787.

« Utrum dilato ex parte fidelis per notabile tempus matrimonio post interpellationem factam, vel post obtentam ab ea dispensationem, nova interpellatio, aut dispensatio nova necessaria sit? Et quatenus affirmative, quod temporis spatium intercedere debeat inter primam et secundam, aut interpellationem, aut ab ea dispensationem? — R. Negative, quatenus fuerit facta interpellatio; affirmative, post annum, in casu dispensationis obtentae ab initio ». — S. C. de P. F. 26. lun. 1820. I). Escodeca Missionar. Ap. in Sutchuen.

« Interpellationem faciendam esse post baptismum ». — S. **O.** 13. Apr. 1859., 21. Nov. 1883. Gravi de causa, et speciali obtenta facultate ab Apost. Sede, fieri potest etiam ante baptismum. —S. 0. S. I. 3. lun. 1874.

De impossibilitate interpellationis el apostolieo induito

« ... Decernimus, ut qui ante conversionem plures iuxta eorum mores habebant uxores, et non recordantur qnam primo acceperint, conversi ad fidem, unam ex illis accipiant «piam voluerint, et eum ea matrimonium contrahant per verba de praesenti, ut moris est: qui vero recordantur quam primo acceperint, aliis dimissis, eam retineant *.— Paulus III. C. *Altitudo Divini consilii* 1537. pro Indis Occidentalibus.

« ... Cum itaque, sicut accepimus, Indis in sua infidelitate manentibus plnres permittantur uxores, qnas ipsi etiam levissimis de causis repudiant, hinc factum est, quod recipientibus baptismum permissum sit permanere cum ea uxore, quae simul cum marito baptizata existit: et quia saepenumero contingit illam non esse primam eoningem, unde tam ministri quam episcopi gravissimis scrupulis torquentur, exsistimantes illud non esse verum matrimonium; sed quia durissimum est separare eos ab uxoribus.cum quibus ipsi Indi baptismum susceperunt, maxime quia difficillimum foret primam eoningem reperire: ideo nos. statui dictorum Indorum paterno affectu benigne consnlere. atque ipsos episcopos et ministros ab huiusmodi scrupulis eximere volentes, motu proprio et ex certa scientia nostra, ac apostolieae potestatis plenitudine, ut Indi sie. ut praemittitur, baptizati et in futurum baptizandi, cum uxore quae cum ipsis fuerit baptizata et baptizabitur remanere valeant, tanquam cum uxore legitima, aliis dimissis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, declaramus, matrimoniumque huiusmodi inter eos legitime consistere, etc. ». — Pius V. Br. *Domani Pontificis.* 2. Aug. 1571., A. S. S. V. 26. p. 150.

« Quoniam igitur saepe contingit multos utriusque sed praecipue virilis sexus infideles, post contracta gentili ritu matrimonia, ex Ancola, Ethiopia, Brasilia et aliis indicis regionibus ab hostibus captos, a patriis finibus et propriis coniugibus in remotissimas regiones exterminari, adeo ut tam ipsi, captivique qui in patria remanent, si postea ad fidem convertantur, eoniuges infideles tam longo locorum intervallo disiunctos, an sine contumelia Creatoris seeum cohabitare velint, ut par est, monere nequeant, vel quia interdum ad hostiles et barbaras provincias ne nuntiis quidem accessus pateat, vel quia ignorent prorsus in quas regiones fuerint transvecti, vel quia ipsa itineris longitudo magnam afferat difficultatem: idcirco nos. attendentes huiusmodi connnbia inter infideles contracta. vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non possint, talium gentium infirmitatem paterna pietate miserati, universis et singulis dictorum locorum Ordinariis et parochis presbyteris Societatis lesu ad confessiones audiendas ab eiusdem societatis superioribus approbatis, ct ad dictas regiones pro tempore missis, vel in illis admissis, plenam, auctoritate apostolica, tenore praesentium, concedimus facultatem dispensandi eum quibuseumque utriusque sexus eristifidelibus incolis dictarum regionum et serius ad fidem conversis, qui ante baptisma susceptum matrimonium contraxerant, ut eorum quilibet, superstate coniuge infideli, et cius consensu minime requisito, aut responso non expectato, matrimonia cum quovis fideli alterius etiam ritus contrahere et in facie Ecclesiae solemnizare, et in eis postea carnali copula consummatis quoad vixerint remanere licite valeant: dummodo constet, etiam summarie, et extraiudicialiter, eoningem, ut praefertur, absentem moneri le-

gitiine non posse aut monitum intra tempus in eadem monitione praefixum suam voluntatem non significasse; quae quidem matrimonia, etiamsi postea innotuerit eoniuges priores infideles suam voluntatem insto impeditos declarare non potuisse, et ad fidem etiam tempore contracti secundi matrimonii conversos fuisse, nihilominus rescindi nunquam debere, sed valida et firma, prolemque inde suscipiendam legitimam fore decernimus ». — Gregorius XII1.25. Ian. 1585, Cf. C. Bened. XIV. *Jn suprema catholicae Ecclesiae* 16. lan. 1745., C. 1309.

«...Phircs sunt inter Christianos qui tempore gentilitatis vendiderunt proprias uxores gentilibus, postea fidem amplexi sacrum baptisma receperunt et bona fide novum matrimonium inierunt cum cristianis mulieribus absque ulla praevia monitione, sive quia ipsius necessitatem ignorabant, sive quia nimis distabat vendita uxor, sive quia nesciebant ubi nunc degeret, sive tandem quia timebant ne propter monitionem male haberentur apud secundum maritum et de religione Christiana apud praefectos accusarentur. Quaeritur: 1. An matrimonium in his circumstantiis factum validum sit? 2. Num ct quandonam competat Vicariis apostolicis huius partis ius dispensandi a praedicta monitione, praecipue si ex secunda uxore Christiana liberos susceperit Christianus? Si vero non competat, suppliciter postulatur. 3. Quando istae mulieres sic venditae ad provincias migrarunt, in quibus abundat Christianorum numerus, nec possunt inveniri nec ullum nuntium de illis est, num ignorantia facti utrum forsan Christianae factae fuerint, antequam venditor transiret ad secundas nuptias, dispensationem debeat impedire? 4. Denique utrum in hypothesi in qua possint moneri istae mulieres, sufficiat semel ipsas hortari sive per se, sive per alium, ut fiant Christianae, nihil dicendo de matrimonio, ita ut si hac vice nolint praedictae mulieres converti, licitum sit parti fideli transire ad novas nuptias? — R. Ad 1.um 2.0ra 3.„„a Supplicandum SSmo pro concessione Indulti iuxta Breve Gregorii XIII. a. 1585., et Instruet. S. 0. a. 1760., quae transmittatur: quo Induito obtento, posse Vicarium apostolicum uti facultate dispensandi ad formam enuntiati Br. Gregorii XIII. et Instructionis. Ad 4.-“ Negative ». — S. C. de P. F. 3. lan. 1777. Missionar. Prov. Sutchuen. in Sinis.

«1. An sub nomine legitimi impedimenti, per quod dispensatur coninx fidelis ab interpellatione coniugis infidelis, veniat sola praesumptio impudentiae viri, qui, sicut prima vice uxorem vendidit, timendum videtur ne, eadem recuperata, secundo etiam vendere audeat? 2. An veniat sola praesumptio quod pars infidelis nolit redire, quia scilicet in praecedenti cohabitatione, vel ob diversitatem temperamentorum, vel aliis ex causis, ambo inter se discrepabant, continuisque agitabantur dissensionibus? 3. An veniat sola praesumptio quod maritus infidelis, ex eo quia iam transiit ad alias nuptias, nolit rciicere secundam uxorem ut primae rursus adhaereat: vel, si forte velit rursus suscipere primam, nolit tamen reiicere secundam, sed ambas simul retinere? 4. An veniat solus timor christianorum, ne scilicet pars infidelis, ob interpellationem illi factam intclligens tali in loco haberi christianos, possit exinde Christianae religioni molestiam afferre? — R. Ad 1."“ 2.”r0 et 3.n,n Negative. Ad 4.„„n In huinsmodi casu, consulatur Sedes Apostolica». — Clemens XIV. in C. S. O. 23. Nov. 1769. Vie. Ap. Chensi et Chansi.

De omissione alterutrius partis interpellationis

‹ Christiani quando faciunt interpellationes prioris coniugis infidelis, si coniux infidelis respondeat ſ‹? *celle recipere suam consortem fidelem,* tunc interrogant illam *an relit converti,* et an saltem consentiat cohabitare pacifice sine contumelia Creatoris. At si pars infidelis statim respondeat se *nolle amplius recipere priorem coniugem fidelem* aut ad illam reverti, tunc nihil ulterius interrogant, quia timent ne pagani magis indignentnr et blasphement contra religionem Christianam. Quaeritur igitur an possit permitti parti fideli, ut eum alio fideli contrahat matrimonium. etiamsi in interpellatione prioris coniugis infidelis omissa fuerit interrogatio, an velit converti, et an saltem consentiat simul cohabitare sine contumelia Creatoris? Quod si S. V. consuerit omissionem dictarum interrogationum, *an coniux infidelis relit converti, et an velit saltem cohabitare sine contumelia Creatoris,* reddere nullam interpellationem aut insufficientem, ita ut ex vi huiusmodi interpellationis, pars fidelis non possit valide aliud matrimonium contrahere cum aliquo fideli, tunc humiliter supplicat Vicarius Ap. praedictus, ut S. V. sanet in radice inulta matrimonia, quae in Vicariatu Sutchuensi contracta sunt post interpellationem factam sine dictis interrogationibus. — Gregorius XVI., perpensis expositis, benigne matrimonia ut supra contracta in Vicariatu Sutchuensi; curn omissione interrogationum, prout in supplici libello exponitur, in radice sanat atque convalidat perinde ac si in matrimoniis contractis interpellationes factae fuissent ». — S. C. de P. F. 17. lan. 1836. Vic. Ap. Sutchuens.

« Num sola de religione amplectenda sufficiat interrogatio, *utrum* scilicet pars in infidelitate remanens *velit converti necne,...* an potius interpellatio, *utrum* saltem pars in infidelitate perseverans *absque Creatoris contumelia cohabitare consentiat,* sit quoque essentialis, et absolute requisita: ita ut, illa praetermissa, non solum non licite sed etiam non valide matrimonium dissolvi queat ? — R. Interpellandum esse coniugem infidelem non solum an converti velit, sed etiam, casu quo nolit converti, an velit cum coniuge fideli cohabitare sine contumelia Creatoris, iuxta dispositionem Innocent. III. C. *Quanto* de Divort. ». — S. C. de P. F. 5. Mart. 181G., S. 0., S. C. de P. F. 25. lan. 1886.

De discessu coniugis infidelis, impediti, post longam habitationem, propter discordias aliasque causas, recusantis educationem prolis in religione Christiana, post obtentam dispensationem, propter adulterium ; de discessu quoad catechumenos.

‹ Quidam ad fidem nuper conversi interpellant coniugem infidelem, an velit converti vel saltem habitare pacifice. Respondet illa se quidem velle, sed detineri a secundo marito vel a creditore, qui illam abire non sinunt. Quaeritur utrum in hoc casu coniux conversus possit ad alias transire nuptias? — R. Affirmative: nempe conversum de quo agitur, si non est legitime ab Apostolica Sede dispensatus, teneri ex Divino praecepto ad faciendam in praesenti casu una vice interpellationem alteri coniugi; posse autem eam facere pluries ex mera caritate. Expleta autem a converso hac divinitus iniuneta conditione, si pagana uxor ad ipsum non redierit intra iustum aliquod et rationabile temporis spatium,

posse praefatum conversum, licite et valide, alias inire nuptias cum muliere tamen Christiana, dummodo vir non sit causa impedimenti quo mulier detineatur*. — S. O. 12. Iun. 1850. Vio. Ap. Cocincinae Occidentalis, C. 1320. 1333. 1362.

‹ Saepe contingit ut, ex duobus infidelibus, alter convertatur ad fidem, alter converti quidem tunc nolit, consentiat tamen cohabitare cum fideli sine contumelia Creatoris et quin eum pertrahat ad mortale peccatum, imo promittat se quoque fidem postea amplexaturum, quod ob aliquam specialem rationem aliquandiu differre necessarium ducit. Quare fidelis infidelem non dimittit, sed cohabitare pergunt ut coniuges idque ad longum tempus et aliquos etiam annos: at postea infidelis, mutata voluntate, non solum converti non vult, sed tentât fidelem pertrahere ad idolorum cultum, vel discedit nec iam consentit habitare cum illo, imo ad alias nuptias ipse transit. Quaeritur:

1. An in hoc casu possit etiam fidelis derelictus discedere, et ad alias nuptias transire, habeatque hic locum privilegium ab Apostolo promulgatum: *Si infidelis discedit, discedat?* 2. An id solum habeat locum quando infidelis discedit odio fidei, an etiam quando discedit propter discordias, vel aliam causam a fide diversam? 3. An etiam possit fidelis transire ad alias nuptias quando fidelis quacumque de causa ab eo discessit, nec sciri potest vivat adhuc necne? 4. An fidelis, qui ex dispensatione valide contraxit matrimonium cum infideli transire possit ad alias nuptias, si infidelis discedat, vel cohabitare nolit, vel eum pertrahat ad mortale peccatum? 5. An aliquo, et quanto tempore possit fidelis post conversionem cohabitare cum infideli, quin privetur potestate transeundi ad alias nuptias?

B. Ad 1.^m^ In casu de quo agitur, affirmative. Ad 2.^ra^ Cum militet ex parte coniugis conversi favor fidei, eo potest uti quacumque ex causa, dummodo insta sit, nimirum si non dederit iustum ac rationabile motivuni alteri coniugi discedendi (e. g. adulterium), ita tamen ut tunc solum intelligatur solutum iugnm vinculi matrimonialis cum infideli, quando coniux conversus (renuente altero post interpellationem converti) transit ad alia vota cum fideli. Ad 3.^um^ Praemittendam esse interpellationem, qua intimetur coniugi infideli an velit converti, a qua interpellatione Apostolica Sedes iustis de causis dispensat. Ad 4.^um^ Si fidelis, praevia dispensatione, contraxit matrimonium cum infideli, censetur illud contraxisse cum explicita conditione, dummodo nimirum infidelis secum cohabitare velit absque contumelia Creatoris: quare, si infidelis non servet supradictam conditionem, adhibenda sunt iuris remedia ad hoc ut eam servet; alias separari debent quoad torum et cohabitationem, non tamen quoad vinculum; quocirca in casu de quo agitur, coniuge infideli superstite, non potest fidelis ad alia vota transire. Ad 5.^nra^ Conversus ad fidem, in ipso conversionis momento non intelligitur solutus a vinculo matrimonii cum infideli adhuc superstate contracti, sed tunc acquirit tantummodo ius transeundi ad alias nuptias, cum coniuge tamen fideli, idque si coniux infidelis renuat post interpellationem converti. Cacterum tunc *solum* coningii vinculum dissolvitur, quando coniux conversus transit cum effectu ad alias nuptias. Si gentilis conversus ante susceptionem baptismi habeat plures uxores, et prima recusat amplecti fidem, tunc legitime potest quamlibet ex illis retinere, dummodo fidelis fiat, sed in hoc casu contrahentes

mut nom consensum coram parocho et testibus renovaro délient ». — Clemens XIII. in S. C. S. 0. 5. Aug. 1759. epise. Coceineusi, S. C.de P. F. 30. lan. 1807. Vie. Ap. Sutch tiens.

‹ Recusatio educationis prolis iu religione catholica aequivalet contumeliae Creatoris *. — S. C. S. 1.14. Dec. 1848.

Infidelis ad fidem conversas, coninge infideli post interpellationem discedente, nubere potest infideli ex dispensatione apostolica. Per eam, cessante disparitatis cultus impedimento, ita nubens * a vinculo prioris coningii solutus dicendus est, ac si fideli nupsisset ». — S. C. de P. F. 28. Maii 1846.

« Vetitum omnino est Christianis nubere pagano: quod si, praevia dispensatione disparitatis cultus a S. Sede obtenta, quandoque eiusmodi matrimonia fieri contingat, notum est. illud indissolubile futurum quoad vinculum et solum quoad torum posse dissolvi, si motiva canonica adsint a iudice ecclesiastico agnoscenda. Numquam proinde, vivente illo viro infideli, licet concnbinario, poterit Christiana mulier secundas inire nuptias. Si vero agatur de uxore pagana alicuius pagani conci;binarii, quae convertitur, tunc facta interpellatione, ut supra, si renuat converti, aut cohabitare absque iniuria Creatoris, ac proinde desinere a concubinatu, qui sine iniuria Creatoris certe haberi nequit, poterit uti privilegio in favorem tidci. Generarim, si coniugis conversio praecesserit matrimonium cum infideli, praevia dispensatione apostolica initum, nullo modo illo frni potest privilegio in favorem fidei concesso; si vero matrimonium praecesserit conversionem, tunc pars conversa poterit uti eo privilegio, servatis servandis, ut dictum est... ». — S. C. S. 0. 4. Iui. 1855.

« Si fidelis, *habita dispensatione.* contraxit matrimonium *cum infideli,* qui nulla ratione habita factae promissionis in contrahendo matrimonio post aliquod tempus coningem fidelem protrahat ad peccatum, vel non velit cum ipsa vivere, nisi cum contumelia Creatoris, vel etiam discedat, adhibenda sunt inris media ad hoc, ut factam promissionem servet, vel si servare renuit, separari debent quoad thornm, et habitationem; at quoadusque ipse vivit pars fidelis non potest ad alia vota transire ». — S. C. S. 0.1. Aug. 1755.

« ...Si matrimonium cum infideli initum dispensatione convalidatum fuit, tanquam indissolubile et esse et haberi debet, nec ulla profecto erit potestas, quae huiusmodi matrimonium possit dissolvere, quippe quod res est quae nullum sane dubium admittit, cum validi et consummati matrimonii indissolubilem esse nodum sit dogma religionis Christianae».— S. C. de P. F. 15. Febr. 1781. ' v

«In casu matrimonii dissolvendi ex privilegio in favorem fidei promulgato ab Apostolo, duo haec tantum spectanda, de quibus fieri debet interpellatio. 1. Utrum pars infidelis velit converti. 2. Utrum saltem velit cohabitare sine contumelia Creatoris, *nulla praeterea habita ratione, utrum necne praecesserit sive adulterium sire repudium* ».— S. C. de P. F. 16. lan. 1797.

« Responsa seu decreta, alterum Supremae Inquisitionis d.5. Aug. 1759. 11 invicem pugnant... In casu enim a Coccinensi episcopo proposito a. 1759... quaerebatur insuper utrum parti fideli maneret pariter integrum privilegium fidei, etiamsi infidelis ab ea discederet ob alias causas ab eius conversione ac fide indepen-

dentes et *ueyative* responsum fuit, si pars fidelis, post longum tempus pacificae cohabitationis post conversionem, praeberet parti infideli iustam et rationabilem discedendi causam, puta per adulterium, oh idque additum fuit: *dummodo pars (idelis iustum ac rationabile motivum non dederit discedendi.*

Vice versa in Deceto huius S. C. a. 1797. actum fuit de casu, in quo adulterium partis fidelis perpetratum fuerat ante eius conversionem, repudio inde secuto, et quaesitum fuit, an pars iam adultera et repudiata, si postea Christianam fidem amplexata fuisset et pars infidelis cohabitare cum illa rccusasset, uti posset privilegio favore fidei concesso, et ad alias nuptias transire, et iuste responsum fuit: *affirmative, praemissa tantum interpellatione,* nullaque praeterea habita ratione utrum necne praecesserit sive adulterium, sive repudium, quoniam adulterii macula praecedens per conversionem et baptismum sublata censenda erat, et pars infidelis irrationabiliter et iniuste in suscepto consilio perseverabat minime se parti fideli reconciliandi. Quare si in hoc casu infidelis, accepta interpellatione, recipere partem fidelem et habitare cum illa absque Creatoris iniuria recuset, iustum non est, ut ob irrationabilem hanc conversionem pars fidelis in statu voluntariae continentiae, cum peccandi periculo, maneat ». — S. C. de P. F. 30 Ian. 1807.

« I. Quaeritur utrum dispensatio a vinculo matrimonii, quae dari solet ab Ecclesia, positis ponendis, post baptismum unius partis, potest applicari in casu, in quo, post baptismum unius, duae partes non cessarunt habere connexionem, et consummarunt matrimonium sicut ante baptismum? — II. Matrimonium valide contractum ante baptismum inter duos infideles potestne dissolvi, quando, post baptismum unius, pars infidelis promittit quidem se non inquietare mulierem baptizatam in professione christianitatis, sed ille recusat dimittere alias uxores illegitimas, vel non vult promittere se servaturum leges evangelii circa monogamiam? — III. In casu praecedenti, si matrimonium dissolvi potest, mulier baptizata tencturne recurrere ad dispensationem pro dissolutione matrimonii? — IV. Mulier baptizata potestne recurrere ad dispensationem, quando praenoscit, quod, facta dissolutione matrimonii, educatio prolis susceptae penitus erit in potestate viri eius infidelis? — V. Si dispensatio dari non potest, mulier legitima, quae fit Christiana, post coversioncni, potestne cohabitare eum marito infideli, qui simul in eadem domo retinet uxores alias illegitimas? — VI. Puella Christiana, obtenta dispensatione disparitatis cultus, potestne legitime contrahere matrimonium cum infideli, qui non promittit se a polygamia abstinere in futurum? — VII. Bertha, adhuc infidelis, contrahit matrimonium cum infideli statim ac pervenit ad annos pubertatis; et post duos annos relinquit virum suum, nulla suscepta prole, et ambo currunt ad alias nuptias, imo vir accipit plurimas uxores, et fit polygamus. Sed nunc mulier aetate provecta, audito missionario, vult baptizari: potestne illa mulier dispensari a vinculo matrimonii, contracti cum primo marito, non postulato consensu cius, et sic remanere cum secundo marito, ex quo illa suscepit prolem? — VIII. Apud quosdam infideles detestabilis viget consuetudo, insta quam vir, post commissum adulterium cum uxore alterius, administrat remedium uxori adulterae, cuius effectus erit inferre mortem super legitimum maritum, eo ipso quod postea habebit connexionem cum

uxore sua. Unde postulatur, utrum vir legitimus, qui nolit cohabitare eum uxore sua post adulterium commissum, si convertitur ad fidem, poterit dispensari a vinculo matrimonii sui contracti in infidelitate, et ducere alteram uxorem, etiamsi infidelis uxor adultera vellet et ipza baptizari?

EE'. et RR. PP. ad singula postulata responderunt iuxta sequentem modum, hisce tamem praenotatis: l.° Supra scripta postulata intelligi de privilegio a Christo Domino in favorem fidei concesso et per Apostolum Paulum I. ad Cor. \ [II. 12. seq. promulgato. — 2.° Hoc privilegium divinum in eo consistere, quod, stante matrimonio legitime in infidelitate contracto, et consummato, si coniugum alter Christianam fidem amplectitur, renuente altero, in sua infidelitate obdurato, cohabitare cum converso, aut cohabitare quidem volente, sed non sine contumelia Creatoris, hoc est non sine periculo subversionis coningis fidelis, vel non sine execratione sanctissimi nomini Christi, et Christianae religionis despicientia, tunc integrum sit converso transire ad alia vota, postquam infidelis interpellatus aut absolute recusaverit cum eo cohabitare, aut animum sibi esse ostenderit cum illo quidem cohabitare, sed non sine Creatoris contumelia.—3° Iuxta idem divinum privilegium, coningem conversum ad fidem, in ipso conversionis puncto non intelligi solutum a vinculo matrimonii cum infideli adhuc superstite contracti, sed tunc, si coninx infidelis renuat, acquirere ius transeundi ad alias nuptias cum tamen coniuge fideli. Ceterum tunc solum coniugii vinculum dissolvi, quando coninx conversus transit cum effectu ad alias nuptias. — Hinc: Ad I. Si quando evenerit, ut stante duorum infidelium matrimonio, alter coniugum ad fidem conversus baptismum susceperit, atque cum infideli coniuge pacifice, et sine contumelia Creators cohabitaverit, si postmodum infidelis, quin tamen pars fidelis rationabile motivum dederit discedendi, nedum converti recusaverit, sed insuper fracta fide de pacifica cohabitatione, aut odio religionis discesserit, aut sine contumelia Creatoris cohabitare noluerit, vel fidelem ad peccatum mortale, aut ad infidelitatem trahere tentaverit, integrum erit coningi fideli ad alia vota transire. —Ad II. Si agatur de uxore pagana alicuius pagani concnbinarii, quae convertitur, tunc, facta interpellatione, si renuat conveni, aut cohabitare absque iniuria Creatoris ac proinde desinere a concubinatu, qui sine iniuria Creatoris certe haberi nequit, poterit uti privilegio in favorem fidei concesso. — Ad III. Quando coninx infidelis rite interpellatus, aut absolute recusaverit cum coniuge ad fidem converso cohabitare, aut animum sibi esse ostenderit cum illo quidem cohabitandi, sed non sine Creatoris contumelia, vel absque eo quod se a concubinatu abstinere perpetuo velit, tunc coninx conversus, praehabito superioris ecclesiastici indicio, separari debet ab infideli, et poterit, si velit, uti privilegio seu divina dispensatione in favorem fidei concessa, et sic ad alia vota transire cum persona fideli. — Ad IV. Si coningi converso impossibile prorsus sit filios e potestate alterius coningis in infidelitate obdurati, subducere, nec fas sit, praemissa iuridica et formali interpellatione, cum eo cohabitare, vel quia ille non vult, vel non sine contumelia Creatoris vult cohabitare, praehabito indicio superioris ecclesiastici, integrum erit ad alia vota transire, fimia tamen manente obligatione, qua semper tenetur, curandi, si quo modo poterit, catholicam filiorum educationem.— Ad V. Provisum in praecedentibus. — Ad VI. Ne-

gative et in similibus casibus missionarii, qui ex concessione apostolica pollent facultate dispensandi super disparitate cultus, caveant ne dispensationem concedant, nisi remoto polygarniae periculo. — Ad VII. Quum agatur, uti supponitur, de matrimonio legitimo in infidelitate contracto, mulier separetur a secundo viro omnino et cum effectu; etsi ob gravissimas causas et rcalcm impotentiam separari nequeat quoad habitationem, separetur saltem quoad torum et consuetudinem; nullum amplius habens cum eodem viro tractum, aut carnale commercium. Deinde de more instruatur^ ei praecipue notificando, quod suscepto baptismo non dispensetur ab obligatione, quam habet redeundi ad primum maritum; et quatenus post debitam instructionem constet, eam moveri ad accipiendum baptismum ex vero religionis motivo, admittatur statim ad baptismum, coque collato, interpelletur omnino primus vir, et interrogetur utrum converti velit, aut sine contumelia Creatoris cum ea vitam traducturus sit, et de omnibus resultantibus R. P. D. Vicarius Apostolicus Sacram Congregationem certiorem faciat. Quod si vero summarie saltem, et extraiudicialiter constet coniugem in infidelitate relictum adeo esse absentem, ut moneri legitime non possit, aut monitum intra tempus in monitioue praefixum, suam voluntatem non significavisse, vel, si adiri quidem possit coninx infidelis, sed de comparte iam facta Christiana interpellari nequeat sine evidenti gravis damni ei vel Christianis inferendi periculo, quin huiusmodi damna cum necessaria circumspectione et cautela removeri possint, haec omnia Apostolicae Sedi renuntiabit vicarius apostolicus, expressis nominibus et expositis gravissimis causis pro obtinenda dispensatione super impedimento dirimenti disparitatis cultus, si praetensus secundus vir adhuc in infidelitate persistat, et narratis omnibus rerum, personarum, et facti adiunctis, ut in re tam gravis momenti procedi tuto possit. — Ad VIII. Matrimonium etiam in infidelitate contractum natura sua est indissolubile, et tunc solum quoad vinculum dissolvi potest virtute privilegii in favorem fidei, a Christo Domino concessi, et per Apostolum Paulum promulgati, quando coniugum alter Christianam fidem amplectitur, et alter nedum a fide amplectenda omnino renuit, sed nec vult pacifice cum coniuge converso cohabitare, absque iniuria Creatoris, ideoque non esse locum dissolutioni quoad vinculum matrimonii legitime contracti in infidelitate, quando ambo coniuges baptismum susceperunt vel suscipere intendunt ». — S. 0.11. Iui. 1866. Vie. Ap. Natal.

« Num verba D. Pauli 1. Cor. 7.15. *quod si infidelis discedit discedat,* ita intelligenda etiam sint de catechumenis, seu potius, utrum Titius catechumenus possit ducere Bertham catechumenam, et a suo marito infideli propter religionem repudiatam? —R. Negative, quia matrimonium non solvitur, nisi per baptismum ». — S. C. de P. F. 16. Ian. 1803.

981. — *De séparaitone thori et coluibitationis*

« Item sacramenti matrimonii vinculum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, haeresim, aut alias causas possit inter coniuges thori et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium contrahere fas esse ». — Prof. fid. Orient, praescr. ab Urb. VIII. et a Ben. XIV.

983.— *Divortium a indice laico petendum*

Mulier quaedam in rebus pecuniariis bonisque familiae gravia ex parte viri damna passa est. qui aufugiens eam filiolamque deseruit. Separationem iam ipsa obtinuit bonorum, plura tamen et gravia damna sustinere tenetur, nisi divortium petat.

<Dicta mulier expresse profitetur doctrinam Ecclesiae circa matrimonium et causas matrimoniales ad solos indices ecclesiasticos pertinere; expresse promittit se obtento divortio civili nunquam usuram ut novas attentet nuptias. An possit tuta conscientia agere apud civiles judices, ut civile divortium obtineat, eo tine ut se eximat a supramemoratis damnis et de suis bonis ac rebus libere disponat ? — Ii. Negative ». — S. Poenit. 14. lan. 1891.

‹ Mulier, vi sententiae separata a marito quoad torum, vellet ad vitam sustentandam quoddarn publicum munus suscipere. Sed gubernium id non sinit ni petat divortium. Ipsa petere vellet, sed, in sua intentione, semper salvo ligamine. Parochus, qui est et illius confessarius, petit num admitti possit ad sacramenta, et lumen seu consilium circa reliqua, nt infra. — K. Mulieri poenitenti, in casu, nihil aliud esse consulendum, nisi ut a petendo divortio sub gravi se abstineat». — S. Poenit. 5.lan. 1877. Ad paroeb. Galliae. — Cf. M. E. V. 7. P. 2. p. 221. 225.

984. — *An haeretici generatim obnoxii sint impedimentis dirimentibus iuris ecclesiastici?*

‹ ...Non ideo recedendum nobis est ab uniformi praedecessorum nostrorum sententia et ab ecclesiastica disciplina, quae non probant matrimonia inter partes utrinque haereticas vel inter catholicam unam et haereticam alteram, idque inulto minus casu, quo dispensatione in aliquo gradu opus sit... Ex verbis epistolae Bened. XIV. supracitatis intellexeris certe, sermonem esse de dispensationibus, quae locum habent non minus dum agitur de matrimoniis simplicibus inter partem catholicam et haereticam, quam de gradibus parentelae, in quibus sibi invicem forent contrahentes. Et reipsa casus ille de quo Pontifex a. 1750. interloquebatur cum episcopo Wratislaviensi, concernebat dispensationes in gradibus, circa quos mentem suam, prout retulimus, exposuit in terminis merae tolerantiae, ex iis, quae praevie sibi nota erant, consequentis, sed hoc ipsum est, quod nos facere non possumus, quoniam in hypothesi tunc exsistente praxis dispensandi in gradibus pro matrimoniis mixtis inveterata erat in isto loco; cui se opponit regula, in aliis casibus magis recentibus per praedecessores nostros et per nos ipsos adoptata, scilicet cum dispensatio gratia sit, reservatur haec fidelibus sub Ecclesiae obedientia viventibus; unde ad haereticos non debet extendi, qui non agnoscendo eiusdem auctoritatem per hoc se reddunt similis indulgentiae indignos: vel ad summum poterit dispensatio in gradibus ab episcopis concedi in aliquo particulari casu, qui non sit strictior illis, qui in formula comprehenduntur, et in quo concurrat causa urgens et publica, non autem privatum aliquod commodum, vel effrenis animi contrahentium impetus...» — Rescript. Pii VI. ad Card, de Frankenberg Archicp. Mechliniens. Episcoposque Belgii 13. lui. 1792.

Verum enimvero, inquis, quia haeretici in Hangaria matrimonia inter se etiam in gradibus prohibitis contraherent vigore solius regiae concessionis, iure merito mihi quaeri posse videtur: quidnam de Uniusmodi matrimoniorum valorc sit pronunciamlum? At nisi Ecclesiae, cuius auctoritate introducta sunt, legitima impedimentorum dispensatio intercesserit, invalida esse in eadem Bened. XIV. declaratione satis aperte decernitur. Statuit enim, ut vel in ipsis Foederati Belgii Provinciis matrimonia inter haereticos, etiamsi forma a Trid. praescripta non fuerit in iis celebrandis observata, pro validis habeantur, dummodo aliud non obstet canonicum impedimentum, qua exceptione manifeste ostendit, si quod aliud subsit canonicum impedimentum, quale est, quod ex gradibus prohibitis enascitur, huinsmodi matrimonia non valere...» — Responsum S. C. C. ad Episcop. Rosnaviens. 20. Aug. 1780. Cf. Bened. XIV. Const. *Magna nobis* 29. lun. 1780., Const. *Ad tuas manus* 8. Aug. 1748., Constit. *Singulari nobis* 9. Febr. 1750.

994. — *Prohibitio, (piam S. C. facit parti impotenti, in causis impotentiae. clins contrahendi nuptias, non obtenta ab eadem S. C. licentia, non inducit impedimentum dirimens.* — Cf. A. S. S. V. 6. p. 518.. V. 11.]». 595.

Matrimonia ab impuberibus in infidelitate contracta

«Quando coniuges in infidelitate relicti, matrimonio nondum consummato, fidem amplecti nolunt, matrimonia eorum in impubertate contracta, haberine poterunt tanquam mera sponsalia de futuro, suo coniuge nondum ad fidem converso? — R. Dummodo constet nullum adfuisse impedimentum iuris naturalis vel divini, et praesertim contrahentes suum consensum praestitisse, non esse sponsalia sed vera matrimonia. »— S. 0., S. C. de P. F. 25. lan. 1886.

995. — *De excisione ovarii*

«Xum mulier per utriusque ovarii excisi defectum sterilis effecta, ad matrimonium ineundum permitti valeat et liceat necne? — R. Re mature diuque perpensa, matrimonium mulieris, de quo in casu, non esse impediendum ». — S. 0. 3. Febr. 1887., S. Poenit. 2. Iui. 1891.

996. — *De prioris coniugis certa vel dubia morte*

«Si omnes circumstantiae ad mortem prioris coniugis ante secundas nuptias, de quarum valorc agitur, adstruendam conspiraverint, index sententiam proferre contra secundum matrimonium non poterit: non enim constaret de eius nullitatc. Quod si de matrimonio contrahendo agatur, hoc permitti nunquam poterit, donec de morte prioris coniugis certo constiterit». — Instr. S. 0. 20. lun. 1883. n. 42., Instr. S. C. de P. F. 1883. n. 43. Cf. A. S. S. V. 18. p. 363. seqq., V. 24. p. 747. seqq., C. 1366.

«Se si abbia a permettere e con quali cautelc di contrarre nuovo matrimonio a quoi mariti che dopo 10, o 14 anni non abbian potato aver notizia della propria moglie. — R. Cuiuscumque temporis lapsum non sufficere, ut coniugibus liceat novas inire nuptias, nisi prius constiterit morali certitudine priorem couiugem obiisse, prout ex C. *Di praesentia* 19. *de Sponsalibus* ». — S. C. de P. F. 21. Apr. 1788.

« Beatissimo Padre. — Il Vescovo N. N.. prostrato ai piedi dolia S. V., espone che nella sua diocesi, ed anche altrove, trovansî non poche giovani. sposate ecclesiasticamente con soldati che prosero parte in Africa nella battaglia di Adua. o di cui non si è avuta più notizia, non estante le minute ricerche fatte dal Governo Italiano; e pero si siippongono morti. Ûr trovandosi esse in relazione con altri giovani con cui desiderano unirsi in legittimo matrimonio, chiedono il documento di liberta.— II sottoseritto Vescovo, temendo gravi sconcerti dal diniego di tal documento, sopratutto il pericolo dei eontratto meramente civile, fa umili istanze per conoscere com'egli debba in cio regolarsi.— R. Dummodo agatur de viris qui certo adstiterunt pugnae de Adua, et, peractis opportunis iiwestigationibns. indubitanter dignosci nequeat an vir reapse mortuus ceciderit, attentis specialibus circumstantiis in casu exposito occurrentibus, et valida praesumptione obitus, Ordinarius permittere poterit transitum ad alias nuptias ». — S. C. S. 0. 20. Ini. 1898.

Dicitur in hoc Rescripto *permitti poterit,* quia agitur de magna quidem probabilitate; sed non *constat* cum omni certitudine de obitu viri.

De matrimonio dubio

«....Insuper Emi Patres animadverterunt, missionarins quoad matrimonia infidelium istius regionis videri in hanc etiam opinionem devenisse, *in dubio standum esse pro invaliditate matrimonii;* idque adeo, ut pars, quae petit baptismum, repelli debeat a baptismo, nisi aut se separet ab altera parte, ant matrimonium cum eadem renovet, etiamsi ea quae baptismum petit, sit in bona fide, neque per eam stet, quominus matrimonium renovari nequeat: quae sane probari haud facile possunt. Nosti enim in matrimoniis contrarium vigere principium, hoc est: *in dubio standum esse pro validitate matrimonii.* Licet autem ab hoc principio aliquando recedere aequum sit, quando nimirum ut plerumque contingit in matrimoniis infidelium quaestio agitur de facto, utrum scilicet matrimonium fuerit unquam contractum, necne: nihilominus hoc etiam in casu non est continuo properandum ad principium contrarium. In primis enim videndum est, utrum matrimonium, de cuius exsistentia missionarins dubitat. possessionem pro se obtendere merito possit. Hoc enim si contingat, perperam a missionario indicaretur, standum ei esse pro invaliditate, cum inra possessionis servanda sint, donec de contrario perspicue constet. Id autem Emi Patres eo magis animadverti voluerunt, quod ex iis, quae narras, apparet, eiusmodi casus esse valde frequentes. Ais enim id saepe evenire, quod mulier, quae baptismum petit, *in bona fide sit,* adeoque censeat se veram ac legitimam uxorem esse, itemque ceteros ex eius cum viro suo coniunctione *nullum scandalum pati,* adeoque ipsos etiam censere, eam in insto esse coniugio, virum autem infidelem, etsi nihil aperte dicat, nihilominus neque mulieris, neque populi opinioni contradicere, cumque ipsa agere tanquam cum vera uxore: quae porro eiusmodi sunt, ut eorum coninnctioni matrimonii nomen et possessionem vindicare videantur».— Instr. S. O.18. Dec. 1872., C. 1300.

«Ceterum in hac re index sciat, matrimonium esse per se factum quoddam solemne et publicum, quod semper validum censeri debet, nisi evidentes rationes eiusdem nullitatem demonstraverint. Ideo curandum quidem omni studio atque diligentia, ut rationes istae colligantur, sed

indicium contra matrimonium nunquam erit pronunciandum, nisi earum complexio omne prudens dubium de exsistentia impedimenti excludat».— Instr. S. C. de P. F. 1883. n. 40., A. S. S. V. 18. p. 381.

Quibus indiciis probetur mors alicuius coniugis

‹ Matrimonii vinculo duos tantummodo, Christo ita docente, copulari, et coniungi posse, alterutro vero coniuge vita functo, secundas, imo et ulteriores nuptias licitas esse, dogmatica Ecclesiae Catholicae doctrina est.

Verum ad secundas et ulteriores nuptias quod attinet, cum de re agatur, quae difficultatibus ac fraudibus haud raro est obnoxia, hinc Sancta Sedes sedulo curavit modo Constitutionibus generalibus, saepius autem responsis in casibus particularibus datis, ut libertas novas nuptias ineundi ita cuique salva esset, ut praedicta matrimonii unitas in discrimen non adduceretur.

Inde constituta sacrorum Canonum, quibus, ut quis possit licite ad alia vota transire, exigitur, quod de morte coniugis certo constet, uti cap. *Dominus, de Secundis nuptiis,* vel quod de ipsa morte recipiatur *certum nunciam,* uti cap. *In praesentia, de Sponsalibus et matrimoniis.* Inde etiam ea, quae explanatius traduntur in Instructione *Cum alias, 21. Augusti 1670.* a Clemente X. sancita, et in Bullario Romano inserta super examine testium pro matrimoniis contrahendis in Curia Emi Vicarii Urbis et ceterorum Ordinariorum. Maxime vero, quae propius ad rem facientia ibi habentur nn. 12. et 13.

Et haec quidem abunde sufficerent, si in eiusmodi causis peragendis omnimoda et absoluta certitudo de alterius coniugis obitu haberi semper posset; sed cum id non sinant casuum propemodum infinitae vices (quod sapienter animadversum est in laudata instructione his verbis: *Si tamen huiusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, (piae de iure communi possunt admitti, dummodo legitimae sint et sufficientes),* sequitur, quod, stantibus licet principiis generalibus praestitutis, haud raro casus eveniunt, in quibus ecclesiasticorum praesidum indicia haerere solent in vera iustaque probatione dignoscenda ac statuenda: imo, cum pro summa illa facilitate, quae aetate nostra facta est, remotissimas quasque regiones adeundi, in omnes fere orbis partes homines divagentur, eiusmodi casuum multitudo adeo succrevit, ut frequentissimi hac de re ad supremam hanc Congregationem habeantur recursus, non sine porro partium incommodo, quibus inter informationes atque instructiones quas pro re nata, ut aiunt, peti mittique necesse est, plurimum defluit temporis, quin possint ad optata vota convolare.

Quapropter Sacra eadem Congregatio huiusmodi necessitatibus occurrere percupiens, simulque perpendens, in dissitis praesertim missionum locis ecclesiasticos praesides opportunis destitui subsidiis, quibus ex gravibus difficultatibus extricare se valeant, e re esse censuit uberiorem edere instructionem, in qua, iis quae iam tradita sunt, nullo pacto abrogatis, regulae indigitentur, quas in eiusmodi casibus haec ipsa S. Congregatio sequi solet, ut illarum ope, vel absque necessitate recursus ad Sanctam Sedem, possint indicia ferri, vel certe, si recurrendum sit, status quaestionis ita dilucide exponatur, ut impediri longiori mora sententia non debeat. Itaque

1. Cum de eoniugis morte quaestio instituitur, notandum primo loco. qu«»d argumentum a sola ipsius absentia qiiantaciimque licet a legibus civilibus tere ubique admittatur) a sacris canonibus minime sufficiens ad iustam probationem habetur. Unde sa. me. Pius VI. ad archiepiscopuni Pragensem die II. Inlii 1789. rescripsit, solam eoniugis absentiam, atque omnimodum eiusdem silentium s r/zs *argumentum non esse ad mortem comprobandum,* ne tum quidem, eum edicto regio coniux absens evocatus idemque porro dicendum est, si per publicas ephemerides id factum sit) nullum snimet indicium dederit. *Quod enim non eomparuerit,* idem ait Pontifex, *non magis mors in causa esse potuit, quam eius contumacia.*

2. Hinc ad praescriptum eorundem sacrorum canonum, documentum authenticum obitus diligenti studio exquiri omnino debet; exaratum scilicet ex regestis paroeciae, vel xenodochii, vel militiae, vel etiam, si haberi nequeat ab auctoritate ecclesiastica, a gubernio civili loci, in quo. ut supponitur, persona obierit.

3. Porro quandoque hoc documentum haberi nequit; quo casu testium depositionibus supplendum erit. Testes vero duo saltem esse debent, iurati. fide digni, et qui de facto proprio deponant, defunctum cognoverint, ac. sint inter se concordes quoad locum et causam obitus, aliasque substantiales circumstantias. Qui insuper, si defuncti propinqui sint, aut socii itineris, industriae, vel etiam militiae, eo magis plurimi faciendum erit illorum testimonium.

4. Interdum unus tantum testis examinandus reperitnr, et licet, ab omni iure testimonium unius ad plene probandum non admittatur, attamen. ne coniux alias nuptias inire peroptans, vitam caelibem agere cogatur. etiam unius testimonium absolute non respuit suprema Congregatio in dirimendis huiusmodi casibus, dummodo ille testis recensitis conditionibus sit praeditus, nulli exceptioni obnoxius, ac praeterea eius depositio aliis gravibusque adminiculis fulciatur: sique alia extrinseca adminicula colligi omnino nequeant, hoc tamen certum sit nihil in eius testimonio reperiri, quod non sit congruum atque omnino verisimile.

5. Contingit etiam, ut testes omnimodo fide digni testificentur. se tempore non suspecto mortem eoniugis ex aliorum attestatione audivisse, isti autem vel quia absentes, vel quia obierint, vel aliam ob quamcumque rationabilem causam examinari nequeant: tunc dicta ex alieno ore, quatenus omnibus aliis in casu concurrentibus circumstantiis, aut saltem urgentioribus respondeant, satis esse censentur pro sequutae mortis prudenti indicio.

G. Verum haud semel experientia compertum habetur, quod nec unus quidem reperiatur testis, qualis supra adstruitur. Hoc in casu probatio obitus ex coniecturis, praesumptionibus, indiciis ct adiunetis quibuscumque, sedula certe et admodum cauta investigatione curanda erit, illa nimirum, ut pluribus hinc inde collectis, eorumque natura perpensa, prout scilicet urgentiora vel leviora sunt, seu propiore vel remotiore nexu cum veritate mortis coniunguntur, inde prudentis viri indicium ad eandem mortem affirmandam probabilitate maxima, seu morali certitudine permoveri possit. Quapropter quandonam in singulis casibus habeatur ex huiusmodi coniecturis insta probatio, id prudenti relinquendum est indicis arbitrio: heie tamen non abs re erit plures indicare fontes, ex quibus illae sive urgentiores, sive etiam leviores colligi et haberi possint.

7, Itaque in primis illae praesumptiones investigandae erunt, quae personam ipsius asserti defuncti respiciunt, quaeque profecto facile haheri poterunt a coniunctis, amicis, vicinis, et quoque modo notis ntrinsque eoniugis. In quorum examine requiratur er *gr.:*

An ille, de cuius obitu est sermo, bonis moribus imbutus esset: pie rcligioseque viveret, uxoremque diligeret; nullam sese occultandi causam haberet: utrum bona stabilia possideret, \'el alia a suis propinquis aut aliunde sperare posset.

An discesserit annuentibus uxore ct coniunctis; quae tunc eius aetas et valetudo esset.

An aliquando, ct quo loco scripserit, et num suam voluntatem quamprimum redeundi aperuerit, aliaque Imius generis indicia colligantur.

Alia ex rerum adiunctis pro varia absentiae causa colligi indicia sie poterunt.

Si ob militiam abierit, a duce militum requiratur, quid de eo sciat: utrum alicui pugnae interfuerit; utrum ab hostibus fuerit captus; num castra deseruerit, aut destinationes periculosas habuerit, *etc.*

Si negotiationis causa iter susceperit, inquiratur, utrum tempore itineris gravia pericula fuerint ipsi superanda; num solus profectus fuerit, vel pluribus comitatus; utrum in regionem, ad quam sc contulit supervenerint seditiones, bella, fames et pestilentiae, *etc., etc.*

Si maritimum iter fuerit aggressus, sedula investigatio fiat, a quo portu discesserit; quinam fuerint itineris-socii ; quo se contulerit; qnod nomen navis, quam conscendit: quis eiusdem navis gubernator ; an naufragium fecerit; an societas, quae navis cautionem forsan dedit, pretium eius solverit; aliaeque circumstantiae, si quae sint, diligenter perpendantur.

8. Fama quoque aliis adiuta adminiculis argumentum de obitu constituit, hisce tamen conditionibus, nimirum: quod a duobus saltem testibus fide dignis et iuratis comprobetur, qui deponant de rationabili causa ipsius famae : an eam acceperint a maiori et saniori parte populi, ct an ipsi de eadem fama recte sentiant; nec sit dubium, illam fuisse concitatam ab illis, in quorum commodum inquiritur.

9. Tandem, si opus fuerit, praetereunda non erit investigatio per publicas ephemerides, datis directori omnibus necessariis personae indiciis, nisi ob speciales circumstantias saniori ac prudentiori consilio aliter censeatur.

10. Haec omnia pro opportunitate casuum Sacra haec Congregatio diligenter expendere solet: cumque de re gravissima agatur, cunctis aequa lance libratis, atque insuper auditis plurium theologorum et iuris prudentum suffragiis, denique suum indicium pronunciat, an de tali obitu satis constet, ct nihil obstet, quominus petenti transitus ad alias nuptias concedi possit.

11. Ex his omnibus ecclesiastici praesides certam desumere possunt normam, quam in huiusmodi indiciis sequantur. Quod si, non obstantibus regulis hucusque notatis, res adhuc incerta ct implexa illis videatur, ad Sanctam Sedem recurrere debebunt, actis omnibus cum ipso recursu transmissis, aut saltem diligenter expositis». — Instr. S. C. S. O. 1868.

997. — *De impedimento consanguinitatis*

« Coniauctiones consanguineorum Heri prohibemus: quoniam eas ct divinae et saeculi prohibent leges. Leges enim divinae hoc agentes, et eos. qui ex eis prodeunt, non solum eiieiunt, sed maledictos appellant: leges vero infames tale eos vocant, et ab haereditate repellunt. Nos itaque, Patres nostros sequentes, infamia cos notamus et infames esse censemus». — Cone. Oecnmen. Lateran. I. a. 1123. can. 5.

Haec contra haeresim incestuosoriun. Ita vocabantur illi, qui propinquorum coniunctiones illicitas non esse contendebant, atque gradus consanguinitatis ad iuris civilis normam numerabant. Contra hos legem atque doctrinam canonicam defendunt Leo IX. in Syn. Rom. I. et Rhemen., Nicolaus II. in Rom., Alexander II. in Rom. 1063., praesertim vero in Rom. 1065., in qua Decretalem edidit, quae causa 35. q. 5. c. 2. habetur, Urbanus II. in Syn. Troiae, Lateran. Oecnmen. II. can. 17. «Conjunctiones consanguineorum omnino fieri prohibemus: huiusmodi namque incestum, qui fere, stimulante humani generis inimico, in usum versus est. sanctorum Patrum instituta et sacrosancta Dei detestatur Ecclesia ». Lateran. vero IV. gradus prohibitos ad numerum quaternarium reduxit.

‹ In casu stipitis intermedii ('secundi gradus) ex duobus inter se iterum in secundo gradu- consanguineis constituti, utrum unicum exsistat et declarari debeat, in libello supplici dispensationis, impedimentum consanguinitatis, videlicet illud solum, quod ex hoc proximiori stipite intermedio procedit: an insuper duo alia habeantur et declaranda sint impedimenta, provenientia a remotiori stipite communi (quarti gradus) per lineas in stipite intermedio coniunctas. — R. Negative ad I.0"; Affirmative ad 2.I“› — S. 0. 11. Mart. 1896.

« 1. Quando duo sponsi constituuntur in secundo aequali consanguinitatis gradu, et eorum avus et avia ipsi in secundo consanguinitatis gradu matrimonium contraxerant, ita ut devinciantur etiam quarto gradu consanguinitatis, utrum necessario petenda et obtinenda sit dispensatio super triplici impedimento, nempe in secundo et in duplici quarto..... 3. Dum duo fratres duas sorores duxerunt, num eorum soboles devincitur duplici vel quadruplici vinculo consanguinitatis in secundo aequali. — R. Ad 1.”“ Affirmative, ut in f. IV. d. 11. Mart. 1896. Ad 3.om Duplici tantum consanguinitatis impedimento in secundo gradu aequali ». — S. 0. 22. Febr. 1899., M. E. V. 1. p. 53.

1002. 1004. — *De affinitate ex copula illicita et licita*

An validae sint dispensationes quoad affinitatem ex copula licita seu matrimoniali, in quibus nulla facta fuerit mentio de copula illicita seu antimatrimoniali? — R. «Dispensationes in casibus expositis esse validas ». S. Poenit. 7. lun. 1842. Et hoc responsum declaratum fuit generale per Litt. eiusd. Poenit. 10. Dec. 1874. Cf. C. 1236.

Dispensatio in 1? *affinitatis gradu ex copula licita*

Clemens XI. Br. *Delata nuper* 9. Apr. 1712. statuit hac in re, observandas esse Litteras Alexandri VIII. 30. Maii 1690. tum etiam suas d. 2. et 29. Apr. ac 11. lun. 1701. ea de re editas.

«Non esse dubitandum de potestate Pontificis concedendi dispensationem in primo gradu affinitatis in linea recta, etiam ex copula licita inter vitricum et privignam; et c contra non expedire quod huiusmodi dispensationes concedantur ». — S. O. 4. Sept. 1743.

De affinitate in infidelitate contracta

«1. Vir infidelis, qui adhuc in infidelitate positus cognovit, sive publice, sive private, illicite tamen, mulierem quandam, sive fidelem, sive infidelem, potestne post susceptum baptismum valide et licite matrimonium contrahere cum consanguinea eiusdem cognitae mulieris, si ista consanguinea baptismum susceperit, sive ante, sive post copulam de qua agitur? — 2. Et quatenus affirmative, de quo valde dubitandum, idem infidelis ad fidem conversus, post mortem legitimae uxoris infidelis, possetne matrimonium contrahere cum consanguinea, usque ad 4. gradum inclusive, eiusdem defunctae uxoris, sive ista consanguinea baptismum susceperit ante, sive post mortem praedictae uxoris infidelis? — R. Ad 1.nin Negative. Ad 2.um egative ». — S. C. de P. F. 23. Aug. 1852.

« Iu istis missionibus saepe evenit ut minor fratris sui maioris defuncti uxorem ducat et postea convertatur; difficillime separari possunt propter prolem iam susceptam, vel periculum ne avertantur a fide. Ipsorum matrimonium invalidum tamen esse videtur, utpote a lege omnino prohibitum, etiam sub poena mortis. Verum post baptismum, ad convalidandum eorum matrimonium satisne est, ut tantummodo suum renovent consensum? — R. Praevia dispensatione ab impedimentis disparitatis cultus ac primi affinitatis gradus, per facultates quibus missionarii gaudent, consensum esse renovandum; quod si superventura mala deprehendantur, relinquendos esse in bona fide ». — S. C. I. 20. Sept. 1854.

« Adfinitatem, quae in infidelitate naturaliter contrahitur ex copula tum licita, tum illicita *non* esse impedimentum pro matrimoniis, quae in infidelitate ineuntur, evadere tamen impedimentum pro matrimoniis, quae ineuntur post baptismum, quo suscepto, infideles fiunt subditi Ecclesiae, eiusque proinde legibus subiecti ». — S. O. 26. Aug. 1891.

An sodomia impedimentum producat matrimonii

«An sodomia, cuiuscumque speciei sit, pariat impedimenta consanguinitatis, affinitatis, publicae honestatis, et an exprimenda sit in petitione dispensationis (quoties occurrit) et in casu cognationis spiritualis? — R. Negative ad omnia ». — S. Poenit. 2. Iui. 1885.

1009.1010.—*De spirituali cognatione quoad baptismum et confirmationem*

« An dispositio Cone. C. 2. S. 24. de R. M. decernens in sacr. baptismatis contrahi cognationem spiritualem inter suscipientem et patrem et matrem suscepti, habeat locum in baptismo sine solemnitatibus ob necessitatem sequuto? — R. Affirmative ». — S. C. C. 5. Mart. 1678. Cf. Marc Inst. Mor. Alph. Ed. 2. n. 2022. — Cf. n. 459.

« Cognationis spiritualis impedimentum haud contrahunt patrini, qui in supplendis baptismi solemnitatibus adhibentur ». — Instr. S. C. de P. F. 11. Sept. 1779., S. C. C. 13. Apr. 1669., 2. Oct. 1687.

Patrinum in confirmatione « non confirmatum non contrahere cognationem spiritualem ». — S. C. C. 13. lun. 1654., Lucidi C. 2. § 3. n. 142.

Patrini cum parentibus non contrahunt tot impedimenta matrimonium dirimentia quot eorum filios in eodem sacramento teneant: uno quidem tantum impediment,» cum eis tenentur, nisi eundem tiliam aut plures tmn in baptismo tum in confirmatione susceperint. — S. Poenit. 14. lan. 1881.es stylo curiae, S. 0. 29. Apr. 1894.

1011.— *De cognatione legali*

« An adoptio habenda sit pro impedimento canonico matrimonium dirimente in regno Tankini, quando iuxta leges et consuetudines eiusdem regni persona nondum sui inris adoptare potest, neque requiritur ut adoptans maior sit 25. annis, sieuti parum curatur utram sit masculus an femina: ipsi quoque eunuchi adoptare valent, neque habetur ratio aetatis adoptantis relative ad personam adoptatam, neque etiam requiritur personae adoptatae praesentia, vel eiusdem in adoptione consensus, ita ut etiam parvuli et puellae absentes ac veri consensus incapaces in iilios et filias adoptari possint? — **It** Negative». — S.C.deP. F. 14. lan. 1802.

«Cum in regno Galliae adoptionis ius modo legaliter sit receptum, quaeritur, an canonicum impedimentum adoptionis dirimens locum etiam habere debeat? — R. Affirmative,si res sit de adoptione legitime inita».— S. Poenit. 17. Maii 1822.

S. C. S. 0.23. Febr. 1<853. idem censuit pro regno utri usque Siciliae ae S. Poenit. pro Gallia.

1014. — *De impedimento ex privatis sqionsalilnis*

- Utrum ex clandestinis sponsalibus contractum sit impedimentum publicae honestatis. —11. Affirmative ».— S. Poenit. 10. Sept. 1834.

De imqxdimento honestatis publicae ex matrimonio civili. — Cf. n. 923.

De Impedimento honestatis publicae in infidelibus ad fidem conversis

‹ An matrimonium ratnm non consummatam paganorum producat honestatem publicam, vel censeatur impedimentum dirimens post eorum conversionem? V. g. Titius paganos duxit Maeviam paganam, sed non consummavit: post mortem Maeviae Titius fit Christianus: potestne ducere Berthani sororem vel consobrinam Maeviae e pagana factam Christianam? Idemque estne de sponsalibus paganorum ac de matrimonio rato? — R. Impedimentum non subsistere ». — S. **O.**19. Apr. 1837.

1015,— *Dvprofessione votorum simplicium quoad dissolutionem matrimonii*

› ...Nonnisi per solemnem votorum professionem matrimonium ratum et non consummatum dissolvi: non vero per professionem votorum simplicium: ideoqne in casu quo vir iuxta legem d. 19. Mart. 1857. per S. C. sup. St. Rcg. latam, vota simplicia emittere debeat ante solemnem professionem, sive ipse sive eius coniux recurrere poterit ad Ap. Sed. pro obtinenda facultate, ut statim emitti possint vota solemnia ». — E. S. C. 25. lan. 1861.

1016. — *De baptismo dubio in ordine ad matrimonium*

<An degentes in iis protestantium locis, ubi baptisma dubium est» tanquam infideles habendi sint, ita ut inter catholicos et eos disparitatis

cultus impedimentum dirimens adesse censeatur? — ii. 1. Quoad haereticos, quorum sectae Ritualia praescribunt collationem baptismi absque necessario usu materiae et formae essentialis, debet examinari casus particularis. 2. Quoad alios qui iuxta eorum Rituale baptizant valide, validum censendum est baptisma. Quod si dubium persistat etiam in primo casu, censendum est validum baptisma in ordine ad validitatem matrimonii. 8. Si autem certo cognoscatur nullum baptisma ex consuetudine actuali illius sectae, nullum est matrimonium ». — S. C'. S. O. 17. Nov. 1830.

<SSmus (Gregor. XVI.) in audientia habita d. 20. Dee. 1831.... superaddi mandavit in tertio casu praefati decreti <17. Sep. 1830.) respicienti anilitatem certam baptismi in parte haeretica: *recurratur in casiilnis particularibus* ». Cf. Franc. Sentis Clem. VIII. Decret. Friburgi Brisgoriae 1870. p. 135., A. S. S. V. 25. p. 258. 260.

« Matrimonium eorum, de quibus certe constat, quod valide baptizati non sunt, habendum esse tanquam matrimonium duorum infidelium: matrimonium vero eorum, quorum una dumtaxat pars valide baptizata dignoscitur, altera vero invalide, habendum esse tanquam matrimonium allectum impedimento dirimente cultus disparitatis, ac proinde nullum r denique, si post diligens et accuratum examen, dubium de valide suscepto baptismate tolli nequeat, et constet de facto suscepti baptismatis, huiusmodi baptisma validum censendum esse in ordine ad validitatem matrimonii iuxta decretum d. 17. Nov. 1830. Si autem certo cognoscatur nullum baptisma ex consuetudine actuali illius sectae, nullum est matrimonium ›. — S. I. C. 3. Apr. 1878., A. S. S. V. 24. p. 574. seq., C. 649.

7)e *ignorata collatione baptismi respectu matrimonii*

«...1. Quaero, num in ordine ad matrimonii contracti validitatem vel nullitatem. collatio vel non collatio baptismi, dum ignoratur, ex principio praesumptionis definienda sit?... 2. Utrum dum baptismi collatio ignoratur principium praesumptionis in ordine ad valorem matrimonii contracti rite applicetur in articulis sequentibus.

1. Si pars vel partes acatholicae parentes habuerint ad sectam pertinentes, quae baptismum respuit, hic non est praesumendus.

2. Idem resolvendum, si parentes habuerint pertinentes ad sectam, quae infantium baptismum non admittit, seu in qua non confertur nisi adultis, v. g. annum aetatis trigesimum iam adeptis, quemadmodum res se habet in secta Baptistarum.

3. Idem pariter resolvendum, si parentes habuerint, qui dum in vivis essent.professi sint se nolle ad ullam sectam pertinere, seque Ens supremum honestis potius, ut aiunt, moribus, quam speciali aliquo cultu honorare.

4. Si parentes habuerint pertinentes ad sectam, quae eumdem ut necessarium habet, vel in qua saltem ordinarie administratur, et iidem parentes in secta sua zclosi fuerint, praesumendus est baptismus. At quid si parentes in secta socordes fuerint, aut ad sectam pertinuerint, quae baptismum quidem non respuit, sed cum non habet ut necessarium ct in qua ordinarie non administratur? an in utroque aut alterutro casu praesumendus baptismus vel non?

5. Si iuxta unius tantum parentis sectam et animi ut supra zelosam dispositionem praesumptio faveat baptismo, et in educatione prolis de facto et indubie primas habuerit partes, praesumendus est baptismus.

Idem resolve, si. facta inquisitione, ignoretur ant non satis constet utrum primas habuerit partes: baptismus enim in online ad matrimonium praesumendus est. cum coniugium semel initum censendum sit validum quamdiu obex se prodat. Sed quid si certo constet, illius, qui de tacto et indubie primas in educatione habuit partes, sectam et animi dispositionem non favere baptismo, dum alterius secta et animi dispositio eidem favet?

6. Casu quo nulla pro baptismo militat praesumptio, applicanda est regula: factum non praesumitur, sed probandum est. Huius regulae applicatio in his Foederatis Statibus ubi inter acatholicos plurimi sunt, qui de baptismo infantibus suis conferendo nihil aut parum curant, potiori forte iure locum habere debet, quam in multis aliis regionibus.

Quaestiones praefatae ideo praecipuae proponuntur, ut ex earum solutione norma habeatur, iuxta quam tuto procedi possit in his praesertim casibus: 1/ Dum ex duabus partibus acatholicis ab invicem ut supra separatis, altera in gremium Ecclesiae recipi postulat, et ad alias nuptias convolare cupit. 2.' Dum pars catholica, ab acatholica ut supra separata, cum alia coniungi postulat, aut cum alia iam iuncta, ad sacramenta admitti exoptat.

K. Ad 1."" *Affirmative,* peracta tamen investigatione in singulis casibus.

Ad 2.™ Nempe: Utrum dum baptismi collatio ignoratur, principium piaesumptionis in ordine ad valorem matrimonii contracti rite applicetur, in articulis sequentibus? — Responderunt: *Affirmative* quoad *primum, secundum* et *tertium* articulum, er quoad primam partem *quarti* et primam partem *quinti* numeri: at in hoc postremo articulo, post verba *habuerit partes,* addatur: *neque diter coniux cognoscatur positive contrarius collationi baptismi, praesumendus est baptismus.* In reliquis casibus, qui adnotantur in secunda parte numeri *quinti,* recurrendum est ad S. Sedem, expositis omnibus rerum, locorum et personarum adiunctis, aliisque ad rem facientibus. Ad 6.'" Provisum in praecedentibus ›. — S. 1. C. 1. Aug. 1883. Episc. Savannensi.

I)e illiceitale matrimonii mi.rti

«... Ex huiusmodi coningiis existimamus catholicae Ecclesiae magnam cladem allatum iri. Si enim mater, penes quam est prima sobolis educatio, a nostris sacris aliena sit, quid de liberorum religione non est timendum? Illa enim pro materno amore de aeterna eorum salute sollicite cogitans, nullam praetermittet occasionem, qua illos imbibat suae sectae doctrina, quam unice veram putat. Ac si virum, vel in vigiliis ieiunantem et carnibus abstinentem, vel poenitentiae sacramento animae suae sordes eluentem, vel ad sacram eucharistiae mensam accedentem, quasi inania sectantem, ut saepissime fiet, irrideat, id etiam certe fieri oportet paulatim, ut in animos puerorum illabatur sacratissimarum rerum contemptus. Quae vero a tenera aetate arripuerint, ea ex illorum animis difficillimum est evellere.

Et contra, si mater quidem catholicam religionem colat, pater vero alicui haereticae sectae addictus, in puerorum conspectu dicta uxoris et facta quae ad religionem pertinent, ioculariter illudat, an non puerilis animus liberorum, penes quos plurimum valet patris auctoritas, de ve-

ritate religionis, quam ecqnitur rnater, nonnihil dubitaverit? Quid si seria oboriatur inter virum et uxorem de religione disputatio? An non liberi, quorum mens, alternantibus in parentum disputatione momentis, hae illae impellitur, sensim in religionis prolabcntur indifferentiam, qua nihil exitialius, nihil religioni inimicius, eum omnem religionem veram falsamve funditus tollat? Illud etiam perspicuum est Lutlicranae haeresi per haec coniugia patentiorem aperiri campum, quo latius sese possit diffundere. Etenim puellae lutherano imbutae errore, quibus nunc nonnisi certis quibusdam in locis cum viris suis licet constituere domicilium, si catholicis nupserint viris, illos sequantur necesse est ubicumque iis libitum fuerit habitare. Praeterea et nova nupta plures e sua secta admittet in viri familiam; nec prohiberi poterunt ab eius domo falsae sectae ministri, qui salutandi gratia eam conveniant. Hi nimirum suo non deerunt ministerio, quo oves suas in errore confirment, artemque suggerent matri, qua in animis liberorum bonae doctrinae germina, ab ipso tempore, quo incipiant erumpere, exarescant.

Frustra igitur fuerit catholicorum usque adhuc adhibitum studium, quo ex his regionibus, quas tenent, damnati ab Ecclesia errores eliminantur. cum impune licuerit in posterum in medio eorundem catholicorum eandem veneficam doctrinam profiteri. Huc accedit, quod si alteruter eoniugum, qui catholicus sit, vita functus liberos in prima aetate reliquerit, alteri coniugi haeretico liberum erit venenatis sectae suae sensibus filios suos inficere. Vides igitur, dilecte fili Noster, quid de prole ex his coniugiis suscepta polliceri sibi possit catholica religio, et num vehementer timendum sit, ne per quae connubia propagare intendunt catholicam fidem, latius propagetur haeresis; et quod omnium deterrimum, maiores in dies vires capiat religionis cuiuscumque indifferentia, qua plerumque ad impietatem aditus aperitur... ». — Clemens XIII. 16. Nov. 1763. Episcopo Argerotanensi. Cf. C. 1426.

De potestate et causa dispensandi in matrimoniis mixtis, de conditionibus praemittendis, de eius ritu sacro

« Sed et aliqui ex vobis supplicarunt nobis, ut potestatem iis faceremus impertiendi dispensationes seu licentias contrahendi inter personas, quarum altera catholicam fidem, altera haeresim profitetur... Apostolica Sedes aegre admodum multaque cum cautione, ad praefatum periculum quoad fieri posset removendum, nec nisi gravi aliqua intercedente causa, eaque fere publica, licentiam hanc consuevit impertiri. Episcopis vero, licet instantissime postulantibus, eandem licentiam dare, in Europa praesertim, nunquam concessit... Quare, si a Nobis petitioni huic respondendam nunc esset, responsum certe nostrum a constanti huius Sanctae Sedis regula et praedecessorum nostrorum exemplo agendique ratione dissidere non 'posset ». — Pius VII. Br. 17. Febr. 1809. ad Epp. Galliar.

« Quam circa rem illum solummodo in nonnullis locis toleratum est, ut parochi, qui ad graviora rei catholicae incommoda avertenda praesentiam suam contrahendis his nuptiis praestare cogebantur, paterentur quidem eas ipsis praesentibus confici (si scilicet nullum aliud adstaret canonicum impedimentum), ut, audito utriusque partis consensu, deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimoniorum librum referrent; sed caverent semper ab illicitis huiusmodi matrimoniis ullo suo actu ap-

probandis, multoque magis a sacris precibus et ab ecclesiastico quovis situ eisdem admiscendo*. — Pius VIII. Par. 25. .Mart. 1830. ad Epp. Rhenan.

«... Atque huc omnino pertinent antiquissimi canones ipsa mixta connubia severe interdicentes, ac recentiores Summorum Pontificum Sanctiones, de quibus immortalis memoriae Benedictus XIV. loquitur in suis encyelieis Literis ad Poloniae regni episcopos, atque in celeberrimo opere, quod de Synodo dioecesana inscribitur. Hinc porro evenit, ut haecApi.istolica Sedes, ad (piam unice spectat potestas dispensandi super huiusmodi mixtae religionis impedimento, si de canonum severitate aliquid remittens, mixta haec eoniugia quandoque permiserit, id gravibus dumtaxat de causis aegre admodum fecit, et nonnisi sub expressa semper conditione de praemittendis necessariis opportunisque cautionibus, ut scilicet non solum catholicus coniux ab acatholieo perverti non posset, quin imo catholicus ipse coniux teneri se sciret ad acatholieum pro viribus ab errore retrahendum, verum etiam, ut universa utriusque sexus proles, ex mixtis hisce matrimoniis procreanda, in sanctitate catholicae religionis educari omnino deberet. Quae quidem cautiones remitti, seu dispensari nunquam possunt, cum in ipsa naturali ac divina lege fundentur, quam Ecclesia et haec Sancta Sedes sartam tectarnque tueri omni studio contendit. et contra quam sine nilo dubio gravissime peccant, qui promiscuis hisce nuptiis temere contrahendis se ac prolem exinde suscipiendam perversionis periculo committunt. Insuper in tribuendis huiusmodi dispensationibus praeter enuntiatas cautiones, quae praemitti semper debent, et super quibus dispensari nullo modo unquam potest, adiectae quoque fuere conditiones, ni haec mixta eoniugia extra ecclesiam et absque parochi benedictione, ulloque alio ecclesiastico ritu celebrari debeant. Quae quidem conditiones eo potissimum spectant, ut in catholicorum animis nunquam obliteretur memoria tum canonum, qui istinsmodi mixta matrimonia detestantur, tum constantissimi illius studii, quo sancta Mater Ecclesia nunquam destitit filios suos avertere ac deterrere ab iisdem mixtis coniugiis in eorum et futurae prolis perniciem contrahendis... Idem Sanctissimus Dominus Noster constituit, in harum dispensationum concessione utendam esse formulam illius Rescripti, quo, etiamsi conditiones praedictae de mixtis hisce coniugiis extra ecclesiam et absque parochi benedictionem, alioque ecclesiastico ritu celebrandis haud aperte declarantur, tamen implicite continentur. Ac Sanctitas Sua omnes archiepiscopos, episcopos, aliosque locorum Ordinarios vehementer in Domino monet, hortatur et excitat, eisque mandat, ut cum ipsi in posterum huius Rescripti formula ab hac Sancta Sede obtinuerint facultatem dispensandi super impedimento mixtae religionis, in eadem facultate exsequenda nunquam desistant omni cura stndioque advigilare, ut sedulo quoque impicantur conditiones de mixtis hisce matrimoniis extra ecclesiam, et absque parochi benedictione, alioque ecclesiastico ritu celebrandis. Quod si in aliquibus locis sacrorum Antistites cognoverint, easdem conditiones impleri haud posse, quin graviora exinde oriantur damna ac mala, in hoc casu tantum Sanctitas Sua ad huiusmodi maiora damna ac mala vitanda, prudenti eorundem Sacrorum Antistitum arbitrio committit, ut ipsi, salvis iirmisque semper ac perdiligenter servatis cautionibus de perversionis periculo amovendo a coniuge catholico, de conversione aca-

tholici coniugis ab ipso coniuge catholico pro viribus procuranda, deque universa utriusque sexus prole in sanctitate catholicae religionis omnino educaudu, indicent quando commemoratae conditiones de contrahendis mixtis hisce nuptiis extra ecclesiam, et absque parochi benedictione impleri minime possint, et quando in promiscuis hisce coniugiis ineundis tolerari queat mos adhibendi ritum pro matrimoniis contrahendis in dioecesano Rituali legitime praescriptum, exclusa tamen semper missae celebratione, ac diligentissime perpensis omnibus rerum, locorum ac personarum adiunctis, atque onerata ipsorum Antistitum conscientia super omnium circumstantiarum veritate et gravitate. Summopere autem exoptat Sanctitas Sua. ut iidem Sacrorum Antistites huiusmodi indulgentiam, seu potius tolerantiam eorum arbitrio et conscientiae omnino commissam, maiori quo heri potest, silentio ac secreto servent ». — Instr. Secrctariae Status ad omnes locorum ordinarios 15. Nov. 1858. Cf. C. 1428.

Declaratio praecedentis instructionis

« ... Quare sequentia per te digna explicatu visa sunt. Et primo quid intelligendum sit sciscitaris per verba, quibus in laudata instructione innititur et quasi ligatur facultas seu tolerantia benedicendi mixta matrimonia, scilicet ad vitanda graviora mala et damna. Procul dubio graviora inde oriuntur mala et damna: 1. Quotiescunque, ob denegatam matrimoniis mixtis benedictionem, facile excitarentur haereticorum quecumque, denegata a parocho catholico benedictione, sponsi, ante vel pose coram illo celebratum matrimonium, ministellum adeant, vel etiam in lieterodoxorum templum conveniant ad sacrilegam benedictionem obtinendam, parocho catholico omnino posthabito. — 3. Quotiescumque insuper timendum esset quod, recusata ab ipsis expetita benedictione, aut non servarentur necessariae cautiones de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, et de universa prole in catholica religione educanda, aut, quod detestabilius foret, ne pars catholica ad haereticorum castra in sui et futurae prolis aeternam perniciem transiret. Evidenter haec et similia sunt gravia illa damna ac mala, ad quae vitanda Summus Pontifex indulgerc, seu tolerari posse declaravit, ut in matrimoniis mixtis nuptialis impertiretur benedictio. Per haec igitur facilis vicariis ap. omnibus ac recta sese offert instructionis interpretatio et praxis.

Unde etiam ex dictis patet responsio ad secundum. Statim enim, ad supradicta attendendo, anxietates et dubia evanescent circa non rectam ac inde discrepantem instructionis interpretationem, et ad practices casus seu eventus applicationem. Quandocnmque autem, ob notabilem locorum distantiam, praesules per se causarum et circumstantiarum gravitatem et veritatem cognoscere nequeant circa mixta matrimonia sacerdotali benedictione honestanda, poterunt per missionaries sibi subditos haec eadem implere, qui tamen sint circa praedictas causas et instructionem optime edocti, prudentia et zelo secundum scientiam praediti.

Quae tertio loco te anxium reddebant circa silentium ac secretum in laudata instructione quoad posse inculcatum, non ita presse intelligcnda videntur, ut nemini innotescat haec S. Sedis indulgentia, seu potius tolerantia, in benedicendis mixtis nuptiis. Etenim scias oportet quod Sanctitas Sua monitos esse voluit praesules, ut non passim et absque delectu ma-

trimoniis mixtis benedictio impertiatur: nec per publicas instructiones, veluti etiam per modum regulae, tali utantur facultate, sed prudenter admodum et caute, ut oblivioni non tradantur saluberrimae Ecclesiae conditiones, quae semper implicite talibus dispensationibus adiunctae intelliguntnr. Sane non aliam esse Summi Pontificis mentem A. T. caeterisqne apostolicis vicariis perspectum erit, si attendas ad ea, quae in apostolicis litteris in forma Brevis episcopo Trevirensi die 3. Octobris 1853. hac super re datis habentur. Summus Pontifex Pius IX. postquam Trcvirensi Ordinario induisit ut. concurrentibus causis iam supra commoratis. matrimoniis mixtis impertiri posset benedictio, hunc in modum prosequitur: *Quae sane conditiones* (extra ecclesiam et absque parochi benedictione" *eo potissimum spectant, ut in animis catholicorum nunquam obliteretur memoria canonum qui haec detestantur connubia, et constantissimi illius studii, quo S. Mater Ecclesia suos filios avertere consuevit ab iisdem nuptiis in eorum futurae prolis perniciem contrahendis.*

Ex dictis igitur tibi caeterisque vicariis apostolicis certa proponitur norma ad recte interpretanda, et ad praxim reducenda ea. quae de benedictione mixtis nuptiis danda traduntur in instructione Cardinalis Antonelli.

Ad quaestiones tandem quas veluti consectarias solvendas etiam proposuit A. T.. ita S. Congr. respondendum censuit: Improbandam minime esse missionariorum praxim, qua ad detegendam haereticorum fraudem, qui, reiecta propria uxore, cum catholica muliere copulari praesumerent, inter alias investigationes, banna illorum publicantur, nulla tamen facta mentione religionis illorum qui nuptias sint contracturi.

Quoad dubium autem: Num sacramenta dari possint catholicae parti mente paratae ad contrahendum coram ministro protestante sive ante sive post catholicum matrimonium ? — Attendendum erit an sponsi adeant ministrum protestantem ut legi tantum civili satisfaciant, an vero ut in sacris communicent. Si hoc secundum, cum minister heterodoxus assistat ut addictus sacris, et pars catholica in sua prava intentione persistat, non potest admitti ad sacramentorum participationem usquedum a pravo resiliendo proposito vere resipiscat. Qua de re opportunam erit consulere Benedictum XIV. *De Synod. Dioeces.* lib. VI. cap. VII. § 2.

Postremo sciscitabatur: An admittenda sit pars catholica, quae matrimonium cum haeretico et coram ministello contraxit (valide tamen vigore extensionis bcnedictinae pro Hollandia . ad renovationem mutui consensus coram parocho seu missionario catholico, qui possit etiam recitare formulam: *Ego vos coniungo...?* Insuper an ad eandem consensus renovationem admitti possint eoniuges ab haeresi conversi, qui id instanter petunt?— In locis in quibus matrimonia haereticorum inter se, sive inter unam partem catholicam aliamque heterodoxam contracta, etiam non servata Tridentini forma, sunt valida (dummodo aliud non obstiterit canonicum impedimentum), nequeunt eoniuges admitti ad matrimonium (iam per se indissolubile".. quasi denuo contrahendum per verba mutuum de praesenti consensum exprimentia, nec formula.: *Ego vos coniungo in matrimonium,* a sacerdote recitanda erit. Attamen, si agatur de matrimoniis mixtis coram haeretico ministro iam contractis, quatenus cautiones a iure necessariae praestitae fuerint, et pars catholica facti poeuitens benedictionem petat, poterit ei, praevia absolutione a censuris, impositisque salutaribus poenitentiis, benedictio impertiri, exclusa tamen

semper missae celebrat·' tie. Pariter etiam coniugibus ab haeresi conversis, dummodo petam, impertienda erit nuptialis benedictio in missa. Parochus vero, quovis in casu, eoniuges condocefaciat eiusmodi benedictionem ad ritum unice, non ad validitatem pertinere coniugii ». — S. 0., S. C. de P. F. 4. Dee. 1862.

De facultate dispensandi super impedimentis matrimonii, quando agitur de matrimoniis mixtis

Episcopus iM. haec dubia proposuit: «1. Utrum facultas expedita per S. Congregationem de Prop. Fide recte et valide adhiberi possit coniunctim cum altera facultate expedita a Sacr. Congregatione S. Officii necne, quando nimirum agitur de connubiis mixtis? 2. Et si, quod non parvo me afficeret dolore, quaestio haec negative decidenda esset, insuper supplico, ut Sanctitas Vestra mihi gratiosissime consulere eaque praesidia indulgere dignetur, quibus, quod minus recte actum est hucusque in hac dioecesi, quo melius remediari possit. 3. Et pro futuro, si ad hoc speciali facultate opus est, clementissime concedere, ut in mixtis matrimoniis delegata potestate etiam dispensare valeam, quando concurrunt impedimenta III. et IV. simplicis et mixti tantum consanguinitatis et affinitatis gradus, dein publicae honestatis iustis ex sponsalibus provenientis et criminis, neutro tamen coniuge machinante, et tandem cognationis spiritualis, praeterquam inter levantem et levatum. — R. ad 1.am Negative. Ad 2."m R. P. D. Episcopus sileat, et relinquat eoniuges in bona fide. Ad 3.umi Supplicandum SSmo. pro gratia ». — S. I. C. 12. Sept. 1866.

« Quia vero ad S. C. perlatum est, plures ex Indiarum orientalium praesulibus usos esse huc usque facultatibus, quae respiciunt dispensationes in impedimentis matrimonium dirimentibus, etiam ubi eveniat duo impedimenta diversa in eadem persona cumulari, putantes ad id facultates sibi concessas pertingere, quod tamen admitti nequit: cautum est, ut quoad praeterita matrimonia in quibus, concurrentibus pluribus impedimentis, hac ratione dispensatum est, ap. vicarii sileant et relinquant eoniuges in bona fide; quoad futurum vero tempus, recurrant in singulis casibus, ac, si praevideant tempus difficile suppetiturum recurrendi ad S. Sedem, petant facultatem pro numero casuum, quae ipsis a Summo Pontifice, siquidem opportunum videbitur, concedetur. Eadem ratione, si aliquod impedimentum dirimens locum habeat cura sermo est de matrimoniis mixtis, in hoc pariter casu non possunt vicarii ap. dispensationes concedere, licet separatam facultatem habeant dispensandi in mixtis coniugiis. Itaque, quod spectat ad dispensationes praeterito tempore hoc modo datas, episcopi, ut supra, sileant, et eoniuges in bona fide relinquant. Quod vero spectat ad futurum SSmus. D. N. ad petitionem vicariorum ap. facultatem pariter concedet pro casibus urgentioribus, ubi pateat tempus non adfuturum recurrendi ad S. Sedem, super quo vicariorum ap. conscientia graviter oneratur ». — Instr. S. C. de P. F. 8. Sept. 1869.

« C. S. 0. 4. Maii 1887. decrevit quoad facultatem dispensandi super impedimentis, sive mixtae religionis, sive disparitatis cultus, esse demendam in formulis clausulam: *Exceptis itatis, de quibus non constet italicum domicilium omnino deseruisse ».*

Declaratio facultatum dispensandi in matrimoniis mixtis

Episcopus Southwarceusis de his quatuor, quae sequuntur, S. Sedem consuluit. 1. « In formula secunda edicitur, ut episcopus, qui his a Pontifice facultatibus donatus est, *nullo modo iisdem uti possit extra fines suae dioecesis.* Sed idem alias facultates solet a S. Sede obtinere, quibus haec non apponitur limitatio, v. gr. ut possit in matrimoniis mixtis contrahendis dispensare. Mihi videtur, quoties alienius rei facultatem S. Pontifex rogatus cuilibet facit, haec limitatio implicite apponi; ita ut duobus Southwarcensi dioecesi subditis, qui forte Plymuti commorantur, ut ibi mixtum matrimonium inire queant, concedere per dispensationem non possim. Quaeso te, S. Pater, ut edisseras, utrum haec sententia vera sit: id est quoties indultum ea verba *nullo modo uti, etc.* minime prae se fert, haec semper in eodem subaudienda esse.

2. Frequenter contingit, ut sive vir, sive mulier aliquo vel dirimente vel impediente impedimento obstrictus vel obstricta, super quo dispensandi facultate praediti sumus, Liverpolium v. gr. matrimonium cum alia vel alio ibidem commorante ineundi causa adire velit. Sciscitor, utrum hunc a mea dioecesi discedentem omni impedimento liberare possim directe dispensando, atque ita impedimento sublato Liverpolium mittere, ubi alter ex sponsis commoratur, ad matrimonium ibidem ineundum.

3. Si duo ex subiectis meae dioecesi, inter se consanguinei vel affines, velint omni impedimento absoluti Liverpolium, nuptias ibidem ineundi causa, proficisci; quaero, an apostolico induito uti possim pro matrimonio, quod extra dioecesis meae fines ineundum erit, permittendo?

4. Cum in dispensando super matrimoniis mixtis Ecclesia catholico viro aut mulieri cum anglicana muliere aut viro (in quos directe cadere Ecclesiae beneficia non debent inire nuptias permittere soleat; a quonam episcopo concedi dispensatio potest, cum catholicus vel catholica venit ad matrimonium extra suam dioeeesim ineundum?

R. Ad primum. Clausulam: *Nullo modo uti possit extra fines suae dioecesis,* ita intelligi debere, ut facultates sub ipsa comprehensae exerceri tantummodo possint cum propriis subditis in dioecesi exsistentibus actu, quo conceditur gratia. Eandem tamen clausulam non subintelligi in facultatibus, quae episcopis ab Apostolica Sede conceduntur, nisi fuerit expressa, vel aliter constet de mente Summi Pontificis, vel nisi subiecta materia eam requirat. Facultatem vero dispensandi super impedimento mixtae religionis concedi cum clausula: *dispensare valeat intra fines suae dioecesis;* eam proinde exerceri non posse nisi cum subditis actu exsistentibus intra fines propriae dioecesis, servatis ceteroquin iis, quae traduntur in responsione ad quartum.

Ad secundum et tertium: Affirmative, nisi obstet tenor apostolicae concessionis, impetrata tamen venia pro celebratione matrimonii ab episcopo loci, ubi ipsum matrimonium contrahitur.

Ad quartum: Catholicos viros vel mulieres dispensari posse, iustis accedentibus causis, super impedimento mixtae religionis ab episcopo hanc facultatem habente, cuius sunt subditi ob domicilium vel quasi-domicilium in cius dioecesi acquisitum, dummodo in eadem dioecesi actu exsistant, quando dispensationem recipiunt; dispensationem vero ita obtentam exsequutioni tradi posse ubicumque mixta connubia contrahi

permittuntur, nisi aliquid aliud obstet indicio Ordinarii loci, in quo contrahitur matrimonium: secus pro dispensatione ad Apostolicarn Sedem recurrendum esse ». — S. C. S. I. 22. Nov. 1865.

Dc conditionibus necessariis pro dispensatione in matrimoniis mixtis

«...Quod zelus sacerdotalis sacris Hungarian Antistitibus iam suggesserat, nunc post latam hanc legem eo magis curetur totis viribus, ut fideles a mixtis nuptiis contrahendis avertantur, atque omnino deterreantur. Etenim ad remedium quod attinet ab Eminentia Tua propositum, obtinendi nempe a S. Apost. Sede facultatem, qua vobis liceat cum sponso vel sponsa catholica in vetito mixtae religionis nupturientium dispensare, et benedictionem etiam nuptialem impertiri in iis saltem ineundorum mixtorum matrimoniorum casibus, in quibus ex recte cognita partis catholicae, imo utriusque sponsi mente et voluntatis dispositione sperari potest fore, ut catholica educatio pro posse tribuatur proli etiam illi, quae vi legis civilis haud catholice educanda foret, etiamsi sua forma sive baptismo hac intentione impertito, sive alio actu externo ad Ecclesiae sinum non reciperetur; illud tale visum est Emis Patribus, ut ab eadem S. Apost. Sede nedum permitti, sed neque tolerari unquam possit. Profecto novit Eminentia Tua, Ecclesiam nunquam permittere posse mixtarum nuptiarum celebrationem, nisi graves causae canonicae concurrant, ei nisi opportunae exhibeantur cautiones, quarum virtute a coniuge catholico amoveatur perversionis periculum, et provideatur catholicae institutioni ac educationi prolis universae. Quae quidem catholica doctrina a Summis Pontificibus saepissime enunciata est et declarata in iis etiam concessionibus, in quibus illos indulgentiae se limites attigisse professi sunt, quos praetergredi nefas omnino sit. Ut alii Pontifices praetereantur, Pius λ III. s. m. in litteris apostolicis ad archiepiscopum Coloniensem eiusque suffraganeos die 25. Mart. 1830. datis gravissime inculcat: «Nostis autem, ven. fratres, ipsas omnes cautiones eo spectare, ut hac in re naturales divinaeque leges sartae tectae habeantur; quandoquidem exploratum est, catholicas personas, seu viros seu mulieres, quae nuptias cum catholicis ita contrahunt, ut se aut futuram sobolem periculo perversionis temere committant, non modo canonicas violare sanctiones, sed directe etiam gravissimeque in naturalem atque divinam legem peccare. Atque exinde iam intelligitis, nos quoque gravissimi coram Deo et Ecclesia, criminis reos fore, si circa nuptias huiusmodi istis in regionibus contrahendas illa a vobis aut a parochis vestrarum dioecesum fieri assentiremur, per quae si non verbis, factis tamen ipsis indiscriminatim approbarentur ». Quin etiam s. m. Gregorius XVI. ad ipsos Hungariae episcopos praedecessores vestros in litteris, quibus parem extremorum limitum indulgentiam ad istud regnum extendit, idem omnino divinum ius asseruit de cautionibus in ipsa divina et naturali lege fundatis, in quam procul dubio gravissime peccat, quisquis se vel futuram sobolem perversionis periculo temere committit. Atque tandem iussu Pii IX. s. m. ad omnes archiepiscopos, episcopos et Ordinarios die 15. Nov. anni 1858. disertis verbis edictum est: «Quae quidem cautiones remitti seu dispensari nunquam possunt, cum in ipsa naturali ac divina lege fundentur, quam Ecclesia et haec S. Sedes sartam tectamque tueri omni studio contendit, et contra quam sine ullo dubio gravissime peccant, qui promi-

scuis hisce nuptiis temere contrahendis se ac prolem exinde suscipiendam perversionis periculo committunt ». Secundum hanc doctrinam S. Apostolica Sedes semper constanterque retinnit atque retinet, nullimode iu vetito mixtae religionis fas esse dispensare, nisi singulis in casibus praeter causas canonicas simul concurrant tres conditiones sequentes, videlicet: 1. Ut partes, et praesertim haeretica, veras cautiones praestiterint, quibus se coram Ecclesia obligent ad ea, quae ab iisdem eadem Ecclesia exigit: inter quae praecipuum locum tenet catholica educatio universae omnino prolis absque ulla exceptione sive restrictione: 2. Ut superior ecclesiasticus moralem certitudinem habeat sive de cautionum sinceritate pro praesenti, sive de earundem adimplemento pro futuro; 3.° Ut cautionis exhibitio, notoria sit. vel saltem talis esse possit ad omne scandalum removendum.

Quae eum ita sint, nulla ratione fieri potest, ut spes illa, quae unice in bona voluntatis contrahentium dispositione fundatur, verarum cautionum locum tenere valeat, tum quia reapse contrahentes nullam coram Ecclesia obligationem assumerent, tum quia haec spes in praesenti rerum conditione, prout ab Eminentia Tua descripta est. non excludit, imo supponit prolem nascitnram, quae sequitur sexum parentis haeretici, a ministro sectae baptizandam ac institutione eidem sectae adseribendam esse: quae res non solum totam rationem cautionum pro Ecclesia subverteret, sed cautionem constitueret pro haeresi. Ex his necessario consequitur, fas non esse in expositis rerum adiunctis benedictionem nuptialem impertiri. Si enim absque consuetis cautionibus nunquam licet super vetito mixtae religionis dispensare, multo minus licitum esse poterit sacro benedictionis ritu talia matrimonia honestare, quae iuxta inconcussam ecclesiae doctrinam legi non solum ecclesiasticae, sed naturali atque divinae omnino adversantur...». — S. O. 21. Iui. 1880. Ad Card, primatem et archiep. Strigon. M. E. V. 5. P. 1. p. 198.

De absentia omnis benedictionis, precis et restis sacrae in matrim. mixtis, de conditionibus scripto exigendis, de bannis

‹ ... Transeundo nunc ad aliud punctum de imperata parochorum assistentia in matrimoniis mixtis, dicimus, quod si praemissa supra nominata admonitione ad avocandam partem catholicam ab illicito matrimonio, ipsa nihilominus in voluntate illud contrahendi persistat, et matrimonium infallibiliter secuturum praevideatur, poterit tunc parochus catholicus materialem suam exhibere praesentiam, sic tamen, ut sequentes observare teneatur cautelas: l.° ut non assistat tali matrimonio in loco sacro, nec aliqua veste ritum sacrum praeferente indutus, neque recitabit super contrahentes preces aliquas ecclesiasticas, et nullo modo ipsis benedicet; 2.° ut exigat et recipiat a contrahente haeretico declarationem iu scriptis, qua cum iuramento, praesentibus duobus testibus, qui debebunt et ipsi subscribere, obliget se ad permittendum comparti usum liberum religionis catholicae et ad educandum in eadem omnes liberos nascituros sine ulla sexus distinctione...: 3.° ut et ipse contrahens catholicus declarationem edat a se et duobus testibus subscriptam, in qua cum iuramento promittat, non tantum, se nunquam apostatarum a religione sua catholica, sed educaturum in ipsa omnem prolem nasciturum, et procuraturum se efficaciter conversionem alterius contrahentis aca-

tliolici; I." quod attinet proclamationes decreto Caesareo imperatas, quas episcopi reprehendunt actus esse civiles potius quam sacros, respondemus: cum praeordinatae illae sint ad futuram celebrationem matrimonii, et. ex consequenti positivam eidem cooperationem contineant, quod utique excedit simplicis tolerantiae limites, non posse nos, ut hae fiant, annuere... ». — Rescript. Pii Vi. ad Card, de Frankenberg archiep. Mechliniens. episcoposque Belgii 13. Iui. 1792.

‹ Siquidem igitur ex temporum, locorum ac personarum conditione matrimonium acatholici viri cum catholica muliere et vicissim absque maioris mali scandalique periculo in religionis perniciem interverti nullo modo possit : tunc sane ad maiora damna et scandala praecavenda abstinendum erit a catholico coniuge censuris in illum nominatim expressis corrigendo, imo vero tolerandum, ut a parocho catholico tum consuetae proclamationes fiant, omni tamen praetermissa mentione religionis illorum, qui nuptias sunt contracturi, tum etiam de factis proclamationibus litterae mere testimoniales concedantur, in quibus, si nullum adsit dirimens impedimentum, unice enuntietur, « nil praeter vetitum Ecclesiae ob impedimentum mixtae religionis matrimonio conciliando obstare », nullo addito verbo, ex quo consensus seu approbationis vel levis suspicio sit oritnra. Quod si in Ecclesiae utilitatem et commune animarum bonum cedere posse dignoscatur, huiuscemodi nuptias quantumlibet illicitas et vetitas coram parocho catholico potius, quam coram ministro haeretico, ad quem partes facile confugere possent, celebrari, tunc ipse parochus catholicus aliusve sacerdos eius vices agens poterit iisdem nuptiis materiali tantum praesentia, omni excluso ecclesiastico ritu, adesse, perinde ac si partes ageret meri testis vulgo qualificati seu auctorizabilis, ita scilicet, ut, utriusque coniugis audito consensu, deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimoniorum librum referre queat ». — Instr, ad Epp. Bavariae 12. Sept. 1834. Cf. C. 1429.

« Cautiones requisitae debebant olim *scripto* vel etiam *iuramento* firmari; hodie vero sufficit « talis promissio, quae iu pactum deducta praebeat morale fundamentum de veritate exsecutionis, ita ut prudenter eiusmodi exsecutio exspectari possit »; ex decisione S. 0. 30. lun. 1842 ». — Mare Instit. Moral. Alphons. Ed. 2. n. 1987., S. 0.17. Febr. 1875., C. 1437. 1439.

« Quoad primum articulum baunorum sive prociamationum tolerari poterit, eae fiant non solum extra Ecclesiam, uti permittitur in praefatis litteris regiis, sed etiam omnimode extra locum sacrum. Idque erit primum publicum signum improbationis horum matrimoniorum; sed, ut ipsa improbatio manifestior evadat, indicetque ex parte parochi suam cooperationem fore concursum pure materialem et coactum, praestat addere consuetae formulae bannorum aliquam expressionem indicantem huius generis matrimonia esse exsecranda ». — Rescript. Pii VI. 31. Maii 1783. ad archiep. Mcchliniens. Cf. rescript. Pii VI. ad Card, de Frankenberg archiep. Mechliniens. episcoposque Belgii 13. Iui. 1792.

«... Caveant insuper, ne in publicandis matrimoniis mixtis religionem exprimant contrahentis acatholici, sed contrahentium tantum enuncient nomina ct cognomina... ». — Pius VI. Extensio declarat. Bened. XIV. ad Ducatum Clivensem 19. lun. 1793

S. C. de P. F. 4 lui. 1874. declaravit, proelamationes, posse fieri in mixtis conniibiis, quando necessariae et opportunae videantur indicio Ordinarii pro detegendis impedimentis, et omissa mentione religionis eorum, qui nuptias sint contracturi. — C. 1223.

De nuptiali benedictione in matrimoniis mixtis non toleranda

« ... Et quidem quod ad benedictionem attinet, eam, voluti optime noscis, baee Apost. Sedes prohibere consuevit in illis quoque matrimoniis, quae inter catholicos et aeatholicos ineuntur, impetrata eiusdem Sedis venia, atque adhibitis cautionibus in illa praescriptis. Atque si deinde tolerari potuerit, ut mos in nonnullis regionibus inductus servaretur benedicendi matrimoniis mixtis initis cum Ecclesiae venia et praedictis cautionibus, nunquam tamen toleranda est eadem benedictio in iis casibus, in quibus nulla accedente Ecclesiae venia, nec praeviis necessariis cautionibus. manifestum idemque gravissimum admittitur crimen in ipso matrimonii foedere ineundo... Atque haec consona sunt praeceptionibus et monitis, quae sive in nostris sive in Decessoris Nostri Pii VIII. ad diversos archiep. et episc. litteris sive instructionibus, aut eius aut nostro iussu editis consignata fuisse cognoscis, ven. frater. Nec vero refert, si ad nonnullos tantum antistites, qui hanc Apost. Sedem consuluerant, illae instructiones datae sunt, quasi aliis liberum sit illarum non sequi sententiam... Etiamsi litterae et instructiones illae, in qua parte aliquid novi indulgent vel tolerant, ad ea tantum referuntur loca, pro quibus datae sunt, nullis tamen limitibus illarum circumscribitur ratio, quatenus incommutabilem annunciant Ecclesiae doctrinam, canonumque inculcant sententiam, et pravos, qui alicubi invalescant, usus proscribunt...». Gregor. XVI. Litt. 23. Maii 1846. ad archiep. Friburgens. Cf. C. 1423.1433.

‹ Se nei matrimoni misti il sacerdote debba anche astenersi dai pronunziare le parole: *Ego vos coniungo in matrimonium.* — R. Parochus assistens matrimonio mixtae religionis se abstineat ». — S. C. S. O. 26. Nov. 1835. C. 1427.

Quid efficere debeant, qui matrimonia mixta contraxerunt, absque Ecclesiae consensu

«Superest nunc de uno adhuc puncto loquendum, super quo licet non simus expresse interrogati, silentio tamen illud praetereundum non credimus, utpote quod in praxi nimis frequenter possit accidere, hoc scilicet: an contrahens catholicus, postea volens sacramentorum particeps fieri, ad ea debeat admitti? Ad quod dicimus, dum idem ille demonstrabit poenitere se peccaminosae suae coniunctionis poterit hoc ipsi concedi, modo ante concessionem sincere declaret, procuraturum se conversionem coningis haereticae, renovare se promissionem de educanda prole in religione orthodoxa et reparaturum se scandalum aliis fidelibus datum. Si tales conditiones concurrant, non repugnamus nos, quominus pars catholica sacramentorum fiat particeps ». — Pius VI. Rescr. 13. Iui. 1782. ad Card, archiep. Mechliniens.

«...Oportere, ut a praefatis coniugibus Ecclesiae, cuius sanctissima lex violata est, satisfiat, eidemque cautiones de periculo salutis aeternae a se, et a sua prole amovendo in foro etiam externo praestrentur, atque

hoc fine recursum ad episcopum postulari ». — S. I. C. 12. Mart. 1881. Ad vicar, apost. B. Acta S. Sed. V. 1G. p. 235.

An liceat matrimonium contrahere coram Ministro haeretico.

«Non latet quibusdam in locis haereticum ministrum agere personam magistratus mere civilis, coram quo se sistere solent coniuges, aut etiam debent ob finem politicum, nempe ut habeantur civiliter honesti coniuges prolesquc censeatur legitima. Tunc vero urgentibus haereticis, aut lege civili imperante, non improbatur quod pars catholica una cum haeretica se sistat, ante vel post contractum ad formam Tridentini matrimonium, etiam coram ministro haeresi addicto, ad actum civilem dumtaxat implendum. Etenim ad dubium olim sic expressum: *Utrum catholicus coram proprio catholico parocho cum haeretico contrahens licite possit, urgentibus haereticis, matrimonium hoc ratificare coram ministro haeretico, si nulla hinc ritus haeretici professio habeatur aut colligatur, et quidquid minister haereticus in casu agit, civilis dumtaxat et politica postulatio sit, et censeatur,* per hanc 8. Congregationem responsum fuit *affirmative.*

Verum enim vero quotiescumque minister haereticus censeatur veluti sacris addictus, et quasi parochi munere fungens, non licet catholicae parti una cum haeretica matrimonialem consensum coram tali ministello praestare, eo quia adhiberetur ad quandam religiosam caeremoniam complendam, et pars catholica ritui haeretico se consociaret; unde oriretur quaedam implicita haeresi adhaesio, ac proinde illicita omnino haberetur cum haereticis in divinis communicatio. Ea propter etsi perniciosa haec consuetudo inoleverit, ita ut a clero de facili corrigi non possit; nihilo tamen secius omni adhibito studio ac zelo evellenda erit. Et sane Benedictus XIV. aperte docet non licere contrahentibus se sistere coram ministro haeretico, quatenus assistat ut minister addictus sacris, et contrahentes peccare mortaliter, et esse monendos.

Opportune itaque a te instructi et commoniti parochi ac missionarii edoceant fideles, qua publicis in Ecclesiis catechesibus, qua privatis instructionibus circa constantem Ecclesiae doctrinam et praxim, ita ut a mixtis contrahendis nuptiis quod fieri possit salubriter avertantur; sin autem, abhorreant prorsus a celebrando matrimonio coram haeretico ministro sacris addicto, id quod omnimode illicitum et sacrilegum est. Ita responsum fuit Ordinario Trevirensi sub fer. IV. 21. Apr. 1847.

Sciant insuper parochi, si interrogentur a contrahentibus, vel si certe noverint, eos adituros ministrum haereticum sacris addictum ad consensum matrimonialem praestandum, silere non posse, sed monere eosdem debere sponsos de gravissimo peccato, quod patrant, et de censuris in quas incurrunt. Vcrumtamen ad gravia praecavenda mala si in aliquo peculiari casu parochus non fuerit interpellatus a sponsis, an liceat necne adire ministrum haereticum, et nulla fiat ab iisdem sponsis explicita declaratio de adeundo ministrum haereticum, praevideat tamen eos forsan adituros ad matrimonialem renovandum consensum, ac insuper ex adiunctis in casu concurrentibus praevideat monitionem certo non fore profuturam, imo nocituram, indeque peccatum materiale in formalem culpam vertendum; tunc sileat, remoto tamen scandalo, et dummodo aliae ab Ecclesia requisitae conditiones atque cautiones rite positae sint, praesertim

de libero religionis exercitio parti catholicae concedendo, nec non de universa prole in religione catholica educanda. Quod si tandem consensus coram parocho velit renovari, postquam praestitus iam fuerit coram ministro haeretico, idque publice notum sit, vel ab ipsis parocho notificetur; parochus huic matrimonio non intererit, nisi servatis uti supponitur ceteroqnin servandis, pars catholica facti poenitens, praeviis salutaribus poenitentiis, absolutionem a contractis censuris rite prius obtinuerit.Sacra igitur Congregatio plurimum in Domino confidit, te praemissis prudenter et firmiter inhaerentem effecturum, ut inviolabilis doctrinae sartum tectum servetur depositum, catholicorum mores fidei respondeant, damna apprehensa arceantur, ac fideles doctrina et exemplo roborati incedant per semitas iustitiae ». — Decret. S. O. 17. Febr. 1864. episcopis regni Hannoveveriani, 29. Nov. 1672. D. Lue. Wadingus λ ic. gener, in Hibernia.

An liceat ministro haeretico prolem natam denuntiare

« 1.° An tolerari possit, ut parochi catholici pareant praecepto sibi imposito per epistolam circularem, ut denuncient ministris heterodoxis baptismes infantium, qui ex matrimoniis mixtis nascuntur? —2.° An post eandem epistolam circularem liceat episcopis Hungariæ uti facultate sibi a S. Sede concessa dispensandi ab impedimento mixtae religionis? — R. Ad primum *Negative*. Ad alterum, item Negative, nisi hae duae simul conditiones exsistant. Prima in eo est, ut tam pars catholica quam acatholica formaliter omnes praestet cantiones, quae naturae et divino iure in matrimoniis mixtis exiguntur. Altera est. ut moraliter certi sint episcopi de sponsionum sinceritate earumque implemento, non obstantibus litteris circularibus a gubernio datis ». — M. Card. Rampolla Archiepiscopo Strigoniensi 7. Iui. 1890.

«...Oportere omnino revocari vel immutari, quam primum temporum ratio sinat, notam legem latam anno 1868., utpote contrariam uni ex praecipuis conditionibus, quas exigit Ecclesia, quum ad ineunda mixta coniugia dispensationes indulget. Idem plane dicendum de circulari epistola Ministri Csaki, quae non modo ad eam legem exsequendam pertinet, sed etiam asperrimam imponit clero catholico obligationem denunciandi ministris heterodoxis baptismos infantium natorum ex mixtis connubiis, ne quis ex iis quos dicta lex haereticae communioni accenset, vitare possit quominus in haeresi educetur. lamvero haec incommoda non avertit mutatio a Gubernio proposita; nam quamvis non nihil extenuet onus impositum ab epistola Comitis Csaki, non mutat tamen vim intimam et scopum eius. Si quidem parochi sive ministris heterodoxis, sive civilibus magistralibus baptisma denuncient. semper operam conferunt ad assecutionem finis, quo spectat epistola circularis, hoc uno discrimine inducto, quod in prima hypothesi directe operam conferrent, in altera scilicet per interpositam personam ». — M. Card. Rampolla archiepiscopo Strigoniensi 26. Sept. 1890.

De impedimento adulterii

« Quemadmodum iuxta ss. canones exponit Pickier l. 4. deer. tit. 7. *Ut adulterium inducat impedimentum dirimens, requiritur, ut ipsi ac-*

autem, seu attentare matrimonium de praesenti, est inire nnptias, utiqne invalide, per verba de praesenti, vel per aliquod aliud signum, quod consensus promissionem includat; nihil tamen refert, an adulterium praecesserit attentationem matrimonii, vel subsequatur... Ut assumptio concubinae, seu potius adulterae, habeatur in casu, ut vera matrimonii attentatio, opus est, ut includat promissionem matrimonii, sive de praesenti sive de futuro ». — S. C. de P. F. 14 lan. 1844.

‹ Cum haberet uxorem legitimam A. nomine I. lator praesentium, cum M. adulterium, perpetravit; cumque super hoc fuisset in ius vocatus, abiuravit adulteram, et postmodum, iuramento contempto, vivente legitima, cum ea matrimonium contrahere, et ipsi diu cohabitare praesumpsit. Demum praedicta A. de praesenti luce subtracta, memoratus I. cum adultera per decennium est moratus, de qua decem filios procreavit. Tale ergo damus consultationi tuae responsum, ut separentur omnino, et, eis iniuncta poenitentia, perpetua continentia indicatur, praesertim cum in dies suos ambo processerint, et tam diu publice in adulterio et periurio ex certa scientia perdurantes,Ecclesiam in gravi scandalo perturbaverint. Nosti enim, quod Leo Papa statuit, ut nullus ducat in matrimonium, quam adulterio polluit: et quod hic plus processum fuit quam si fides praestita dumtaxat fuisset adulterae, ut, defuncta legitima, eam duceret in uxorem, cum idem^ etiam prima vivente quasi matrimonialiter moechae moechus adhaerere praesumpsit, et sacramentum suum temere violare: quod utique connubiurn (ubi etiam nulla intercessit religio iuramenti) tam Greg. Papa, quam Triburien. Synodus detestatur, et utrumque hoc modo coniunctum praecepit publicae poenitentiae subiici, ac perpetuo sine ulla spe coniugii permanere », etc. — C. *Cum haberet* 5. *de Eo qui duxit in matrim. etc.*

1019. 1021. — *De impedimento criminis quoad infideles*

« 1. Vir infidelis qui ante baptismum copulam habuit cum infideli uxore alterius, cui, annuente muliere fidem de futuro matrimonio acceptante, mortem intulit, potestne post utriusque baptismum matrimonium inire cum dicta muliere? — 2. Possuntne hoc matrimonium contrahere, si, quando patrarunt ista crimina, una pars fuerit Christiana? — R.Ad 1.·”“Affirmative. Ad 2.um Negative ». — S. C. de P. F. 23. Aug. 1852.

« Interrogasti de Sarracenis, qui dum in captivitate essent, quarumdam Christianarum viros, carum insidiis ct machinationibus occiderunt, utrum, quia postea per ipsas ad fidem Christianam conversi sunt, eas de iure possint accipere in uxores, vel si duxerint coniugium teneat eorundem. Hic Triburicnsis Concilii regula contenti sumus asserentis, quod si in mortem ipsorum malitiose fuerint machinatae, licet earum studio ad fidem accesserint, nec tamen eis adhaerere debent, nec sunt, si adhaeserint, etiam tolerandi, cum tale damnum tali lucro Ecclesia compensare non velit. Ad hoc Sarraceni quidam in bello sunt Christianos interfecisse notati, et christiani similiter Sarracenos: postea vero Sarraceni ad fidem conversi uxores eorum, quos in belli certamine occiderunt, sibi matrimonialiter copularunt, et idipsum christiani de Sarracenis mulieribus, conversis ad fidem fecisse noscuntur, quae, postquam de priorum virorum morte compcrcrint veritatem, divortium constanter exposcunt. In his igitur respondemus, quod cum tales non procuraverint virorum interitum defunctorum, matrimonium inter huinsmodi personas licite potest contrahi, [et

taliter copulati divortium nequeunt postulare ». — C. *Laudabilem* 1. *de Conversione infidelium.*

1023. — *De impedimento vis et metus*

‹ Neminem a iure admitti ad matrimonium ex hoc capite (vis et metus) impugnandum, nisi qui violentiam et coactionem passus dicitur, reiici vero cum qui per longum tempus in matrimonio vixerit, dummodo eidem libertas et opportunitas reclamandi non defuerit; ita ut si liber iam a metu sua sponte in coniugali domo perstiterit, matrimonialia officia non detrectaverit audiri amplius non debeat ». — Instr. S. I. C. 20. Inn. 1883. n. 35., Instr. S. C. de P. F. 1883. n. 36.

1026.— *Cone. Trid. de solemnitate matrimonii,* S. 24. C. 1. de R. M.

‹ Qui aliter quam praesente parocho, vel alio *sacerdote,* de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et huiusmodi contractus irritos et nullos esse decernit... Declarat insuper, ut huiusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post 30 dies habere incipiat, a die primae publicationis in eadem parochia factae, numerandos ». — Trid. 1. c.

‹ 71. Tridentini forma sub infirmitatis poena non obligat, ubi lex civilis aliam formam praestituat, et velit, hac nova forma interveniente, matrimonium valere ». — Pr. Svll. d. a Pio IX.

Non sufficit ad matrimonium domicilium habere in dioecesi, quin in ulla paroecia domicilium vel quasi-domicilium habeatur.— S.O.9.Nov. 1898.

In facultate generali administrandi omnia sacramenta, quae ordinem episcopalem non requirunt, non includitur facultas assistendi omnibus matrimoniis fidelium dioeceseos. — S. C. S. O. 7. Sept. 1898.

Mutua et generalis parochorum delegatio ad assistendum matrimonio in aliqua civitate, valida est. — S. C. S. 0.18. Mart. 1893., M. E. V. 8. P. 1. p. 49. seqq., V. 7. P. 2. p. 218.

‹ Lex Tridentina de clandestinis matrimoniis debet sane in unaquaque paroecia promulgari iuxta illius censuram, sed facta semel promulgatione, eiusque observantia permanente, lex territorium afficit, et adaequate loquendo, *localem et personalem* esse in confesso est apud omnes: quatenus localis afficit territorium, eosque qui ibi matrimonio iungendi sunt obligat; quatenus veio personalis est, obligat qui domicilium vel quasi domicilium habentes in loco ubi Tridentinum decretum promulgatum est et viget, in altero ubi illud non viget contrahere vellent. Neque ex facta in posterum praedicti territorii divisione, vel in eadem aliarum paroeciarum partes divisae, vel recens erecta paroecia, a lege iam territorium possidente liberae renunciari possent. Item ex continuata observantia decreti Tridentini, iustissime argui legitimam illius promulgationem, communis similiter sententia est ». — Instr. S. C. S. O.14. Dec. 1859.

‹ 1. Quid dicendum de matrimonio coram magistratu civili contracto inter duas personas in catholica Ecclesia baptizatas, sed quarum una vel ambae hic et nunc profitentur *seciam protestante*™, aut affirmant se non esse amplius catholicas? — 2. Quid quando ambae partes sunt catholicae sed vir pertinet *ad societatem liberorum muratorum* aut alterius societatis secretae ab Ecclesia damnatae? — R. Matrimonia de quibus agitur in primo

quaesito habenda esse uti valida quando una vel ambae partes ante matrimonium sectam haereticam professae fuerunt, aut aliquo modo publice constet eam vel eas religionem catholicam deseruisse, matrimonia vero
1 *liberorum muratorum,* de quibus agitur in 2.° quaesito generatim habenda esse uti nulla, quando contracta fuerint coram magistratu civili, non servata forma Concilii, sed quatenus occurrat gravis difficultas, R. P. D. episcopus recurrat in casibus particularibus, accurate expositis omnibus cuiusque casus adiunctis». — S. C. S. O. 15. Febr. 1865.

« 1. Ubi decretum Concilii Trid. C. 1. S. 24. de E. M. non est publicatum in parochia, valere matrimonia contracta absque observatione formae in Concilio praescriptae. — 2. Publicationem praesumi ubi id decretum fuerit aliquo tempore in parochia tanquam decretum Concilii observatum. — 3. Haereticos quoque, ubi decretum dicti capitis primi est publicatum, teneri talem formam observare, et propterea ipsorum etiam matrimonia absque forma Concilii, quamvis coram ministro haeretico vel magistratu loci contracta, nulla atque irrita esse. — 4. Ubi etiam constet decretum Concilii esse publicatum, vel aliquo tempore in parochia tanquam decretum Concilii observatum sed parochialis ecclesia, utpote vacans, proprio parocho careat, et cathedralis itidem episcopo atque capitulo habentibus a Concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi, nullusque alius sit ibi qui vices parochi vel episcopi suppleat, matrimonium valere absque praesentia parochi, servata tamen in eo in quo potest forma Concilii, nempe adhibitis saltem duobus testibus. — 5. Si exstent quidem parochus et episcopus, sed, nullo constituto vicario, uterque metu haereticorum lateat, ita ut vere ignoretur ubinam sit, vel eodem metu absit, nec ad alterutrum sit tutus accessus, validum esse matrimonium contractum absque forma, adhibitis tamen, ut dictum est, duobus testibus ». — S. C. C. 18. Ian. 1663. C. 1388.

« Quanto tempo si richiede perche dalla osservanza del cap. *Tametsi* in un luogo se ne possa presumere la pubblicazione? — R. Decretum Concilii Tridentini de Ref. matrim., sess. 24. diu dicitur observatum tanquam eiusdem Concilii decretura quando a tempore quod excedit hominum memoriam in parochia vim legis obtinuisse compertum est; ita ut matrimonia contracta praeter formam a Tridentino praescriptam irrita semper habita fuerint ». — S. C. S. O. 10. Ian. 1866.

« Nullum temporis spatium sufficere, ut lex Tridentina vim obligandi amisisse censeatur aliquo in loco per simplicem inobservantiam haere ticorum ». — S. O. 7. Iui. 1892., A. S. S. V. 25. p. 117. seq.

De quasi-domicilio in ordine ad matrimonium

«... Certum quidem est, perrara ea fore matrimonia, de quibus hic agitur, si canonicae praescriptiones de quasi-domicilio ab iis, qui e loco profecti ubi lex tridentina de clandestinate viget ad eum pergunt ubi non viget, diligenter accnrateque servari contingeret. Perspectum enim tibi exploratumque est, quod a S. C. C. iampridem definitum, et summi Pontificis Urbani VIII. auctoritate confirmatum est in Br. quod incipit *Exponi nobis, et* rogatu archiepiscopi Coloniensis editum fuit d. 14. Aug. a. 1627. Iuxta ea, quae in hoc decreto sanciuntur, qui domicilium habent et retinent in loco ubi Trid. lex viget, nequeunt valide matrimonium inire in loco ubi non viget, nisi ibi nedum habitationem, sed etiam vere

domicilium fixerint, qno fraudem, si quae intercesserit, purgare omnino debeant. Ad constituendum vero quasi-domicilium, quod in hisce casibus necessario adipiscendum est. duo haec simul requiruntur, habitatio nempe in eo loco, ubi matrimonium contrahitur, atque animus ibidem permanendi per maiorem anni partem. Quapropter si legitime constet, vel ambos vel alterutrum ex sponsis animum habere permanendi per maiorem anni partem, ex eo primum die, quo duo haec simul concurrunt, nimirum et huiusmodi animus et actualis habitatio indicandum est quasi-domicilium acquisitum fuisse, et matrimonium quod proinde contrahatur esse validum. Veruntamen si de praedicto animo non constet, ad indicia recurrendum est, quae praesto sint, quaeque moralem certitudinem pariant. In re autem occulta et interna difficile est huiusmodi indicia habere, quae iudicem securum faciant: inde est quod adhiberi maxime debet regula a summo Pontifice Benedicto XIV. C. *Paucis* d. 12. Mart. 1758. confirmata, ut inspiciatur utrum ante matrimonium spatio saltem unius mensis vel ambo vel alteruter in matrimonii loco habitaverint. Quod si factum fuisse deprehendatur, censendum est ex praesumptione iuris intentionem permanendi per maiorem anni partem exstitisse, et quasi-domicilium fuisse acquisitum, proindeque matrimonium esse validum. At si praesumptio haec iuris, quae ex menstrua habitatione oritur, contrariis elidatur probationibus, quibus certo ac liquido constet praedictum animum nullo pacto exstitisse, tunc profecto contrarium proferri debere indicium manifestum est, quia praesumptio cedere debet veritati. Praeterea manifestum quoque est, actualem habitationem ineptam esse ad quasi-domicilium pariendum si quis in ea regione more vagi ac itinerantis commoretur, non autem vere proprieque habitantis, quemadmodum scilicet ceteri solent, qui in eodem loco verum proprieque dictum domicilium habent...» — S. I. C. 1.7. lun. 1867., A. S. S. V. 14. p. 320. seqq., Bened. XIV. Instr. 33.

« Se conferentes in civitatem N. ex alio loco vel paroecia, dummodo ibi commorati fuerint in aliqua paroecia per sex menses, censendos esse ibidem habere quasi-domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem anni partem facto verbo cum SSmo ». — S. O.9. Nov. 1898. Cf. A. S. S. V. 31. p. 402. seqq.

De quasi-domicilio in Statibus Foederatis Americae

« S. U. I. F. V. loco IV. d. 6. Maii 1886. decrevit: Concilio Baltimorensi postulante, supplicandum Sanctissimo, ut decernere dignetur in Statibus Americae Foederatis se transferentes e loco ubi viget Caput *Tametsi* in alium locum, dummodo ibi continuo commorati fuerint per spatium saltem unius integri mensis, et status sui libertatem uti iuris est comprobaverint, censendos esse ibidem habere quasi-domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem anni partem. Sanctissimus vero fer. IV. 12. Dee. praedictum EE. PP. decretum suprema sua auctoritate ratum habere et confirmare dignatus est, contrariis quibuscumque non obstantibus ».

De transeuntibus a loco, ubi Cone. Trid. est promulgatum, in locum, ubi promulgatum non est

«...Sedente, f. r. Urbano \ III. P.M. archiepiscopus Coloniensis elector tria haec dubia proposuit coram C. C. *Quaeritur humiliter a S. Congr., an*

incolae tam masculi (piam feminae loci, in quo Cone. Trid. in puncto matrimonii est promulgatum et acceptatum, transeuntes per locum in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus contrahere? 2. Quid, si eo praedicti incolae, tam masculi quam feminae, solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes? 3. Quid, si Udem incolae, tam masculi quam feminae, eo transferant habitationem, illo solo animo ut absque parocho et testibus contrahant? — Hoc autem C. dedit responsum d. 5. Sept. 1G26. S. C. card. Cone. Trid. interpr. Ad 1.,im et 2.nm respondit, *non esse legitimum matrimonium inter sic transferentes et transeuntes cum fraude.* Ad 3.um respondit, *nisi domicilium vere transferatur, matrimonium non esse validum...*

Contextu bene perpenso, facile intelligitur matrimonia 1.° ac 2.° loco exposita, irrita ac nulla ab ead. C. decerni, eo quia fraus intercessit; validum autem censeri matrimonium 3.° loco positum, in quo licet fraus intercesserit, nihilominus is qui matrimonium contrahit, antequam illud iniret, domicilium seu quasi-domicilium adeptus erat eo loco, ubi matrimonium inivit: *Nisi domicilium vere transferatur.* Siquidem novum non est neque inusitatum, quod quis domicilium habeat aliquo in loco, et quasi-domicilium adipiscatur in alio: in quo rerum statu si versetur, tunc eidem liberum erit matrimonium contrahere coram illo parocho intra cuius paroeciae fines tunc inhabitat, cum matrimonio iungitur, iuxta communem sententiam a nobis relatam saucitamque in superius memorata Institutione nostra ecclesiastica 33. latinae editionis...

Ead. C. validum censuit matrimonium ab eo contractum, qui discesserat a loco proprii domicilii, ut difficultates aufugeret in quas offendisset, si matrimonium coram eiusdem loci parocho inire voluisset, atque illud inierat coram parocho alterius loci, postquam tamen legitimum ibidem quasi-domicilium adeptus fuerat, eodemque in loco, etiam post matrimonium contractum, ad aliquod tempus permanserat... »— Bened. XIV. Ad archiep. Goanum *Paucis abhinc* 19. Mart. 1758.

1026. 1027. — *Matrimonia clandestina in Hollandia et in foederatis Belgii provinciis inter haereticos, et inter unam partem catholicam et alteram haereticam valida declarantur.*

« Sanctissimus D. N., spatio aliquo temporis ad rem secum expendendam accepto, hanc nuper declarationem et instructionem exarari praecepit, qua veluti certa regula ac norma, omnes Belgii antistites, parochi, earumque regionum missionarii, et vicarii apostolici deinceps in huiusmodi negotiis uti debeant.

Primo scilicet, quod attinet ad matrimonia ab haereticis inter se in locis foederatorum Ordinum dominio subiectis celebrata, non servata forma per Tridentinum praescripta, licet Sanctitas sua non ignoret, alias in casibus quibusdam particularibus et attentis tunc expositis circumstantiis sacram Congregationem Concilii pro eorum invaliditate respondisse, aeque tamen compertum habens, nihil adhuc generatim et universe super eiusmodi matrimoniis fuisse ab Apostolica Sede definitum, et alioquin oportere omnino, ad consulendum universis fidelibus in iis locis degentibus et plura avertenda gravissima incommoda, quid generaliter de hisce matrimoniis sentiendum sit declarare; negotio mature

perpenso, omnibnsqne rationum momentis hinc inde sedulo libratis, declaravit statuitque, matrimonia in dictis foederatis Belgii provinciis inter haereticos usque modo contracta, quaeque in posterum contrahentur, etiamsi forma a Tridentino praescripta non fuerit in iis celebrandis servata. dummodo aliud non obstiterit canonicum impedimentum, pro validis habenda esse: adeoque si contingat, utrumque coniugem ad catholicae Ecclesiae sinum se recipere, eodem quo antea coniugali vinculo ipsos omnino teneri, etiamsi mutuus consensus coram parocho catholico ab eis non renovetur: sin autem unus tantum ex coniugibus, sive masculus sive foemina, convertatur, neutrum posse, quamdiu alter superstes erit, ad alias nuptias transire.

Quod vero spectat ad ea coniugia, quae pariter in iisdem foederatis Belgii provinciis absque forma a Tridentino statuta contrahuntur a catholicis cum haereticis, sive catholicus vir haereticam foeminam in matrimonium ducat, sive catholica foemina haeretico viro nubat; dolens imprimis quam maxime Sanctitas sua, eos esse inter catholicos, qui insano amore turpiter dementati ab hisce detestabilibus connubiis, quae Sancta mater Ecclesia perpetuo damnavit atque interdixit, ex animo non abhorrent et prorsus sibi abstinendum non ducunt, laudansque magnopere zelum illorum antistitum, qui severioribus propositis spiritualibus poenis catholicos coercere student, ne sacrilego hoc vinculo sese haereticis coniungant: episcopos omnes, vicarios apostolicos, parochos, missionaries, et alios quoscumque Dei et Ecclesiae fideles ministros, in iis partibus degentes, serio graviterque hortatur et monet ut catholicos utriusque sexus ab huiusmodi nuptiis in propriarum animarum perniciem ineundis quantum possint absterreant, easdemque nuptias omni meliori modo intervertere atque efficaciter impedire satagant. At si forte aliquod huius generis matrimonium, Tridentini forma non servata, ibidem contractum iam sit, aut imposterum quod Deus avertat) contrahi contingat; declarat Sanctitas sua matrimonium huiusmodi, alio non concurrente canonico impedimento, validum habendum esse, et neutrum ex coniugibus, donee alter eorum supervixerit, nullatenus posse sub obtento dictae formae non servatae novum matrimonium inire: id vero debere sibi potissime in animum inducere coniugem catholicum, sive virum sive feminam, ut pro gravissimo scelere quod admisit poenitentiam agat, ac veniam a Deo precetur, coneturque pro viribus alterum coniugem a vera fide exerrantem ad gremium catholicae Ecclesiae pertrahere eiusque animam lucrari, quod porro ad veniam de patrato crimine impetrandam opportunissimum foret, sciens de cetero, ut mox dictum est, se istius matrimonii vinculo perpetuo ligatum iri.

Ad haec declarat Sanctitas sua, ut quidquid hactenus sancitum dictumque est de matrimoniis sive ab haereticis inter se, sive inter catholicos et haereticos initis in locis foederatorum Ordinum dominio in Belgio subiectis, sancitum dictumque intelligatur etiam de similibus matrimoniis extra fines dominii eorumdem foederatorum Ordinum contractis ab iis, qui addicti sunt legionibus seu militaribus copiis, quae ab iisdem foederatis Ordinibus transmitti solent ad custodiendas muniendasque arces conterminas vulgo dictas *di barriera:* ita quidem, ut matrimonia praeter Tridentini formam sive inter haereticos utrinque, sive inter catholicos et haereticos inita valorem suum obtineant, dummodo uterque coniux ad

easdem copias sive legiones pertineat: et hanc declarationem vult Sanctitas sua complecti etiam civitatem Mosae Traiectensis, a republica foederatorum Ordinum, quamvis non iure dominii, sed tantum oppignorationis, ut aiunt, nomine possessam.

Tandem circa coniugia, quae contrahuntur vel in regionibus principm catholicorum ab iis, qui in provinciis foederatis domicilium habent, vel iu foederatis provinciis ab habentibus domicilium in regionibus catholicorum principum, nihil Sanctitas sua de novo decernendum aut declarandum esse duxit, volens, ut de iis iuxta canonica iuris communis principia probatasque in similibus casibus alias editas a sacra Congregatione Concilii resolutiones, ubi disputatio contingat, decidatur, et ita declaravit statuitque ac ab omnibus imposterum servari praecepit ». — Bened. XIV. 4. Nov. 1741.

De vi declarationis ***Bened. XIV.*** *quoad matrim. haeret, in Belgio*

Declaratio haec facta fuit ob speciales rationes; non quia matrimonia haereticorum erant. Cf. Benedictum XIV. de Synod. Dioec. l. 6. c. 6., Cavalchini archiep. Philipp, de Matrimoniis inter haereticos Romae 1741., Canones et decreta Cone. Trid. Accedunt Declarat, et Résolut. S. C. Card. Cone. Trid. Interpr. Lipsiae 1855. p. 290. seqq., edit. Neapol. Joseph Pelella 1859. p. 305. seqq. — Hinc cum vicarii capitulares Pictavienses a. 1818. postulassent: «Num matrimonia clandestina protestantium in Gallia sint valida, cum hodie statum civilem ibi habeant, societatemque religiosam efforment, a societate catholica distinctam, quae suos ministros suosque usus habeat », S. I. C. respondit: « Decretum Bened. XIV. a. 1741. editum super matrimoniis Hollandiae, censetur respicere tantum matrimonia in iis provinciis contracta vel contrahenda, non autem alia matrimonia, in aliis locis inita vel ineunda, quibus idcirco applicari nequit, absque nova et speciali Sedis Apostolicae Declaratione ». Et S. Poenit. 28. Mart. 1838. episcopo Gratianopolitano, petenti: « Utrum matrimonia ab haereticis inter se inita, aut cum catholicis, iuxta solas leges civiles, seu coram ministro haeretico, sine praesentia parochi catholici, valida sint in Galliis, et in aliis regionibus, ubi protestantes et haeretici omnes habent suos ministros, templa, statum legalem a gubernio probatum?» respondit: «Negative, exceptis regionibus, de quibus loquitur Benedictus XIV. in Declarat, d. 4. Nov. 1741., atque ad quas per successores suos illa eadem declaratio extensa est ». — Benedictina declaratione comprehenduntur « 1. Illi qui catholice baptizati a pueritia nondum septennali in haeresi educantur, ac haeresim profitentur. 2. Qui non tam in haeresi quam ab haereticis educantur, nulla scilicet, vel vix ulla haereticae doctrinae instructione accepta, et cultu non frequentato, licet aliquoties participato. 3. Qui adhuc pueri in manus haereticorum incidentes haereticae sectae adiunguntur. 4. Apostatae ab Ecclesia catholica ad haereticam sectam transeuntes. 5. Qui nati et baptizati ab haereticis adoleverunt, quin ullam solemnem haereseos professionem emiserint, ac veluti nullius religionis », etc. S. O. 6. Apr. 1859. Minime vero catholicorum inter se matrimonia comprehenduntur. Litt. 17. Sept. 1746. ad Simonem in Hollandia missionarium, § 3. Bullar. T. 3. Suppi, n. III. Cf. etiam de Syn. l. 6. C. 7.

E.rtensio declarationis Benedicti XIF. ad ducatum Cliviensem

Sacrae Congregationi Concilii proposita orant sequentia dubia: ‹ l.°An matrimonia contracta inter catholicos et «catholicos coram ministellis «catholicis dncatus Cliviensis sint valida et licita. – 2.° An et quomodo parochi catholici eiusdem dncatus licite concedere valeant dimissorias ad ea contrahenda. — 3/ An declaratio Benedicti XIV. quoad Hollandiam et Belgium sit extendenda ad praedictum ducatum. — R. Ad !.'■ Stat sacra Congregatio pro valore, sed tamen ait illicita esso: fieri tamen posse licita ex dispensatione Summi Pontificis. — Ad 2.““ Id licite non fieri; licitum tamen fieri ex dispensatione eum insta causa; hanc causam hic adesse. — Ad 3.oia Respondet affirmative ». Consulente S. Congregatione, Pins VI. d. 19. Inn. annnit pro extensione declarationis Benedicti XIV. ad ducatum Cliviensem ad formam in omnibus resolutionis S. Congregationis. — In instructione haec habentur:

« Catholicum prae omnibus vel catholicam parochi moneant, quod contrahendo matrimonium cum aeatholica vel «catholico valide quidem contrahant sed illicite. Atque hinc consequitur, nullo actu positivo ipsos posse isthaec matrimonia probare aut suo expresso consensu et auctoritate confirmare. Quapropter, si cogantur in hac temporum conditione et propter leges in transactione religionis a. 1673. praescriptas matrimoniis catholicorum cum muliere aeatholica assistere, satagant, ut se mere passive habeant atque tanquam inviti audiant dumtaxat utriusque consensum: verumtamen abstineant omnino a precibus recitandis, a benedictione impertienda atque ab omni alio Ecclesiae ritu adhibendo. Caveant insuper, ne in publicandis matrimoniis mixtis religionem exprimant contrahentis acatholici, sed contrahentium tantum ennneient nomina et cognomina. Abstineant a concedendis dimissoriis, ubi secundum canones Ecclesiae catholicae canonicum aliquod impedimentum sit inter contrahentes. In dimissoriis omittant verba *mea pace,* quae consensum prae se ferre videntur in illicitum matrimonium ».

1027. — *Haereticorum societas*

«Quantunque nei paesi di antico dominio tureo vogliasi pubblicato nelle chiese e società cattoliche, ossia per lo meno fra cattolici latini e greci ivi domiciliati, il citato decreto dei Tridentino, e sieno conseguentemente nulli i matrimoni ivi contratti fra cattolici e cattolici senza la presenza dei sacerdote proprio di una delle parti contraenti, non è stato pero nè mai pubblicato nè mai osservato in quoi domini nelle società o scismatiche, o eretiche ivi da gran tempo formate e stabilite, e perciô i matrimoni ivi celebrati o dagli scismatici ed cretici fra loro, o da una parte cattolica, e Valtra eretica o scismatica avanti il pastore eretico o scismatico, dovranno aversi per rati e validi ; poiehè in questo secondo caso (che è il caso di cui si tratta) ha luogo la regola stabilita da Benedetto XIV. *de Synodo dioeces.* lib. VI. c. VI. § XII. dove si parla dei matrimoni di Olanda. <Cum eoniugum alter, tum ratione loci in quo habitat, tum ratione societatis in qua vivit, exemptus sit a Tridentini Synodi lege, exemptio, qua ipse fruitur, alteri parti communicata remanet propter individuitatem contractus, vi cuius exemptio, quae uni ex partibus competit, ad alteram, secundum etiam civiles leges extenditur

cidemque communicatur ». Sopra tale principio fondata la *S.* Congregazionc del S. Ffiizio, allorcho r stata interpellata dai vicarii apostolici c prefetti ilcllc missioni di Constantinopoli, Pera, S. Giov. d'Acri, Sofia, Vallachia, di consimili matrimoni contratti senza la presenza del parroco cattolico fra cattolici ed erotici, o scismatici avanti il pastore, o ministro cretico o scismatico, ha sempre dichiarato quanto ho riferito di sopra, dover.fi cioc avere per validi quantunque illeciti consimili matrimoni, qualora pero fra i contracnti non vi fosse alcun altro impedimento dirimente». — S. C. de P. F. 11. lan. 1817., C. 1399.

1028. — 7)c *promutf/atione decreti Trid., et de matrimoniis clandestinis haereticorum in locis infidelium ; de communi impossibilitate parochum adeundi, et dispensationem petendi.*

« Episcopus S. Hyacinthi, in regione Canadensi, S. Inquisitionis Congni exponit, quod nunc oriuntur dubia de validitate quorundam matrimoniorum, sine solemnitate a decreto *Tametsi* Cone. Trid. requisita contractorum in missionibus, vel quasi parochiis huiusce dioecesis. Ante enim annum 1872., multa loca dioecesis S. Hyacinthi, *Cantons* seu *Townships* vulgo nuncupata, non erant adhuc in parochias canonice divisa. His in locis aderant: 1. missiones proprie dictae, scilicet sine sacerdote residente, sed a missionario ad hoc delegato temporibus tum fixis tum inaequalibus per annum visitatae; 2. quasi parochiae, per quas intelligi debet territorium, quod quoad speciem externam plus vel minus accedebat ad similitudinem parochiae, prout habens ecclesiam, prope quam sacerdos ordinarie vel saltem principaliter residebat, et limites ab episcopo designatos.

Attamen in his missionibus et quasi parochiis, sicut et in parochiis proprie dictis, Decr. *Tametsi* Cone. Trid. fuerat quotannis publicatum a sacerdotibus earum curae praepositis.

... An valida fuerit promulgatio Decreti *Tametsi* Cone. Trid. in missionibus et quasi parochiis supradictis?...

R. Iuxta exposita affirmative, et ad mentem. Mens est, quod in locis, ubi haberi nequit parochus, validum est matrimonium coram testibus celebratum ; tenentur vero contrahentes aiuptialem benedictionem recipere quam primum commode poterunt, et curare, ut ipsorum matrimonium inscribatur in sacramentali registre missionis, vel proximioris ecclesiae a qua dependent». — S. I. C. 14. Nov. 1883.

«Quibus in locis vicarii ap., maturo adhibito consilio, expedire indicaverint, in iis Cone. Trid. Decretum, C. 1. S. 24. de Matr., rite promulgandum curent: ac propterea matrimonia, quae posthac iisdem in locis celebrari contigerit, ut valida nominentur et sint, ineunda esse coram parocho aut missionario, aut sacerdote quovis legitime designato, ac duobus vel tribus testibus, iisque, si haberi possint, Christianis; in iis vero locis, in quibus integrum non possit observari decretum, quod parochus vel alius ad id muneris designatus absit, facilesque ad eundem aditus non pateant, iniri quidem debere coniugia coram duobus saltem testibus, iisque, quantum licuerit, christianis; ita taiucn contrahentes, ne sacramenti dignitas vilescat, obligandos lege sistendi se coram parocho vel missionario quandocumqne reduci, ut rite ab eo benedictionem accipiant. Missionarius vero vel parochus redux, quando sibi de consensu eoniugum

constiterit, edoceat coniuges eiusmodi benedictionem ad ritum unice, non ad validitatem pertinere eoniugii... Quoniam post nuperam instr, de matrimoniis clandestinis sub initium a. 1821. ad Siamenses quoque transmissam. Cone. Trid. decretum promulgatum rite per aliquot fortasse luca iam fuit, vel integrum observandum est, vel fere integrum pro conditione locorum ac personarum, uti paulo ante explicatum est; in hoc casu, si quae mulieres catholicae, contempto decreto, quod observare debebant, cum viris haereticis coram ministello nefariam coniunctioneni inire tentassent. censet S. C. tales concubitus invalidos, ac vim nullam habituros in conspectu Ecclesiae esse declarandos. Quod si tandem dubitetur, an rite Trid. Deer, per aliqua loca promulgatum hactenus sit, intereaque similes nuptiae contractae fuerint, ac de validitate earundem prudens aliqua dubitatio suboriatur, hoc in casu censent EE. 1'1'. sananda huinsmodi matrimonia, quatenus opus sit, in radice».— Instr. S. C. de P. F. ad viear. ap. Siamens. 9. Dee. 1822.

«... Etiamsi promulgata ea lex (Trid.| foret, valere tamen matrimonia in praesentia duorum testium tantum, quoties in loco, ubi matrimonium contrahitur, vel in vicino, ad quem sine periculo accedi possit, parochus vel alius sacerdos saecularis vel regularis non exsistat ab episcopo deputatus. haec pariter Apostoliea Sedes pluries interrogata respondit. Caeterum, ne sacramenti dignitas vilescat, voluit Sanctitas Sua adhortandos fideles, ut missionario reduci sese sistant, ab eoque benedictionem petant, praevia tamen facta declaratione a missionario. benedictionem huiusmodi ad validitatem matrimonii nequaquam pertinere ». — S.C.S.0.15.Febr. 1779. ad vicar, ap. Sntchuens.

«Matrimonia contracta coram saeculari magistratu aut coram extraneo sacerdote, cum contrahentes ad parochum aut superiorem legitimum nullatenus aut nonnisi difficillime seu periculosissime recurrere possint, esse valida, quoties duo saltem adfuerint testes, iuxta resolutiones S. C. Concilii in causa Belgii 27. Martii 1832.. in alia 30. Martii 1669., et iuxta resolutionem Congregationis.S. Officii in causa provinciaeMalabaricae8.Maiil669., quibus adhaesit haec particularis Congregatio in resolutione 2. lunii huius anni in responsione ad episcopum Lucionensem. Monendos tamen esse contrahentes, ut consulant suae conscientiae, eo quod matrimonia contracta coram schismaticis vel schismati adhaerentibus, tametsi in praefatis circumstantiis sint valida, sunt tamen illicita; nec non hortandos esse coniuges. ut a parocho legitimo recipiant benedictionem quatenus fieri possit citra periculum. — Quoties autem duo saltem testes minime adfuerint, matrimonia esse invalida, et quatenus fieri possit, esse revalidanda: ita tamen ut si obstet aliquod impedimentum iuris ecclesiastici, dispensetur ab episcopo, quoties dispensandi facultate polleat ex concessione Apostolicae Sedis: ad quam recurrendum erit, si de impedimentis agatur, in quibus dispensandi facultatem non habeat ex eiusdem Sedis Apostolicae delegatione. — Matrimonia vero contracta coram saeculari magistratu aut coram extraneo sacerdote, cum nullum alium possint contrahentes adire quam parochum iuramenti aut communionis schismaticae reum, esse pariter valida, quoties duo saltem testes praesentes fuerint, et parochus proprius sive propter iuramentum sive quavis alia ex causa schismati adhaeserit, monendos tamen et hortandos esse coniuges, ut

supra ». tapons. Pii VI. Litt. *Intelleximus* 5. Oct, 1793. ad Genevensem episcop, communicanda episcopis Sabaudiae quoad τη atrim. civilia.

«Quando difficilis, nec.tutus est accessus; et ignoratur, quandonam parochus haberi possit, et praevidetur spatio saltem unius mensis a loco abluturus, null usque alius sit, qui vices parochi suppleat, matrimonium valere absque praesentia parochi, servata in eo quo potest forma Cone., nempe adhibitis saltem duobus testibus ».— S. 0.1. Iul.1863. 15. Maii 1861.

<In his difficillimis dissitisque regionibus saepius occurrunt Christiani, qui sive persecutionis vitandae causa, sive propter pecuniae necessitatem, sive etiam propter aliam causam, satis incauti ut sunt plerumque Sinenses, e locis Christianorum ubi habitant ipsi, sive nati sunt, ad loca longinqua proficiscuntur, ad 40. vel 50. et amplius dies itineris, simul cnm uxore et filiis; in quibus locis non sunt christiani. nec inveniri possunt, nec ullus fuit unquam rumor de religione Christiana per circuitum. Grandiores facti filii et filiae nubunt cum paganis sine dispensatione possibili. Pro moribus gentis filiae praesertim, et saepissime etiam filii, snnt in impossibilitate absoluta transmigrandi ad loca Christianorum, sicque debent omnino vel nubere cum paganis, vel manere innuptae aut caelibes. Quid iuris in hoc casu? Tencnturne impedimento disparitatis cultus? Quid iuris ubi fides eorum est in tuto, ut fit aliquando, et ubi sunt in bona fide, ut plurimum evenit? — R. In propositis circumstantiis non esse inquietandos, facto verbo cum SSmo. — SSmus approbavit».— S. 0. 4. lun. 1851. vic. ap. Mandchouriae.

1032. — *Matrimonium dubium quoad usum*

« Te non latere arbitror quidquid per sacros canones hac super re de secundis nuptiis) sancitum est. Nam cap. 2. *de Secundis nuptiis* quemlibet ad secundas nuptias transire vetitum est, nisi constet firma certitudine quod ex hac vita migraverit eius coniux. In cap. *In praes., de Sponsalibus* iubetur ut nemo auctoritate Ecclesiae contrahere secundas nuptias possit donec certus nuntius recipiatur de morte prioris viri. Et iure quidem optimo: cum enim ex divina lege nexus eoniugii non alia causa quam alterius coniugis morte dissolvatur, ita ut qui alterum duxerit, vivente coninge primo, moechiae scelere coinquinetur, consequens est certum nuntium exspectari debere de morte prioris coniugis, priusquam novae nuptiae permittantur. Neque sufficit rumor incertus, aut diuturna coniugis absentia, aut probabilia argumenta illum interiisse, sed vel testem omni exceptione maiorem adesse Oportet, qui vidisse se mortuum priorem coniugem sacramenti religione confirmet, aut tales coniecturae de illius interitu intervenire debent quae prudentem virum ita plane esse morali quadam certitudine persuadeant. Allatae a vobis calamitates belli, famis, captivitatis, aliaeque huius generis, quae vastitatem regioni ae plurimis interitum attulerunt, non tanti ponderis sunt ut viris aut mulieribus qui coniuges amiserunt passim permitti possit novas nuptias appetere. Quamobrem, si qui iam nova coniugia contraxerunt, ct quidem in bona fide existimantes se per interitum coniugis a priori eoniugii vinculo absolutos, relinquendi sunt in bona fide, quia bonae fidei possessor turbari a possessione non debet. Si eorum alter dubius et anceps est, reddere quidem debitum potest, non autem petere. Si demum uterque mala fide contraxit, iam sunt omnino separandi. Cavendum praeterea et

illud est. quod si fortasse contigerit priorem coniugem quem mortuum potabant, adhuc in humanis exsistere, tunc secundae nuptiae sunt omuinn irritandae, et. dimisso posteriori coniuge. ad priorem reverti unusquisque tenetur. Consuli hac de re potest S. Leo Magnus ad Nicetam Aquileiensem ». — lustr. S. C. de P. F. 1792. C. 1366.

1034. — *Confectio processus causarum matrimonialium*

Processus conficiendus est secundum C. Benedicti XIV. *Dei miseratione* III. Non. Nov. 1741.. et instructiones editas a S. O.. a S. C. C., a. S. C. de P. F.. C. 1570. seqq., A. S. S. V. 1. p. 439. seqq.. V. 18. p. 344. seqq., V. 26. p. 639., M. E. V. 4. P. 2. p. 32. seqq., V. 8. P. 1. p. 219., P. 2. p. 122. seqq.

‹ Quando agitur de impedimento disparitatis cultus et evidenter constat. unam partem esse baptizatam et alteram non fuisse baptizatani; quando agitur de impedimento ligaminis et certo constat, primum coniugem esse legitimum et adhuc vivere: quando denique agitur de consanguinitate aut affinitate ex copula licita, aut etiam de cognatione spirituali vel de impedimento clandestinitatis in locis, ubi decretum Trident. *Tametsi* publicatum est: vel uti tale diu observatur, dummodo ex certo et authentico documento, vel in huius defectu ex certis argumentis evidenter constet de exsistentia huiusmodi impedimentorum, Ecclesiae auctoritate non dispensatorum, hisce in casibus, praetermissis solemnitatibus in Constit. apost. *Dei miseratione* requisitis, matrimonium poterit ab Ordinariis declarari nullum, cum interventu tamen defensoris vinculi matrimonialis. quin opus sit secunda sententia ». S. O.5. lun. 1889.. M. E. V. 8. P. 2. p. 122., V. 9. P. 1. p. 174.

1035. — *Impedimentorum dispensatio*

‹ 56. Doctrina, quae statuit, conveniens videri in impedimentis canonicis. quae proveniunt ex delictis in hire expressis, ullam unquam nec concedendam nec admittendam esse dispensationem; aequitatis et moderationis canonicae a sacro Concilio Tridentino probatae laesiva, auctoritati ct iuribns Ecclesiae derogans ». — Prp. Syn. Pist. d. a Pio VI.

1036. 1037. — *De causis ad matrimoniales dispensationes obtinendas, et de iis, (piae in ipsa dispensatione obtinenda exprimere oportet*

‹ Cum dispensatio sit iitris communis relaxatio cum causae cognitione, ab eo facta qui habet potestatem, exploratum omnibus est. dispensationes ab impedimentis matrimonialibus non esse indnlgcndas, nisi legitima et gravis causa interveniat. Quinimo facile quisque intelligit, tanto graviorem causam requiri, quanto gravius est impedimentum. quod nuptiis celebrandis opponitur. Verum haud raro ad S. Sedem perveniunt supplices litterae, pro impetranda aliqua huiusmodi dispensatione, quae nulla canonica ratione fulciuntur. Accidit etiam quandoque, ut in huiusmodi supplicationibus ea omittantur, quae necessario exprimi debent, ne dispensatio nullitatis vitio laboret. Idciirco opportunum visum est in praesenti instructione paucis perstringere praecipuas illas causas, quae ad matrimoniales dispensationes obtinendas, iuxta canonicas sanctiones et prudens ecclesiasticae provisionis arbitrium, pro sufficientibus haberi consueverunt: deinde ea indicare, quae in ipsa dispensatione petenda exprimere oportet.

Atque, ut a causis dispensationum exordium ducatur, operae pretium erit imprimis animadvertere, unam aliquando causam seorsim acceptam insufficientem esse, sed alteri adi unctam sufficientem existimari; nam quae uon prosunt singula, multa iuvant (Λ/#. *I. 5. C. de Probat.).* Huiusmodi autem causae sunt (piae sequuntur:

1. *Angustia· loci,* sive absoluta, sive relativa (ratione tantum oratricis), cum scilicet, in loco originis, vel etiam domicilii, cognatio feminae ita sit propagata, ut alium paris conditionis, cui nubat, invenire nequeat, nisi consanguineum vel affinem; patriam vero deserere sit ei durum.

2. *Aetas feminae superadulta,* si scilicet 24. aetatis annum iam egtessa hactenus virum paris conditionis, cui nubere possit, non invenit. Haec vero causa haud suffragatur viduae, quae ad alias nuptias convolare cupiat.

3. Deficientia aut incompetentia dotis, si nempe femina non habeat actu tantam dotem, ut extraneo aequalis conditionis, qui neque consanguineus neque affinis sit, nubere possit in proprio loco, in quo commoratur. Quae causa magis urget, si mulier penitus indotata exsistat, et consanguineus vel affinis eam in uxorem ducere, aut etiam convenienter ex integro dotare paratus sit.

4. *Lites super successione bonorum iam exortae, vel earundem grave aut imminens periculum.* Si mulier gravem litem super successione bonorum magni momenti sustineat, neque adest alius qui litem huiusmodi in se suscipiat, propriisque expensis prosequatur, praeter illum qui ipsam in uxorem ducere cupit, dispensatio concedi solet; interest enim reipublicae ut lites exstinguantur. Huic proxime accedit alia causa, scilicet, *dos litibus involuta,* cum nimirum mulier alio est destituta viro, cuius ope bona sua recuperare valeat. Verum huiusmodi causa nonnisi pro remotioribus gradibus sufficit.

5. *Paupertas viduae,* quae numerosa prole sit onerata, et vir eam alere polliceatur. Sed quandoque remedio dispensationis succurritur viduae, ea tantum de causa, quod iunior sit atque in periculo incontinentiae versetur.

6. *Bonum pacis,* quo nomine veniunt nedum foedera inter regna et principes, sed etiam exstinctio gravium inimicitiarum, rixarum et odiorum civilium. Haec causa adducitur, vel ad exstinguendas graves inimicitias, (piae inter contrahentium consanguineos vel affines ortae sint, quaeque matrimonii celebratione omnino componerentur; vel quando inter contrahentium consanguineos et affines inimicitiae graves viguerint, et. licet pax inter ipsos inita iam sit, celebratio tamen matrimonii ad ipsius pacis confirmationem maxime conduceret.

7. *Nimia, suspecta, periculosa familiaritas,* necnon *cohabitatio* sub eodem tecto, quae facile impediri non possit.

8. *Copula* cum consanguinea, vel affine, vel alia persona impedimento laborante praehabita, et *praegnantia idcoquc legitimatio prolis,* ut nempe consulatur bono prolis ipsius, et honori mulieris, quae secus innupta maneret. Haec profecto una est ex urgentioribus causis, ob quam etiam plebeis dari solet dispensatio, dummodo copula patrata non fuerit sub spe facilioris dispensationis: quae circumstantia in supplicatione foret exprimenda.

9. *Infamia multeris* ex suspicione orta quod illa, suo consanguineo aut affini nimis familiaris, cognita sit ab eodem, licet suspicio sit falsa,

cum nempe, nisi matrimonium contrahatur, mulier graviter diffamata, vel innupta'remaneret, vel disparis conditionis viro nubere deberet, aut gravia damna orirentur.

10. *Recalidatio matrimonii,* quod bona fide et publice, servata Tridentini forma, contractum est: quia eius dissolutio vix fieri potest sine poblico scandalo et gravi damno, praesertim feminae (c. 7. *de Consang.).* At si mala fide sponsi nuptias inierunt, gratiam dispensationis minime merentur, sic disponente Cone. Trid., sess. 24. cap. 5. *de Ref. matrim.*

11. *Periculum matrimonii mixti, rei coram a-af/iolico ministro celebrandi.* Quando periculum adest, quod volentes matrimonium in aliquo etiam ex maioribus gradibus contrahere, ex denegatione dispensationis ad ministrum acatholicum accedant pro nuptiis celebrandis, spreta Ecclesiae auctoritate, insta invenitur dispensandi causa, quia adest non modo gravissimum fidelium scandalum, sed etiam timor perversionis et defectionis a fide taliter agentium et matrimonii impedimenta contemnentium, maxime in regionibus ubi haereses impune grassantur. Id docuit haec S. Congr. in instr, die 17. Apr. 1820. ad archiepiscopum Quebeeensem data. Puriter cum vicarius apostolicus Bosniae postulasset, utrum dispensationem elargiri posset iis catholicis, qui nullum aliud praetexunt motivum. quam vesanum amorem, et simul praevidetur, dispensatione denegata, eos coram indice infideli coniuginm fore inituros, S. C. S.Offic. in fer. IV. 14. Aug. 1822. decrevit: *Respondendum oratori, quod in exposito casu utatur facultatibus sibi in form.* ***II.*** *commissis, prout in Domino expedire iudicaverii.* Tantumdem dicendum de periculo, quod pars catholica cum acatholico matrimonium celebrare audeat.

12. *Periculum incestuosi concubinatus.* Ex superius memorata instructione an. 1822. elucet dispensationis remedium, ne quis in concubinatu insordescat cum publico scandalo atque evidenti aeternae salutis discrimine, adhibendum esse.

13. *Periculum matrimonii civilis.* Ex dictis consequitur, probabile periculum, quod illi qui dispensationem petunt, ea non obtenta, matrimonium dumtaxat *civile,* ut aiunt, celebraturi sint, esse legitimam dispensandi causam.

14. *Remotio gravium scandalorum.*

15. *Cessatio publici concubinatus.*

16. *Excellentia meritorum,* cum aliquis, aut contra fidei catholicae hostes dimicatione, aut liberalitate erga Ecclesiam, aut doctrina, virtute, aliove modo de religione sit optime meritus.

Hae sunt communiores potioresque causae, quae ad matrimoniales dispensationes impetrandas adduci solent ; de quibus copiose agunt theologi, ac sacrorum canonum interpretes. *(Inter caeteros consulendi Pyrrhus Corradas, Praxis dispensationum apostolicarum, lib. 7. et ■$.. ac Vincentius De Justis, de Dispensationibus matrimonialibus. lib. 3.).*

Sed iam se convertit instructio ad ea. quae, praeter causas, in litteris supplicibus pro dispensatione obtinenda, de iure vel consuetudine, aut stylo curiae exprimenda sunt, ita ut si etiam ignoranter taceatur veritas, aut narretur falsitas, dispensatio nulla efficiatur. Haec autem sunt:

1. *Nomen* et *cognomen* oratorum, utrumque distincte ac nitide ac sine ulla litterarum abbreviatione scribendum.

2. *Dioecesis originis* vel *actualis* domicilii. Quando oratores habent iomicilium extra dioecesim originis, possunt, si velint, petere, ut dispensrtio mittatur ad Ordinarium dioecesis, in qua nunc habitant

3. *Species* etiam *infima* impedimenti, an sit consanguinitas, vel affinitas, orta ex copula licita vel illicita; publica honestas originem ducens ex sponsalibus, vel matrimonio rato; in impedimento *criminis,* utrum provouent, ex coniugicidio cum promissione matrimonii ; aut ex coniugicidio cum adaltorio, vel ex solo adulterio cum promissione matrimonii ; in cognatione spirituali, utrum sit inter levantem et levatum, vel inter levantem et levati parentem.

4. *Gratus consanguinitatis,* vel *affinitatis,* aut *honestatis* ex matrimonio rato, et an sit simplex, vel mixtus, non tantum remotior, sed etiam propinquior; uti et linea, an sit recta et transversa; item an oratores sint coniuncti ex duplici vinculo consanguinitatis, tam ex parte patris, quam ex parte matris.

5. *Numerus impedimentorum,* ex. gr., si adsit duplex aut multiplex consanguinitas vel affinitas, vel si praeter cognationem adsit etiam affinitas, aut aliud quodeumque impedimentum, sive dirimens, sive impediens.

6. *Variae circumstantiae,* scilicet, an matrimonium sit contrahendum, vel contractum; si iam contractum, aperiri debet, an bona fide, saltem ex parte unius, vel cum scientia impedimenti: item, an praemissis denuntiationibus, et iuxta formam Tridentini; vel, an spe facilius dispensationem obtinendi; demum, an sit consummatum; si mala fide, saltem unius partis, seu cum scientia impedimenti.

7. *Copula incestuosa,* etc. Cf. n. 1038.

Haec prae oculis habere debent non modo qui ad S. Sedem pro obtinenda aliqua matrimoniali dispensatione recurrunt, sed etiam qui ex pontificia delegatione dispensare per se ipsi valent, ut facultatibus, quibus pollent, rite, ut par est, utantur ». — Instr. S. C. de P. F. 9. Maii 1877.

Quandonam *angustia loci* talis est, ut adduci valeat ceu causa legitima pro dispensatione matrimoniali impetranda? — R. Norma traditur a Pio IX. per epistolam circularem Emi pro-datarii cardinalis Spinola ad archiepiscopos missam 30. Aug. 1847. Porro in ea angusta declarantur loca illa, in quibus focorum numerus non excedit tercentum, vel inhabitantes non sunt ultra mille et quingentos. — S. C. C. 16. Dee. 1876. hoc dedit responsum: «Angustiam loci non esse desumendam a numero focorum cuiusque paroeciae, sed a numero focorum cuiusque loci vel etiam plurium locorum, si non distent ad invicem ultra milliare ». Apostolica autem Dataria haec habet: «*Angustia loci* verificatur cum eius focularia numerum tercentum non excedant; nec officit quod locus angustus parum ab alio dissitus exsistat, dummodo ista duo loca sint inter se distincta ae diversa, propriamque denominationem habeant. Aliqua autem distantia requiritur in suburbiis, quae quamvis civitatis partem constituant, nihilominus *angustia* in ipsis admittitur cum per milliare aut paulo minus a civitate distent. Ita sentiunt Pyrrus Corrado in Praxi dispens. apost. l. 7. c. 5., De Justis de Dispens. matrim. l. 3. c. 2. Huiusmodi autem doctrinae examussim consonat huius Datariae Apostolicae praxis ». — Cf. A. S. S. V. 9. p. 631., Vol. 16. p. 544., C. 1481.

1038. — A' *validitate disp, mate., copula iucestuosa reticita*

« Infandum incestus flagitium peculiari semper odio sancta Dei Ecclesia prosequnta est. et Summi Romani Pontifices statuerunt, nt qui eo sese temerare non erubuissent, si ad Apostolieam Sedem confugerert petendae causa dispensationis super impedimentis matrimonium dirimentibus. eorum preces, nisi in eis de admisso scelere mentio facta esset, obreptionis et subreptionis vitio infectae haberentur atque ideo dispensatio esset invalida: idque ea sanctissima de causa cautum fuit, ut ab hoc gravissimo crimine christifideles arcerentur.

Hanc S. Sedis mentem testantur tum alia documenta, tum decretum. quod novissime supremum sanctae romanae et universalis Inquisitionis Consilium, ipso adprobante Romano Pontifice, feria IV. die 1. Aug. 1866. tulit, quod est huiusmodi ‹ subreptitias esse et nullibi ac nullo modo valere dispensationes, quae sive directe ab Apostolica Sede, sive ex pontificia delegatione super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis. affinitatis, cognationis spiritualis nec non publicae honestatis conceduntur. si sponsi ante earnndem dispensationum exsecutionem, sive ante sive post earum impetrationem incestus reatum patraverint; et vel interrogati, vel etiam non interrogati, malitiose vel etiam ignoranter reticuerint copulam incestuosam inter eos initam, sive publice ea nota sit, sive etiam occulta, vel reticuerint consilium et intentionem qua eandem copulam inierunt ut dispensationem facilius assequerentur ». — S. Poenitentiaria vestigiis insistens supremae Inquisitionis id ipsum die20. Iuliil869. statuit.

Verum cum plurimi sacrorum antistites sive seorsum singuli, sive coniunetim S. Sedi retulerint, maxima ea de causa oriri incommoda cum ad matrimonialium dispensationum exsecutionem proceditur, et hisce praesertim miseris temporibus in fidelium perniciem non raro vergere quod in eorum salutem sapienter inductum fuerat, Sanctissimus D. X. D. Leo divina providentia Papa XIII. eorum postulationibus permotus, re diu ac mature perpensa, et suffragio adhaerens Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium in universa Christiana repuldica una mccum inquisitorum generalium, hasce litteras omnibus locorum Ordinariis dandas iussit, quibus eis notum fieret, decretum superius relatum s. romanae et universalis Inquisitionis et s. Poenitentiariae, ct quidquid in eundem sensum alias declaratum, statutum, aut stylo curiae inductum fuerit, a se revocari, abrogari nulliusque roboris imposterum fore decerni: simulque statui et declarari, dispensationes matrimoniales *posthac* concedendas, etiamsi copula incestuosa vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi reticita fuerint, validas futuras; contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Dum tamen ob gravissima rationum momenta a pristino rigore hac super re Sanctissimus Pater benigne recedendum ducit, mens ipsius est, ut nihil de horrore, quod incestus crimen ingerere debet, ex fidelium mentibus detrahatur: imo vero summo studio excitandos vult animarum curatores, aliosque quibus fovendae inter christifideles morum honestatis cura demandata est, ut prudenter quidem, prout rei natura postulat, efficaciter tamen elaborent huic facinori insectando et fidelibus ab eodem,

propositis poenis quibus obnoxii fiunt, deterrendis». — Litt. circnl. S. O. 25. lun. 1885.

Impedimenta omnia e.rponenda

« An matrimonium contractum praevia dispensatione super gradu remotiori, proximiori reticito, sit validum, non obtentis prius litteris declaratoriis iuxta Const. S. Pii V. — R. Sanctitas Sua docuit huiusmodi matrimonia esse quidem valida, sed illicita, dummodo dispensationes non attingant primum gradum, adcoque donec litcrae declaratoriae, seu ut vocant *perinde valere,* expediantur, eoniuges separari debere. Et ita in posterum rescribi mandavit, non obstante contrario decreto huius S. Congregationis emanato sub die 13. Novembris 1732».—S.C.S.O.12. Dec. 1748.

S. Pius V. in Const. *Sanctissimus* 20. Augusti 1506. « statuit et ordinavit quod de cetero in quibuseumque dispensationibus, quas pro matrimoniis contractis aut contrahendis inter viros et mulieres, invicem diversis prohibitis consanguinitatis et affinitatis, aut mixtis, ex communi seu ab eodem stipite surgentibus, quicumque illi sint, dummodo primum quoquomodo non attingant, cum in eo Sanctitas Sua, et pro tempore exsistente Romano Pontifice aut Sede Apostolica impetrari vel alias concedi contingent, ac literis commissionibusque desuper, etiam locorum Ordinariis faciendis, gradus remotior attendatur trahatque secum propinquiorem, ac ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiore literis declaratoriis, iuxta Gregorii et Clementis praedecessoris huiusmodi constitutiones, quas, quoad hoc, innovavit et inviolabiliter observari mandavit; dispensationesque seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas literas et processus habitos per easdem dispensatis, seu his cum .quibus dispensari mandatur, propter proximioris gradus huiusmodi non expressionem, de subreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus et per omnia suffragari, perinde ac in literis seu utroque gradu specialis et expressa mentio facta fuisset ».

« La S. V. Rma espoueva a questa S. C. Ia prassi seguita nelle dispense matrimoniali da monsignor arcivescovo maronita di Bairut, cioè che quando si è ottenuta una dispensa matrimoniale dal patriarca o dalla S. Sede, se prima di dare esecuzione si scuopre concorrerc nello stesso caso un altro impedimento di quelli in cui i vescovi maroniti credono di essere autorizzati a dispensare, il suddetto arcivescovo eftettivamente dispensa dal nuovo impedimento senza rivolgersi nuovaniente al patriarca o alla S. Sede. Cio posto, Elia domanda se siano, valide o nulle siffatte dispense.

La S. V. non ignora che affinchè valga una dispensa c necessario seconde la comune dottrina de'tcologi, esporre tutti gli impedimenti che ostano al matrimonio, non che le circostanze che debbonsi necessariarnente manifestare; c tale csposiz.ione deve farsi non in separate istanzc, ma unitamente nella medesima supplica, per la nota ragione che *tota rei gravitas debet dispensanti innotescere, et maior impedimentorum numeras difficiliorem reddit dispensationem.* Se adunque un impedimento dirimente pel quale deve ricorrersi o di fatto si ricorre sia al patriarca, se ne ha la facoltà; sia alla S. Sede, concorra con altro dirimente o impediente in cui il vescovo abbia la facoltà di dispensare, non basta ri-

correre ed osporre il primo o al patriaren o alla S'. Sede cd il secondo al vescovo per ottenere separate dispense, ma è d'uopo esporli ambedne alla S. Sede o al patriarea. per implorante la dispensa daU'imo e l'altro impedimento. Proposto difatti alla S. Penitenzicria questo easo: «Quaedam dispensatio fuit concessa a Sanctitate Vestra super impedimento secundi gradus consanguinitatis: quaeritur an episcopus virtute Indulti 15. Nov. (in quo conceduntur facultates circa impedimenta tertii et quarti gradus'| super impedimento quarti gradus, *quod postea detegatur,* dispensare possit». S. Poenitentiaria die 15. Aprilis respondit: Negative». — S. C. de P. F. 10. Maii 1887.

Cautelae adhibendae quoad dispensationem in l.n gradu affinitatis, ei in l.° ac 2.° tam affinitatis quam consanguinitatis

«... il S. Padre ha avuto principalmente in mira che in cosa di grave rilievo che puô compromettere la moralità, fosse bene assodata e comprovata la verita dellesposto sulla fede e coscienziosa cognizione dei vescovi stessi e non soltanto delle curie vescovili....

>Mentre quindi incariehiamo la coscienza di essi nell interporre le loro premure per quelle dispense, che motivi canonici raccomandino, è nostra volontà, che in avvenire per le dispense *in primo grado di affinity o in secondo misto al primo di consanguinità o affinità* non colle consuete testimoniali di formolario, ma. ove il possono, con loro apposite lettere debbano direttamente i vescovi stessi, i vicarii capitolari, i vicarii apostolici e gli abbati ordinarii per i rispettivi sudditi enunciare le *cause canoniche* che concorreranno in ciascun caso particolare, e le circostanze per cui giudichino necessaria la grazia, e il pericolo, ove vi sia. almeno verisimile della vita, il quale non possa evitarsi che coi matrimonio. Renderassi con tal provvediinento più difficile la riunione di cause sufficienti alia dispensa, e sarem noi più tranquilli nell* annuire a concessioni, le quali rinverremo giustificate dalla nécessita, tanto più imponente, quanto minori sono i mezzi per rimediarvi con altre disposizioni.

» Resteranno poi gli Ordinarii strettarnente incarieati di verificare l'esposto nel dare esecuzione alia grazia, il che sarà loro molto più facile, se prima di scriverne alla S. Sede ne avranno tali prove, quali stimino giuste per raccomandarne la petizione. Abbiano essi su cib presente, quanto sulla esecuzione delle matrimoniali dispense prescrissero i nostri predecessor!, ed in special modo Benedetto XIV. Rammentino secondo il di lui avvertimento, che lespressione delle cause nelle lettere apostoliche, e la loro verificazione. Iungi di essere, come alcuni dieono, *solitas, vanas ct superfluas et tanquam inanes curiae formaiitades, parvi aut nihili faciendas,* spettano anzi positivamente *ad substantiam et validitatem dispensationis,* e da ciô stesso impegninsi ad usare ogni più rigorosa cautela nell'eseguire le dispense, che loro si commettono ». — Gregor. XIV. Revmo Card. Pro-Datario 22. Nov. 1830., M. E. V. 4. G. 1. p. 174. seqq.

Litterae Emi Pro-Datarii. — ‹ Perillustris et Reverendissime Domine. — Petitionum copia pro obtinendis matrimonialibus dispensationibus super impedimenti» primi tangentis secundum consanguinitatis gradum Sanctissimi Principis Domini Nostri Leonis Papac XIII. mentem, ingluvie malorum percrebescente, perculit. Etenim animadvertens indulgendo huiusmodi concessionibus, eftraenata licentia, quae de die in diem

augetur, liaudqiiaquam compescitur; eo quod occasio continua, commodum eam impune satisfaciendi allectant nupturientes spe etiam modoconiugali occulturos infelices etlectus, atque reatus, qui iam praecesserunt.

Nc vero Sanctitatis Suae indulgentia praebeatur occasio salutarem disciplinam labefactandi, quae a sanctitate sacramenti iubetur, et tantum prodest morum integritati, societatis bono ct vegetiorum corporum incremento, onerat episcoporum conscientiam, ut sedulo invigilent, ne Sanctae Sedis procantes accedant, nisi verae causae canonicae iure commendent, et litteris manu propria exaratis rationes in quolibet casu explicent, nec non circumstantias, quibus putent gratiam esse concedendam. Tali modo Summus Pontifex tutior annuet petitionibus, quoties agnoscet necessitatem eo obstrictiorem, quo artes erunt minores alio modo consulendi.

Pro certo habeo Amplitudinem Tuam omnibus viribus elaboraturam, ut Sanctitatis Suae vota praeoptatum finem habeant. Interim meae observantiae sensus Tibi profiteor, atque cuncta adprecor a Domino.

Datum Romae ex Aedibus nostris die 19. lunii 1895. ».

1042. — *Componenda*

«A non moltiplicare lettere, profitta lo serivente di questa congiuntura per raccomandare la dovu.ta vigilanza perché dalle Curie Vescovili venga posta in opera ogni possibile diligenza per bene appurare lo stato economico dei dispensandi, affinchè nelle rispettive testimoniali commendatizie per le dispense di qualsiasi grado sia espresso il valore della possidenza degli oratori e dei redditi loro provenienti da altro cespiter avvertendo in pari tempo se la possidenza si gode attualmente dagli oratori, o se sia solamente in isperanza, come suole verificarsi sovente nei figli di famiglia, qualora poi nulla di cio si verifichi, enunciare espressamente che gli oratori nulla posseggono e vivono colla sola industria e lavoro delle proprie mani». — Circol. Datar. Apost. 21. Luglio 1879., M. E. V. 4. P. 1. p. 173. seq.

Dispensatio cum pauperibus

‹ Placuit SSino Duo N.....*where ut significaretur quomodo Sedes ipsa Apostolica se gerere soleat in disqxnsando cum pauperibus circa impedimenta matrimonium dirimentia.* Tuum enim erit, ut ipse SSmus I). N. addidit, his iisdem uti regulis, quum delegatus a delegantis moribus et consuetudine, vel tantisper recedere, nec possit, nec debeat. Deinde subiunxit: Sedi Apostolicae ab antiquissimo tempore in more esse non dispensandi in forma pauperum circa tertium ct quartum simplicem consanguinitatis, vel affinitatis gradum, nisi vera concurrat paupertas^ et aliqua ex causis inferius recensendis.

Vere, autem pauperes non utique'alii existimantur, quam qui adeo miserabiles sunt, ut labore manuum, et industria tantum vivant; quo fit ut dispensatio in forma pauperum non aliter a Sede Apostolica concedatur quam si de paupertate dispensandorum constet ex proprii episcopi attestatione, et ea quidem quae exarata est iuxta Decretum Urbani VIII. quod nimirum *oratores ita pauperes et miserabiles exsistant, ut ex suis laboribus ct industria tantum vivant.*

Quia tamen illi etiam ita pauperes merito diei possunt, qui aliqua possident bona, hinc non denegatur a S. Sede dispensatio in forma pauperum, etiamsi oratores bona in capitali possideant valoris scutorum 300 monetae romanae. si ipsi citra montes degunt; vel, si ultra montes, valoris ducatorum auri de Camera 300 summam attingentium scutorum 525 dictae monetae. Quod si bona habent ad quantitatem usque scutorum, vel respective ducatorum mille auri de Camera, dispensatio nihilominus in forma pauperum conceditur, soluta tamen eleemosyna, (piae vulgo dicitur *componenda* scutorum quatuor pro quolibet centenario; quam SSmus memorat et vult vel erogandam esse in subsidium pauperum, vel ipsis dispensandis eleemosynae titulo remittendam, si nihilominus eorum conditione inspecta pauperes esse videantur. Amplius vero possidentibus dispensatio in forma pauperum non conceditur, sed sub altera forma ***Ex*** *honestis,* quae tamen in facultatibus concessis minime comprehenditur ». — S. C. S. O. 26. Sept. 1754.

1041. — *De potestate episcoporum in imped, dirim. publicis*

‹ Propositio asserens, episcopos posse dispensare in publico impedimento, matrimonium dirimente consanguinitatis pro matrimonio contrahendo. sive in articulo mortis, sive in alia urgentissima necessitate, in (pia contrahentes non possint exspectare dispensationem Sedis Apostolicae, est falsa, temeraria, scandalosa, perniciosa, et seditiosa ». — S. I. C. 19. lan. 1661., A. S. S. V. 14. p. 155. seqq.

<De mandato SS. D. N. Leonis XIII. S. C. S. R. et U. I. nnperrimis temporibus duplex quaestionum genus expendendum propositum fuit. Primum respicit facultates, quibus, urgente mortis periculo, quando tempus non suppetit recurrendi ad Sanctam Sedem, augere conveniat locorum Ordinarios dispensandi super impedimentis publicis matrimonium dirimentibus cum iis, qui iuxta civiles leges sunt eoniuncti aut alias in concubinatu vivunt, ut morituri in tanta temporis angustia in faciem Ecclesiae rite copulari, et propriae conscientiae consulere valeant: alterum spectat ad exsecutionem dispensationum, quae ab Apostolica Sede impertiri solent.

Ad primum quod attinet, re serio diligenterque perpensa, adprobatoque et confirmato Emineutissiinorum Patrum una inecum Generalium Inquisitorum suffragio, Sanctitas Sua benigne annuit pro gratia, qua locorum Ordinarii dispensare valeant sive per se, sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam aegrotos in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus recurrendi ad Sanctam Sedem super impedimentis quantumvis publicis matrimonium iure ecclesiastico dirimentibus excepto sacro presbyteratus ordine, et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente.

Mens autem est eiusdem Sanctitatis Suae, ut si quando, quûd absit, nécessitai ferat, ut dispensandum sit cum iis, qui sacro subdiaconatus aut diaconatus ordine sunt insigniti, vel solemnem professionem religiosam emiserint, atque post dispensationem et matrimonium rite celebratum convaluerint, in extraordinariis huiusmodi casibus, Ordinarii de impertita dispensatione Supremam Sancti Officii Congregationem certiorem faciant et interim omni ope curent, ut scandalum, si quod adsit, eo meliori modo quo fieri possit removeatur, tum inducendo eosdem ut in loca

sc conferant, ubi conun conditio ecclesiastica aut religiosa ignoratur, him, si id obtineri nequeat, iniungendo saltern iisdem spiritualia exercitia aliasque salutares poenitentias, atque eam vitae rationem, quae praeteritis excessibus redimendis apta videatur, quaeque fidelibus exemplo sit ad recte et christiane vivendum.

De altero vero quaestionum genere, item adprobato et confirmato eorundem Emiuentissimornm Patrum suffragio Sanctissimus sanxit: 1. dispensationes matrimoniales omnes in posterum committendas esse vel *oratorum Ordinario* vel *Ordinario loci:*

2. Appellatione *Ordinarii,* venire episcopos, administratores seu vicarios apostolicos, praelatos seu praefectos habentes jurisdictionem cum territorio separato, eorumque officiales seu vicarios in spiritualibus generales, et sede vacante vicarium capitularem vel legitimum administratorem.

3. Vicarium capitularem seu administratorem eas quoque dispensationes apostolicas exsequi posse, quae remissae fuerint episcopo aut vicario cius generali vel officiali nondum exsecutioni mandatas, sive hi illas exsequi coeperint, sive non. Et vicissim sede deinde provisa, posse episcopum vel eius vicarium in spiritualibus generalem seu officialem exsequi dispensationes quae vicario capitulari exsequendae remissae fuerant, seu hic illas exsequi coeperit seu minus.

4. Dispensationes matrimoniales Ordinario oratorum commissas, exsequendas esse ab illo Ordinario, qui litteras testimoniales dedit, vel preces transmisit ad S. Sedem Apostolicam, sive sit Ordinarius originis sive domicilii, sive utriusque sponsi, sive alterutrius eorum; etiamsi sponsi quo tempore esxecutioni danda erit dispensatio, relicto illius dioecesis domicilio, in aliam dioecesim discesserint non amplius reversuri, monito tamen, si id expedire indicaverit, Ordinario loci, in quo matrimonio contrahitur.

5. Ordinario praedicto fas esse, si ita quoque expedire indicaverit, ad dispensationis exsecutionem delegare alium Ordinarium, eum praesertim, in cuius dioecesi sponsi actu degunt ». — S. C. S. O. 20. Febr. 1888.

« Utrum Ordinarii in casibus extremae necessitatis facultatem dispensandi super impedimentis publicis matrimonialibus in mortis periculo, litteris S. C. 20. Febr. 1888. concessam, parochis et universim confessariis adprobatis modo generali subdelcgare valeant, an non? » Quo dubio mature perpenso, EE. PP. fer. IV. d. 9. lan. 1889. dixerunt: « Supplicandum Sanctissimo ut decernere et declarare dignetur, Ordinarios, quibus memorata facultas praecitatis litteris diei 20. Febr. 1888. data fuit, posse illam subdelegare habitualiter parochis tantum, sed pro casibus in quibus desit tempus ad ipsos Ordinarios recurrendi et periculum sit in mora ». Eadem feria ac dio SS. D. N. Leo PP. XIII. benigne annuere dignatus est iuxta EE. PP. suffragium ». — S. 0. 9. lan. 1889., 0. 1471. seqq.

« 1. Utrum S. Congregatio, per verba *super impedimentis quantumvis publicis,* confirmare intenderit communem theologorum, et praesertim S. Alphonsi sententiam, quae habet, posse episcopos in casibus urgentis necessitatis dispensare super impedimentis occultis, eamque facultatem voluti ordinariam probabiliter delegare etiam generaliter, ita ut mens Congregationis fuerit significare, episcopos a fortiori ab impedimentis occultis in praedictis adiunctis dispensare posse. — 2. Utrum in gravis-

simo mortis periculo condiutoros parochi, qnando ob ingentem parochia* rnm illins dioecesis amplitudinem ad eum recurrere non possunt, nomine parochi ab impedimentis publicis dispensare valeant. — 3. Utrum in decreto diei 9. lan. 1889. nomine *parochorum* veniant etiam vicarii tem* porales, qui post obitum parochorum vel in eorum absentia sufficiuntur.

R. Ad 1.mm Ex vi decreti, affirmative pro mortis articulo. — Ad 2.”” et 3.’m Detur responsum hac eadem feria datum R. P. D. abbati SSmae Trinitatis Caven., quod est sequens, scilicet: « Propositis a R. P. I). abbate supra laudato sequentibus dubiis: I. An sub nomine parochorum in snb-delegatione facultatis, de qua in precibus, intelligendi sint etiam vice-parochi vel oeconomi-curati ad nutum amovibiles, in quibus paroeciis parochi stricte sumpti ac veri nominis non sunt creati? Et quatenus negative.— II. Utrum saltem in dioecesibus, in quibus, sicut et in abbatia *Sullins* SSrnae Trinitatis Caven. ex privilegio vel ex antiquissima ae immemorabili consuetudine, nonnullae sunt paroeciae, quarum curati tamquam vicarii abbatis sunt instituti sub nomine *oeconomi* vel *archi-presbyteri curati,* ad nutum amovibiles. praedicta facultas ad hos quoque possit extendi ».— E. Ad I. Comprehendi omnes qui actu curam animarum exercent, exclusis vice-parochis et cappellanis. — Ad II. Provisum in praecedenti ›. — S. C. O. 22. Apr. 1890.

« Utrum voce *parochorum* quibus Ordinarii possunt subdelegare facultatem dispensandi in casibus extremae necessitatis super impedimentis publicis matrimonialibus in mortis periculo, ex induito Supremae Congregationis 1. Mart. 1889., intelligi possint et debeant *missionarii* curam animarum habentes, quamvis *parochi* stricte dici non valeant. — R. Affirmative pro iis missionariis qui parochialibus funguntur muneribus».— S. *C.* S. S. 0. 23. Apr. 1899.

«Super intelligentia verborum *aegrotos in gratissimo mortis periculo constitutos* non leve exortum est inter quosdam dissidium. Sunt enim qui asserunt locnm dispensationi tantum esse quum impedimentum afficiat directe aegrotum, non vero quum aegrotus sit solutus, et impedimentum tantum directe afficiat bene valentem. Dum alii e contra facultatem dispensandi Ordinariis concedi putant quamvis aegrotus non habeat in se impedimentum, sed hoc directe tantum exsistat in bene valente. Unde quum civiliter sint coniuncti, aut alias in concubinatu vivant, ex. gr. puella soluta et diaconus, iliaque aegrotante, hic valens sit, possetne Ordinarius cum his dispensare? Vel si monialis aegrotans in concubinatu viveret cum diacono bene valente, essetne locus dispensationi, quum diaconus non sit in gravissimo mortis periculo constitutus? — R. Ordinarios locorum, vi decreti diei 20. Febr. 1888. in utroque casu allato dispensare posse, et in utroque pariter S. Congregationem S. Officii de impertita dispensatione certiorem reddere, ac ea interim curare debere quae in eodem decreto praescribuntur. — Sanctissimus approbavit ». — S. C. S. 0.1. Iui. 1891.

«Utrum vi decretorum diei 20. Febr. 1888. et 1. Mart. 1889. valeant Ordinarii per se vel per parochos dispensare super impedimentis publicis iuris ecclesiastici, exceptis presbyteratu, et affinitate in via recta, omnes in articulo mortis constitutos, licet matrimonium civile, quod vocant, non celebraverint, nec vivant in concubinatu. — R. Negative ». — S. C. 8.0 17. Sept. 1890.

Quoad disparitatcm cultus ct mixtam religionem «cautiones etiam in articulo mortis esse exigendas; disparitatem cultus utpote impedimentum dirimens in encyclica S. (Hlicii 20. Febr. 1888. comprehendi : mixtam vero religionem, uti impedimentum impediens, non comprehendi ». — S.C. 8.0.18. Mart. 1891.

Dispensatio al› uno tantum Ordinario

« Haud necesse est ut, quando contrahentes (matrimonium) diversis commorantur in locis, ab utroque Ordinario, mulieris nempe atque viri, dispensandi sint, sed ab alterutro tantum, quemadmodum S. Poenitentiaria declaravit. Eiusmodi responsum ea de re, quod hisce adiicimus, pro opportunitate innotescat congruum ducimus. — Responsum S. Poenitent.: Quilibet Ordinarius agendo cum facultate non ordinaria, sed a S. Sede absolute, simpliciter, et absque ulla conditione delegata, dispensandi cum suis dioecesanis, potest (facta in singulis actis expressa mentione delegationis) dispensare super aliquo canonico impedimento, etiam in casu in quo una persona, ab impedimento ligata, est suae dioecesis, altera vero alienae; quia facultas procedit a Papa, et sublato impedimento ex una parte cum qua dispensare valet, etiam pars altera libera evadit, cum ligamen non amplius inter utramque partem exsistat ». Et die 13. Martii 1886. episcopo Cameracensi declarabat: « Episcopum posse dispensationem matrimonialem in foro externo et a S. Sede commissam exsequi etiamsi alter ex iis quibus dispensatio concessa est, pendente eius expeditione, ab eius dioecesi discedens, alio fixerit domicilium, dummodo alter in ea remanserit ». — S. C. de P. F. 19. Sept. 1861.

Cumulata dispensatio

« Ritiensi per massima ineontestabile che Fuso di piii facoltà non puo cumularsi sullo stesso caso, per la regola generale che vieta in materia di dispense l'accumulamento, e perché le dette facoltà sono di stretto diritto, corne le dispense stesse, e quindi debbono strettamente interpretarsi, nè estendersi al di là di quelle che suonano, cioè della espressa volontà del concedente. Laonde non facendosi nelle varie facoltà di dispensa pei varii gradi parola alcuna che accenui a cumulativa, ne deriva che chi c di quelle munito non puô farno uso simultaneamente nello stesso caso ». — S. C. S. 0. 18. Maii 1869.

« Episcopus N. hucusque putavit sibi competere facultatem, vi indulti 15. Novembris, dispensandi in matrimoniis contrahendis super impedimento sive consanguinitatis, sive affinitatis, in tertio et in quarto gradu non solum unico, sed et duplici et amplius, ac etiam in consanguinitate et affinitate simul innetis. Sed cum dictus episcopus nuper compertum habuerit nonnullos hodie de praedicta sententia dubitare, bine S. Poenitentiariae proponit sequentia dubia:

1. An vi indulti 15. Novembris possit episcopus dispensare in consanguinitate vel affinitate in gradibus ibidem determinatis, etiam quando iidem gradus multiplicantur?—2. An in consanguinitate et affinitate simul innetis? — 3. Quatenus negative, petit sanationem quoad praeteritum ct facultatem quoad futurum.

R. Ad 1.om Affirmative. — Ad 2?m Providebitur in sequentibus. — Ad 3.0m S. Poeniteutiaria, de speciali et expressa apostolica auctoritate, omnia

et singula matrimonia, quae hucusque ob cumulatam facultatem dispensandi simul super consanguinitate et affinitate nulliter contracta sunt, in radice sanat et convalidat. prolesque sive susceptas, sive suscipiendas exinde legitimas decernit, ac respective declarat. Praesentes autem litterae in Cancellaria episcopali diligenter custodiantur, ut pro quocumque futuro eventu de matrimoniorum validitate, et prolium legitimitate constare possit.

Ad futurum vero quod attinet, eidem episcopo facultas tribuitur, ut ipse, sive per suum vicarium generalem, dispensare valeat super consanguinitate et affinitate simul innetis, in gradibus determinatis in articulo secundo indnlti 15. Novembris, pro decem casibus dumtaxat ». — S. Poenit. 18. lan. 1883.

‹ 1. Utrum concurrente aliquo impedimento dirimente secreto, seu fori interni, cum alio impedimento item dirimente, sed publico, necessasaria sit ad dispensationem specialis cumulandi facultas. — 2. Utrum concurrentibus duobus impedimentis, quorum unum sit dirimens et alterum impediens tantum, eo excepto quod *miniae religionis* dicunt, pariter necesse sit ad dispensationem specialis cumulandi facultas. — R. Ad 1.e“ Negative: et detur decretum diei 31. Martii 1872. in Coimbaturen. — Ad 2.',m Affirmative quoad impedimenta impedientia, quorum dispensatio reservatur S. Sedi, ea nempe quae oriuntur ex mixta religione, ut aiunt, atque ex sponsalibus et ex voto simplici perpetuae castitatis; secus in reliquis, circa quae episcopus uti poterit iure suo ». — S. C. S. 0. 18. Aug. 1897.

Decretum die 31. Mart. 1872. datum in Coimbaturen., sic se habet: ‹ SSmus Dominus declaravit generatim prohibitionem concedendi absque speciali facultate dispensationes, quando in una eademque persona concurrunt impedimenta matrimonialia, non extendi ad eos casus, in quibus cum impedimento, natura sua publico, aliud occurrit impedimentum occultum. seu fori interni ».

I)p anticipativa et communi dispensatione

«...Aliqui inter nos non dubitant anticipativam et communcpi dispensationem ad hunc effectum nubendi) dare. Ratio ipsis est, quia probabile non videtur Sanctam Sedem exigere, ut decem et aliquando amplius dierum iter suscipiant ut occurrente casu dispensationem postulent. Praeterea observarunt quod, ex centum mulieribus paganis, quae viris fidelibus nubunt, nonaginta sint quae fiunt christianae; unde generaliter et anticipative, habita ratione numeri Christianorum loci alicuius determinati, horum determinatum numerum, non nominatis personis, a disparitatis cultus impedimento dispensant. Num excedunt isti missionarii in praedictae facultatis usu, non audeo determinare. — R. Excessisse missionaries et excedere in concedendis dispensationibus anticipativis et communibus absque nominatione personae, eisdemque iniungendum, ut deinceps se abstineant ab hisce dispensationibus concedendis, sub nullitatis poena: alienum quippe a more ac mente huius Sanctae Sedis prorsus est cuipiam facultates delegare velle, quae exsecutioni mandentur, non prius visa diligenter causa, nec positis per eundem exsecutorem in tuto conditionibus, quae apponuntur. Erit proinde a munere ipsius Vicarii Ap. facultatem, quae sibi adesse ac perdurare supponitur, dispen-

sandi super disparitate cultus, iis tantum prudentibus ac piis in sua missione laborantibus sacerdotibus subdclegare, qui nerninem fidelium permittant matrimonium contrahere cum infideli, ni viderint ante graves illas causas concurrere in singulis plane casibus expetendas, quas accurate inspici inbct Apostoliea Sedes, atque illud maxime caverint, quod pars infidelis, nisi spem suae conversionis praebuerit, saltem sine contumelia Creatoris et christiani nominis iniuria sit cum parte fideli cohabitatura, nec ullatenus impeditura educationem prolis utriusque sexus iu sancta religione. Ne vero super indebitis hucusque concessis dispensationibus angatur Vicarius Ap., clementissime induisit Sanctitas Sua ne turbarentur qui contraxere, sanatis in radice, ut dicitur, ipsorum matrimoniis, atque a novi consensus obligatione absolutis coniugibns. — S. C. S. 0.15. Febr. 1790.

Omissio clausularum in dispensatione

«An dispensatio super impedimentis matrimonialibus ab Ordinario huius regionis iuxta facultates apostolicas concessa, quamvis graviter illicita, tamen valida sit, quando data sit informis, propterea qnod tenor facultatis a S. Sede delegatae, vel tempus, ad quod concessa, expressa non sint, vel quia telegraphice paucis verbis vel oretenus tantum concessa sit: dubium hoc oritur ex omissione clausulae *alias nullae sint* in facultatibus Americae nunc concessis, quae clausula olim in huiusmodi facultatibus expresse apposita fuerat ». — R. Affirmative dummodo reapse mulier rapta non fuerit, vel si rapta in potestate raptoris non exsistat. Clausulas vero servandas ad amussim esse, quantum tamen rerum, temporum, locorumque adiuncta ferre possunt ». — S. 0. 15. lun. 1875.

1045.— *Modificationes aci Litteras Apostolicas pro concessione dispensationum matrimonialium*

«In Litteris Apostolicis, quibus a Dataria Apostoliea conceduntur dispensationes matrimoniales :

1. Omittantur abhinc sequentes clausulae: *a)* Si veniam a te petierit humiliter; *b)* recepto prius ab eo iuramento, quod, non sub spe facilius habendi dispensationem huiusmodi, incestum vel adulterium huiusmodi commiserint, quodque talia nunquam deinceps committant, neque committentibus praestabunt auxilium vel favorem; c) peractis ab iis duabus sacramentalibus confessionibus.

2. In iisdem litteris tollantur sequentia verba: Volumus quod si tu aliquid muneris vel praemii exigere aut oblatum recipere praesumpseris, absolutio aut dispensatio nullius sit roboris aut momenti; et dicatur: Vetito omnino ne aliquid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpseris.

3. Tollatur clausula: Dummodo in praefata separatione permanserit, et dicatur eius vice: Remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem, tempore tibi beneviso, si fieri potest.

4. Clausulae: Si preces veritate niti repereris, substituatur haec alia: Si vera sint exposita.

5. Ubi dicitur: Absolvas sive per te sive per alium in forma Ecclesiae consueta, dicatur: Hac vice tantum per te sive per alium absolvas ».— S. C. S. 0. 28. Aug. 1895.

Dubia quoad clausulas quibus utitur Dataria Apostolica in expediendis dispensationibus matrimonialibus

«Beatissime Pater.— Episcopus L. exponit quod inter novas clausulas. quibus Dataria Apostolica in expediendis dispensationibus matrimonialibus utitur, invenitur quaedam tenoris sequentis: « Discretioni tuae committimus et mandamus, ut de praemissis te diligenter informes, et si vera sint exposita, exponentes ab incestus reatu, sententiis et censuris, et poenis ecclesiasticis ct temporalibus in utroque foro, imposita eis propter incestum huiusmodi poenitentia salutari, auctoritate nostra hac vice tantum per te sive per alium, absolvas. Demum si tibi expediens videbitur quod dispensatio huiusmodi sit eis concedenda, cum eisdem exponentibus, remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore tibi beneviso, si fieri poterit, auctoritate nostra ex gratia speciali dispenses, prolem susceptam, si quae sit, et suscipiendam exinde legitimam decernendo». Hinc quaeritur:

1. Utrum exsecutor ad validitatem exsecutionis quatuor teneatur ponere actus seu decreta distincta, id est actum primum, quo parochum vel alium deleget ad vcriticationem causarum: actum secundum, quo exsecutor sive per se, sive per alium, sponsis impertiatur absolutionem, et poenitentiam imponat: actum tertinm. quo sponsis scandalum reparandum iniungatur; actum quartum, quo dispensatio, et prolis legitimatio concedatur? Et quatenus negative:

2. Utrum sufficiat ponere duos actus seu decreta, scilicet primum actum seu decretum quo parochus seu alius delegetur ad verificationem causarum: secundum actum seu decretum, quo sponsis sive per exsecutorem, sive per alium impertiatur absolutio, et imponatur poenitentia, scandalum reparandum iniungatur, dispensatio concedatur, et prolis legitimatio; et quidem ita, ut dispensatio et legitimatio concessa intelligatur sub conditione, quod sponsi prius absolutionem obtinuerint, ct reparaverint scandalum?

3. Utrum ad validitatem exsecutionis requiratur nova et canonica verificatio causarum, vi litterarum apostolicarum instituenda, casu quo Ordinarius de causis dispensationis exactam et per in ratos testes habitam informationem ceperit antequam preces, pro obtinenda dispensatione, Sanctae Sedi porrexisset?

4. Utrum verba «in utroque foro absolvas» ita intelligenda sint, ut requiratur duplex absolutio separatim impertienda, una scilicet in foro externo, alia in foro interno: an ista verba ita intelligenda sint, ut requiratur una tantum absolutio in foro externo impertienda, quae valeat etiam pro interno?

5. Utrum casu quo separatio sponsorum fieri possit, ad effectum reparandi scandalum, exsecutor ad validitatem exsecutionis separationem eisdem imponere debeat; vel an ad validitatem eiusmodi sufficiat ut exsecutor aliis mediis efficacibus scandalum reparandum curet?

B. Ad 1. Providebitur in secundo. — Ad 2."m Sufficere, ita tamen ut dispensatio et legitimatio prolis ab ipso tantum exsecutore effici possit. — Ad 3? Negative. Ad 4.' 'Negative ad primam partem; affirmative ad secundam. Ad 5. Expedire ut scandalum removeatur per separationem,

sed non prohiberi quominus alii modi adhibeantur qui prudenti indicio Ordinarii sufficiant ad illud removendum S. Poenit. 27. Apr. 1886.

1045. — *De modo verificandi causas in exsecutione dispensationum matrimonialium ab officiali, cui illa exsecutio committitur*

« 1. Officialis semper debet habere exactam informationem de negotio, de quo agitur, per personam fide dignam acceptam. Satis est. ut officialis habeat moralem convictionem, et nihil interest, si uno vel alio modo illam acquisivit. — 2. Si officialis fiduciam veram et indubiam, quae ex convictione morali oritur, habet de parochi persona, huius parochi relatio sufficit, ad constituendam precum veritatem ac certitudinem. — 3. Quando officialis habet fidem indubiam de parocho et de eius animi integritate, tunc relatio ac testimonium illius nec non examen ab eo peractum, et apud curiam episcopalem diligenter expositum sufficiens semper est. — 4. Iuramentum a persona examinanda praestatur in eo tantum casu, in quo idem iuramentum a S. Sede per Apostolicas Litteras matrimoniales praescribitur, secus non: nam quod lex voluit, expressit, quod non expressit, non voluit. — 5. Quando constat de fide et integritate parochi testimonium illius circa paupertatem sufficit, nisi aliter constet; in hoc enim casu officialis de paupertate diligenter informationem quaeret. — 6. Iuramentum praestandum in eo tantum casu in quo S. Sedes illud praescripsit in Litt. Apost. dispensationum matrimonialium*.—Episcopi Moguntini mandatarius de S. Datariae Apostolicae mandato, duce praxi communiter retenta. 10. Oct. 1867. Cf. Franc. Sentis Clem. Pap. VIII. Decretal. Friburgi Brisgoviae 1870. pag. 4. 5.

Dispensationis exsecutio

« Vicario capitulari tempore, quo Sedes episcopalis vacat, dispensationes matrimoniales exsequendae a Sancta Sede committuntur. Peracta verificatione causarum, nec non imposita separatione sponsorum, vi litterarum apostolicarum praescripta, vicarius capitularis officio suo cessat, eo quod novus episcopus munus episcopale legitime exercendum suscepit. Hinc quaeritur: 1. Utrum vicarius capitularis exsecutionem dispensationis, in qua, ut supra, res non iam integra est. usque ad finem peragere valide possit. — 2. An a novo Ordinario eiusmodi exsecutio perficienda sit. Et casu affirmativo ad secundum, iterum quaeritur: — 3. Utrum novus Ordinarius dispensationem exsequendam suscipere valeat statu, quo actu reperitur, ita ut non requiratur nova verificatio causarum ab ipso instituenda, nec nova separatio sponsorum ab ipso imponenda. An exsecutionem ab initio ita suscipere debeat, quam si vicarius capitularis nihil in eo negotio iam fecisset, id est quam si res omnino iam integra esset. — K. Ad 1.„ra Negative. — Ad 2.",n Negative, si dispensationes remissae fuerint vicario capitulari, affirmative vero, si remissae fuerint Ordinario. — Ad 3.”,n Negative ad 1.'" partem, affirmative ad 2.*“ ».— S. Poenit. 3. Apr. 1866.

1046. — *Variae dispensationum clausulae*

« Nelle dispense dei primi e secondi gradi di parentela a contrarre matrimonio suole opporsi la clansola *urgente necessitate, o quatenus concurrat necessitas.* Domanda il veseovo di Monterey per quiete di sua eo-

scienza. se nei concedere le dispense si adempia all'indicata condizionc di *nécessita* quando la volontà dei contraenti è eosi determinata che in caso negativo andrebbero a contrarie avanti il magistrat© civile con pubblico scandalo. — K. Affirmative ». — S. C. de P. F. 3. lan. 1850.

‹ Chiedeva λ . S. se la clansola del n. 10. della Formola I. *dummodo mulier,* etc., sia da esprimersi, c in modo che altrimenti sia nulla la dispensa. Sul che debbo dirle che trattandosi della Formola I. ove sotto il detto numéro non trovasi alcnna clausola irritante, pu‹› ritenersi, come altra volta fu risposto da questa S. C., *omissionem clausularum concesionum raliditati non officere, dummodo reapse mulier rapta non fuerit, rei. si rapta, in potestatem raptoris non exsistit».* — S. C. de P. F. 26. lan. 1877.

Quoad clausulam: *ubi sunt plures infulcies quam christiani,* appositam facultati dispensandi super impedimento disparitatis cultus, S. C. de Prop. Fide censnit supplicandum SSmo pro facultatis extensione, ita ut vi ampliationis praedictae conditio illa, in casu de quo agitur, generarim in posterum intelligenda sit. non de singulis pagis vel vicis, sed de singulis toparchiis. Sanctitas Sua petitam extensionem benigne concessit. — S. C. de P. F. 14. lan. 1806.

Quid importet in dispensationibus matrimonialibus S. Poeuitentiariae clausula: *remoto quatenus adsit scandalo. praesertim per separationem... si feri possit:* et an ea omissa nulla sit dispensatio? — R. « Separationem praeferri aliis modis reparationis scandali: si haec fieri nequeat, scandalum esse reparandum, sed modum scandali reparandi remitti prudenti arbitrio et conscientiae Ordinarii, iuxta cuiusque casus exigentias. Casu quo omissa sii separatio et scandalum alio modo reparatum, acquiescat; secus, si aliquo in casu scandali reparationem omiserit, sileat, et in posterum cautius se gerat ». — S. Poenit. 12. Apr. 1889., M. E. V. 6. P. J. p. 201., V. 7.P. 1. p. 271.

Quid importet in dispensationibus matrimonialibus S. Poenitentiariae clausula: *cum gravi poenitentia salutari:* vel, *cum grari et diuturna poenitentia salutari?* — R. «In praefinienda poenitentiae qualitate, gravitate, duratione, etc., quae dispensantis aut delegati arbitrio iuri conformi remittuntur, neque severitatis, neque humanitatis fines esse excedendos, rationemque habendam conditionis, aetatis, infirmitatis, officii, sexus, etc. eorum, quibus poena irrogari iniungitur ». — S. Poenit. 8. Apr. 1890., M. E. V. 6. P. 56., V. 7. P. 1. p. 270.

« In Rescriptis S. Poenit. pro utroque foro saepe reponuntur haec verba: *Erogata aliqua eleemosyna.*

1.® Utrum satis sit ut eleemosyna definiatur ab Ordinario, et oratores promittant se illam erogaturos? — 2.® Utrum eleemosyna ab Ordinario definita fieri debeat ante dispensationis fulminationem? — 3.° Utrum haec eleemosyna fieri debeat ante dispensationis fulminationem sub poena nnllitatis?— R. Ad 1.nm Affirmative, nisi expresse Ordinario ipsi aliter iniunctum fuerit.— Ad 2.nm Provisum in primo. — Ad 3.nm Negative».— S. Poenit. 11. lun. 1859.

« In Rescriptis dispensationum matrimonialium pro utroque foro favore pauperum, S. Poenit. clausulam inserit: *Erogata ah eis aliqua eleemosyna arbitrio Ordinarii iuxta eorum vires taxanda et applicanda.* lam vero orator aliquoties, ob extremam paupertatem contrahentium, eorumve

malam voluntatem, clausulam praeterire satius duxit, et de eleemosyna omnino siluit. Nunc autem dubius et anceps quaerit: 1/' Utrum nulliter dispensationes fulminaverit? Et quatenus affirmative, instanter supplicat pro sanatione in radice.— Quatenus autem negative: 2.° Utrum in eadem praxi perseverare possit, saltem in casibus valde arduis? — R. Ad 1.nmNegative. Ad 2.urn Rem prudenti indicio et conscientiae Ordinarii remitti ». — S. Poenit. 11. Nov. 1890.

‹ Quaeritur, utrum casu, quo nullam praevidet Ordinarius censuram ab oratoribus fuisse contractam, debet nihilominus Ordinarius qui dispensationem matrimonialem vi alicuius Indulti concedit, clausulam absolutionis ad cautelam praemittere, quam Sacra Poenitentiaria et apostolica Dataria praemittere consueverunt? — B. Absolutionem a censuris in casu de quo agitur laudabiliter praemitti ». — S. Poenit. 2. Iui. 1891.

«Concessa fuit vicario apostolico (Tunkini Occidentalis) facultas dispensandi in 1. affinitatis gradu ex copula illicita etiam lineae rectae cum his restrictionibus: *in occultis tamen et in foro interno.* Quaeritur utram his verbis ***in*** *foro interno* seu, ut explicat P. Antoine, *in actu confessionis sacramentatis,* intelligitur confessio cui in ipso actu coniungitur absolutio, an vero sufficiat confessio in ordine ad absolutionem in posterum recipiendam, quando scilicet sublatus fuerit obex qui cogit ad eam differendam et qui aliquoties diu durat. — R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam ». — S. C. de P. F. 16. Ian. 1797.

1050. — *De dispensatione in radice*

Cf. Instruet, card. Caprara apud Zitelli de Dispensationibus matrimonialibus Append. VI.

1052. — *De foecundatione artificiali*

«An adhiberi possit artificialis mulieris foccundatio?—R.Non licere ». — S. 0. 24. Mart. 1897.

1054.1077. — *An licitus sit usus matrimonii illis tantum diebus, quibus difficilior est conceptio*

«Coniuges praedicto modo matrimonio utentes inquietandos non esse posseqiie confessarium sententiam, de qua agitur illis coniugibus. caute tamen, insinuare, quos alia ratione a detestabili onanismi crimine abducere frustra tentaverit». — S. Poenit. 16. lun. 1880.

1058. 1066. — *Decisiones SS. CG. circa onanismum*

« 1." An possit absolvi mulier, quae pateretur equidem virum, si recte ageret in copula coniugali, vehementer autem desiderat, ut se retrahat vir, quia mulier illa prolem habere formidat. — 2.° An possit absolvi mulier, quae in copula coniugali posset suis blanditiis obtinere a viro, quod non se retraheret, et non facit, quia illa copula sibi displicet. — K. Negative ». — S. Poenit. 27. Maii 1847.

«Quaeritur a Sede Apostolica, qua nota theologica dignae sint tres propositiones sequentes, nimirum: 1.° Ob rationes honestas coniugibus uti licet matrimonio eo modo, quo usus est Onan. — 2." Probabile est istum matrimonii usum non esse prohibitum de iure naturali. — 3. 'Numquam expedit interrogare de hac materia utriusque sexus coniuges, etiamsi

prudenter timeatur, ne coniuges. sive vir sive uxor, abutantur matrimonio.

R. Ad 1.'® Propositionem esse scandalosani, erroneam, et iuri naturali matrimonii contrariam. - Ad 2.'m Propositionem esse scandalosani, erroneam. et alias implicite damnatam ab Innocenti»· XI. propositione 49.* — Ad S.*"" Propositionem prout iacet esse falsam, nimis laxam, et in praxi periculosam ». — S. O. 21. Maii 1851.

« Episcopus Cenomanensis in Galliis ad pedes S. λ', summa cum reverentia provolutus, ea, quae sequuntur, humillime repraesentat.

Fere «mines iuniores sponsi numerosiorem prolem habere nolunt, et tamen ah actu eoniugali abstinere moraliter nequeunt.

A confessario interrogati circa modum, quo iuribus matrimonii utuntur, graviter communius offendi solent: et moniti, nec ab artu eoniugali temperant, nec ad nimiam prolis multiplicationem determinari queunt.

Tunc adversus confessarios mussitantes, sacramenta poenitentiae et eucharistiae derelinquunt, malum praebent exemplum liberis, famulis, aliisque Christi fidelibus: lugendum inde oritur Religionis detrimentum.

Numerus eorum, (pii ad sacrum poenitentiae tribunal accedunt, multis in locis ab anno in annum decrescit praesertim ob hanc causam, latentibus plerisque parochis pietate, scientia et experientia magis conspicuis.

Quomodo ergo olim agebant confessarii? aiunt multi. Non plures quam hodie communiter nascebantur liberi ex singulis matrimoniis, coniuges non erant castiores, et nihilominus praeceptis annuae confessionis ac communionis paschalis non deerant.

Omnes libenter admittunt infidelitatem erga conipartem, et abortus attentationem, maximum esse peccatum. At vix ac ne vix quidem persuaderi possunt se teneri sub peccato mortali, aut perfectam in matrimonio servare castitatem, aut incurrere periculum innumeram generandi prolem.

Praefatus Cenomanensis episcopus ingentia hinc obventura esse mala praevidens, et anxietate turbatus, a Beatitudine Vestra sollicite exquirit:

1.° An coniuges (pii matrimonio eo utuntur modo, ut conceptionem praecaveant, actum per se moraliter malum exerceant?

2." Si actus habendus sit ut moraliter malus, an coniuges de iliose non accusantes considerari possint tanquam in ea constituti bona fide, quae eos a gravi culpa excuset?

3." An probanda sit agendi ratio confessoriorum, qui ne coniugatos offendant, illos circa modum, quo iuribus matrimonii utuntur, non interrogant?

R. ad 1.'“ Cum tota actus deordinatio ex viri malitia procedat, qui, loco consummandi, retrahit se et extra vas effundit: ideo, si mulier post debitas admonitiones nihil proficiat, vir autem instet minando verbera aut mortem, poterit ipsa, ut probati theologi docent, citra peccatum simpliciter permittere, idque ex gravi causa, quae eam excuset; quoniam caritas, qua illud impedire tenetur, cum tanto incommodo non obligat.

Ad 2.nu* autem et 3.'m Quod praefatus confessarius revocet in mentem a^i^i f . . *esse tractanda;* atque etiam verba perpendat S. Alphonsi de Ligorio, viri docti et harum rerum peritissimi, qui in Praxi Confessoriorum, § 4.. n.41., inquit: Circa autem peccata eoniugum respectu ad debitum coniugale, ordinarie loquendo, confessorius non tene-

tûr. ncc decet interrogare, nisi uxores, an illud reddiderint, modestiori jnodo quo possit... De aliis taceat, nisi interrogatus firent. Necnon alios probatos auctores consulere non omittat ». — S. Poenit. die 8. lunii *1842.*

<Bertha virum habet quem constanti experientia cognoscit esse onanistam. In vanum omnia tentavit media, ut illum a tam nefando crimine retraheret. Quinimo gravissima aut saltem gravia mala ei imminent nunc probabiliter, ita ut vel haec mala incurrere debeat vel fugere e domo mariti, nisi permittat saltem aliquando abusum matrimonii, etc.— R. Cnm in proposito casu mulier a sua quidem parte nihil contra naturam agat, detqiic operam rei licitae, tota autem actus inordinatio ex viri malitia procedat, qui, loco consummandi, retrahit se et extra vas effundit: ideoque, si millier post debitas admonitiones nihil proficiat, vir autem instet, minando verbera aut mortem aut alia gravissima mala, poterit ipsa (ut probati theologi docent) citra peccatum permissive se habere; cum, in his rerum adiunctis, ipsa viri sui peccatum simpliciter permittat idque ex gravi causa quae eam excusat; quoniam caritas, qua illud impedire tenetur, eum tanto incommodo non obligat ». — S. Poenit. 1. Febr. 1823.

De. interrogationibus a confessariis faciendis circa onanismum

An suo muneri satisfaciant illi confessarii, qui cum poenitente, onanismi peccatum accusante, «altum silentium servant, et finita, confessione peccatorum, illum verbis generalibus ad contritionem excitant, illique asserenti se detestari omne peccatum lethale, sanctam absolutionem impertiuntur? — R. Negative ». — S. Poenit. 14. Dee. 1874.

<L" Quando adest *fundata suspicio,* poenitentem, qui de onanismo omnino silet, huic crimini esse addictum, num confessario *liceat a prudenti et discreta interrogatione* abstinere eo quod praevideat plures a bona fide exturbandos, multosque sacramenta deserturos esse? Annon potilis *teneatur confessurius prudenter ac discrete interrogare?* 2.° An coufessarius, qui, sive ex spontanea confessione, sive ex prudenti interrogatione cognoscit poenitentem esse onanistam, *teneatur* illum de huius peccati gravitate, aeque ac de aliorum peccatorum mortalium, *monere,* cumque, uti ait Rituale Romanum, paterna caritate reprehendere, cique absolutionem tunc solum impertiri, cum suflicientibus signis constet, eundem dolere de praeterito, et habere propositum non amplius onanistice agendi ? — R. attento... vitium infandum, de quo in casu, late invaluisse... ad 1.ᵐ regulariter negative ad 1.ᵃᵉ partem, affirmative ad 2.ra; ad 2.um affirmative, iuxta doctrinas probatorum Auctorum». — S. Poenit. 10. Martii 1886.

DE CENSURIS

1084. — *Natura censurae*

« 23. Excommunicationes sunt tantum externae poenae, nec privant hominem communibus spiritualibus Ecclesiae orationibus. — 24. Docendi sunt christiani plus diligere excommunicationem, quam timere». — Ppr. Mart. Luth. dd. a Leone X.

« 41. Quoad forum conscientiae, reo correcto, eiusque contumacia cessante, cessant censurae ». — Pr. d. ab Alex. VII.

1088. 1089. — *De potestate censuras ferendi*

* 90. Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos pastores, de consensu saltem praesumpto totius corporis. — 91. Excommunicationis iniustae metus nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro: nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea expulsi, quando Deo, lesu Christo, atque ipsi Ecclesiae per caritatem affixi sumus. — 92. Pati potius in pace excommunicationem et anathema iniustum, quam prodere veritatem, est imitari sanctum Paulum: tantum abest, ut sit erigere se contra auctoritatem, aut scindere unitatem ». — Ppr. Pasch. Quesn. dd. a Clem. XI.

* 19. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis et interdicti ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, et viam praeparat Anticliristo. Signum autem evidens est. quod ab Antichristo tales procedunt censurae, quas vocant in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos, qui denudant nequitiam Antiehristi, qui clerum pro se maxime usurpabit ». — Art. Ioann. Huss d. a Cone. Const.

‹ 11. Nullus praelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum a Deo: et qui sic excommunicat, fit ex hoc haereticus vel excommnnicatns. — 12. Praelatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem vel ad Concilium regni, eo ipso traditor est regis et regni. — 13. Illi, qui dimittunt praedicare sive audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicari, et in Dei iudicio traditores habebuntur. — 30. Excommunicatio Papae vel cuiuseumque praelati non est timenda; quia est censura Antiehristi ». — Prpp. Io. Wikleff. dd. a Cone. Const.

<31. Item, utrum credar, quod Papa vel alius praelatus propriis nominibus Papae pro tempore expressis, vel ipsorum vicarii, possint suum subditum ecclesiasticum sive saecularem propter inobedientiam sive contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus. — 32. Item, utrum credat, quod inobedientia sive contumacia excommnnicatorum crescente, praelati vel eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem aggravandi et reaggravandi, interdictum ponendi, et brachium saeculare invocandi; et quod illis censuris per inferiores sit obediendum. — 33. Item, utrum credat, quod Papa, vel alii praelati et eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem sacerdotes et laicos inobedientes et contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu ecclesiae et administratione ecclesiasticorum sacramentorum suspendendi ». — Artt. de quibus errorum Wikleff et Huss suspecti ex mandato Martini V. B. *Inter cunctas* interrogandi sunt.

1100. — *Censurarum absolutio* — Cf. n. 1084.

1108. — *Exconimunicati vitandi*

Qui nominarim excommunicantur, vel nominarim declarantur excommunicari, sive a Summo Pontifice, sive ab episcopis, etiam hodie sunt vitandi ad normam Const. Martini V. *Ad evitanda.* Communicantes tamen cum excommunicatis vitandis post Const. *Apostolicae Sedis* non incurrunt excommunicationem maiorem praeter casus in hac Const, comprehensos.

Motorii clericorum percussores sunt pariter excommunicati vitandi iuxta Const. *Ad evitanda.* — S. O. 9, lan. 1884,

1109. — *Excommunicatio minor*

‹ Fere omnes Constitutionis *Apostolicae Sedis* commentatores docent, excommunicationem minorem vi huius Constitutionis abolitam esse. Utrum haec sententia, tuto doceri possit in seminario? — R. Affirmative». — S. 0. 5. Dee. 1883.

1125. — *Instructio S. C. de Λ F. supra suspensionibus ex informata conscientia*

« Omni tempore sollicita fuit Ecclesia, ut non solum ascensus ad sacros ordines interdiceretur, verum etiam ab eorundem exercitio criminosi suspensi manerent.

Cum autem occultorum quoque criminum, quaeque prodere non expediret. facilis et prompta, nempe *a iudiciariis formis libera,* coercitio aliquando necessaria sit ad sacri ministerii dignitatem, et fidelium utilitatem tuendam; hinc sapientissimo consilio Tridentini Patres, S. 24. C. 1. de R. decreverunt: «*Ei cui ascensus ad sacros ordines a suo praelato ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extraiudicialiter, fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus seu gradibus vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates sive honores restitutio suffragetur.*

Ex hoc provido decreto, in eo quod refertur ad clericorum crimina, quae extraiudicialem suspensionem ab ecclesiasticis officiis merentur, iamdudum in usu fuit suspensionis poena *ex causis praelato notis;* quae nempe audit suspensio *ex informata conscientia.* Ad hoc itaque ut in eadem infligenda, cum maiori, qua potest cautela et securitate Ordinarii Catholicarum Missionum procedant, S. Congregatio de Propaganda Fide praesentem instructionem edendam censuit, cui iidem Ordinarii in adhibendo hoc extraordinario remedio sese conformare curabunt.

1. Suspensio ex informata conscientia, non secus ac illa, quae per iudicialem sententiam infligitur, personam ecclesiasticam a suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis exercendis interdicit.

2. In hoc praecipue ipsa differt a iudiciali suspensione, quod adhibetur tanquam extraordinarium remedium in poenam admissi criminis; ideoque ad eiusdem impositionem non requiruntur nec *formae iudiciales,* nec *canonicae admonitiones.* Satis erit proinde, si praelatus hanc poenam infligens, simplici utatur praecepto, quo declaret se suspensionem ab exercitio sacrorum officiorum, vel ecclesiasticorum munium indicere.

3. Huiusmodi praeceptulà semper *in scriptis* intimandum est, die et mense designato; ideoque autem fieri debet vel ab ipso Ordinario, vel ab alia persona de expresso ipsius mandato. In eadem tamen intimatione exprimendum est, quod eiusmodi punitio irrogatur in vim Tridentini decreti, S. 24. C. 1. de R., ex informata conscientia, vel ex causis ipsi Ordinario notis.

4. Debent insuper exprimi partes exercitii ordinis vel officii ad quas extenditur suspensio; quod si suspensu^ interdictus sit ab officio, cui alter in locum ipsius substituendus est, ut puta oeconomus in cura

animarum, tone substitutus mercedem percipiet ex fructibus beneficii in ea portione, quae iuxta prudens Ordinarii arbitrium taxabitur: At si suspensus in hae taxatione se gravatum senserit, moderationem provocare poterit apud curiam arcbiepiscopalem. aut etiam apud Sedem Apostolieam.

5. Exprimi item debet *tempus* dnrationis eiusdem poenae. Abstineant tamen Ordinarii ab ipsa infligenda in perpetuum. Quod si ob graviores rausas Ordinarius consuerit eam imponere non ad tempus determinatum, sed ad suum beneplacitum, tunc ipsa habetur pro temporanea, ideoque cessabit cum inrisdietione Ordinarii, suspensionem infligentis.

6. Suspensioni ex informata conscientia iustam ac legitimam causam praebet crimen, sen culpa a suspenso commissa. Haec autem debet esse *occulta,* et ita gravis, ut talem promereatur punitionem.

7. Ad hoc autem ut sit *occulta* requiritur, ut neque *in indicium,* neque *In rumores vulgi* deducta sit. neque insuper eiusmodi *numero* ct *(pialitati* personarum cognita sit. unde delictum censeri debeat notorium.

8. Verum tenet etiam suspensio, si ex pluribus delictis aliquod fuerit notum in vulgus; aut si crimen, quod ante suspensionem fuerat occultum. deinceps post ipsam fuerit ab aliis evulgatum.

9. Prudenti arbitrio praelatorum relinquitur suspensionis causam, seu ipsam culpam delinquenti aut patefacere, aut reticere. Partes alioquin pastoralis sollicitudinis et caritatis corumdem erunt, ut si istiusmodi poenam suspenso manifestare censuerint, ipsa ex paternis, quas interponent, monitionibus, nedum ad expiationem culpae, verum etiam ad emendationem delinquentis, ad occasionem peccandi eliminandam inserviat.

10. Meminerint vero praesules, quod si contra decretum, quo irrogata fuit suspensio, promoveatur recursus ad Apostolieam Sedem, tunc apud ipsam comprobari debet culpa, quae eidem praebuit occasionem. Consultum idcirco erit, ut antequam haec poena infligatur, probationes illius, quantumvis extraiudicialiter et secreto colligantur; ita ut eo ipso, quod cum omni certitudine culpabilitatis in punitione inferenda proceditur. si deinceps causa examinanda est apud Apostolieam Sedem, probationes criminis in eas difficultates haud impingant, quae ut plurimum occurrunt in istiusmodi indiciis.

11. A decreto suspensionis ex informata conscientia non datur *appellatio* ad tribunal superioris ordinis. Postquam idcirco clericus intimationem suspensionis habuerit, si nihilominus appellationem interponere, eiusque obtentu in altari ministrare, seu quovis modo suum ordinem solemniter exercere praesumat, statim incidit *in irregularitatem.*

12. Semper tamen patet aditus ad Apostolieam Sedem, et in casu quo clericus absque sufficienti ac rationabili causa se hac poena mulctatum reputet, recurrere poterit ad Summum Pontificem. Interim tamen in vigore permanet decretum suspensionis usque dum ab ipso Pontifice, vel a S. Congregatione, quae de recursu indicare debet, non fuerit rescissum aut etiam moderatum.

13. Ceterum ex quo istiusmodi poena est remedium omnino extraordinarium, quod praesertim ad expiationem criminum absque formis iudiciariis adhibetur: prae oculis habeant praelati id qnod sapientissime admonet Summus Pontifex S. M. Benedictus XIV., in suo Tractatu *dc*

Synodo Dioecesana Libro 12. cap. H. n. 6., quod nimirum reprehensibilis foret episcopus, si in sua synodo declararet, se deinceps ex privata tantum scientia cum poena suspensionis a divinis animadversurum in clericos, quos graviter deliquisse compercrit, quamvis eorum delictum non possit in foro externo concludenter probari, aut illud non expediat in aliornmnotitiam deducere.

Romae ex Acci. S. C. de P. F. d. 20. Oct. 1884 ». A. S. S. V< 19. p. 561. seqq.

1151. — *Funera in ecclesiis regularium*

« Servanda esse Decreta et declarationes, alias factas, scilicet parochis in associatione, sive occasione associationis cadaverum, non licere ingredi ecclesiam monachorum praedictorum, sed teneri dimittere eadem cadavera ad ianuam ecclesiarum, ibique solum posse benedicere, et dare ultimum vale, officia vero et alia munia quae in huiusmodi ministeriis adhiberi solent, ab ipsis monachis peragi debere, non autem a parochis ». S. C. EE. et RR. 16. Dec. 1661., Bizzarri Ed. 1885. p. 255. — « Congregatio etc. saepius respondit: Quoties cadavera ad ecclesias regularium deferuntur, officium et reliqua, quae in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non a canonicis, nec a clero, sed ab ipsis fratribus peragi debere ». S. C. 22. Aug. 1670., Bizz. p. 263. 304. 313. 339. 340. 346.

« S. C. Concilii sub die 24. lan. 1846. statuit, posse regulares cum stola ct cruce conventus, et sine parochi interventu, deferre ad coemeterium commune regularis defuncti cadaver, quod lege civili obstante, nequit in conventu sepeliri, modo id fiat absque solemni pompa, et defunctus recto tramite deferatur ad coemeterium. Quaeritur itaque, an huiusmodi Decretum extendi etiam queat ad moniales Ordinariorum dioecesum Jurisdiction! sublectas, ita ut ipsarum cadavera possint, absque parochorum interventu ab ordinariis monasteriorum capellanis afferri moderato at funere, ad commune coemeterium. — R. Affirmative, dummodo cadaver deferatur cum stola et cruce, sed absque pompa et recto tramite ad coemeterium ». —ı S. C. C. 24. Febr. 1872.

1156. — *Ecclesiastica sepultura deneganda*

« Negatur ecclesiastica sepultura paganis, iudaeis, et omnibus infidelibus: haereticis et eorum fautoribus; apostatis a Christiana fide; schismaticis: et publicis excommunicatis maiori excommunicatione ; interdictis nominatim, et iis qui sunt in loco interdicto eo durante; seipsos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam, non tamen si ex insania id accidat, nisi ante mortem dederint signa poenitentiae; morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint poenitentiae signa; manifestis et publicis peccatoribus, qui sine poenitentia perierunt; iis de quibus publice constat, quod semel in anno non susceperunt sacramenta confessionis et communionis in pascha et absque ullo signo contritionis obierunt; infantibus mortuis absque baptismo ». — Rit. Rom. *de Exeq., Quibus non licet,* etc.

1157. — *De suicidis*

« An liceat dare sepulturam ecclesiasticam suicidis, proque iis celebrare solemnes exsequias et missas? — R. Scribatur Riïio Dno oratoris Ordinario, quod moneantur parochi, ut in singulis casibus, quoad fieri

possit, recurrant ad Kinnni Dnnm Ordinarium; et quod regula est, seipsos occidentibus ob desperationem vel iracundiam, non tamen si ex insania id accidat, nisi ante mortem signa dederint poenitentiae, non licere dare ecclesiasticam sepulturam: quod praeterea, quando certo constat de iracundia vel desperatione, negari debet ecclesiastica sepultura, et vitari debent pompae et solemnitates exsequiarum: quando autem certo constet de insania detur ecclesiastica sepultura eum solemnitatibus exsequiarum; quando tamen dubium superest, utrum mortem quis sibi dederit ob desperationem vel ob insaniam, dari potest ecclesiastica sepultura, vitatis tamen pompis et solemnitatibus exsequiarum ». —S.O.16. Maii 18 ., M. E. V. 3. P. 3. p. 115.

1159.— *De haereticis*

« Utrum acatholici ratione vinculi consanguinitatis seu matrimonii inferri licite possint in sepulchre gentilitio familiarum catholicarum? — R. Tolerari posse ». — S. O. 30. Mart. 1859.

«Tolerantiam, de qua in praecedenti decreto, intelligendam esse mere passivam ad praecavenda maiora mala». — S. O. 14. Nov. 1888.

<1/ Studium omne in id conferet (.episcopus), ut catholici proprium coemeterium et a coemeterio acatholicorum separatum habeant. — 2.° Quod si rerum adiuncta id minime sinant, catholicique adigantur corpora fidelium defunctorum in coemeterio protestantium sepulturae dare, curet saltem, ut in eodem distinctus ac separatus constituatur locus pro catholicorum sepultura. — 3. Demum, si nec impetrari id possit, prout etiam quoadusque id assequi datum non fuerit, quoties catholicum humari contigerit, benedictione prius lustrari debet locus, quo sepulturae traditur».— S. C. de P. F. 16. Apr. 1862.

1160. — *De corporum cremation quoad sepulturam*

«Quoties agatur de iis, quorum corpora non propria ipsorum, sed aliena voluntate cremationi subiiciantur, Ecclesiae ritus et suffragia adhiberi posse tuni domi, tum in ecclesia, non autem usque ad crematiouis locum, remoto scandalo. Scandalum vero removeri etiam poterit, si notum fiat, cremationem non propria defuncti voluntate electam fuisse. At ubi agatur de iis, qui propria voluntate cremationem elegerunt, et in hac voluntate certo et notorie usque ad mortem perseverarunt, attento decreto f. IV., 19. Maii 1886., agendum cum iis iuxta normas Ritualis Romani, tit. *Quibus non licet dare ecclesiasticam sepulturam.* In casibus autem particularibus, in quibus dubium vel difficultas oriatur, consulendus erit Ordinarius, qui accurate perpensis omnibus adiunctis id decernet, quod magis expedire in Domino indicaverit ». — S. O. 15. Dec. 1886.

Decretum S. O.19. Maii 1886. est prout sequitur: « 1. An licitum sit nomen dare societatibus, quibus propositum est promovere usum comburendi hominum cadavera? 2. An licitum sit mandare, ut sua aliorumve cadavera comburantur? — R. Ad 1. Negative, et si agatur de societatibus massonicac sectae filialibus, incurri poenas contra hanc latas. Ad 2. Negative. — Sanctitas Sua resolutiones Eminentissimorum Patrum approbavit et confirmavit, et cum locorum Ordinariis communicandas mandavit, ut opportune instruendos curent christifideles circa detestabilem

abnsnni humana corpora cremandi, utque ab eo gregem sibi concreditam totis viribus deterreant ». — S. O. 19. Maii 1886.

1161. — *De iis, qui nomen dederant sectae massonicae*

«An liceat celebrare parentalia, et ecclesiasticam sepulturam concedere iis qui ante exitum receperunt sacramenta, attamen sectae inassonicae nomen dederunt, et in feretro tenent sectae eiusdem emblemata. — It Affirmative, servata forma Innoccntii III. Cap. *A nobis de Sent, excomm., ablatis insigniis sectae* ab Ecclesia damnatae, et dummodo appositio emblematum demandata non fuerit a defuncto post receptionem sacramentorum, vel ab eodem fuerit revocata; et amoveantur statim cognita eorum appositione, et omnino ante associationem cadaveris. Moneantur confessarii loci de obligatione exigendi retractationem ante sacramentalem absolutionem ». — S. C. S. O. 2. Dee. 1040.

DE CONST. *APOSTOLICAE SEDIS*

1162. — *De Orientalibus quoad Const.* Apostolicae Sedis

«Essendo stato promosso il dubbio se gli orientali siano soggetti alia Costit. *Apostolicae Sedis* pubblicata dalla f. m. di Pio IX. in data dei 12. Ottobre 1869., Ia Suprema Congregazione dei S. Offizio con successiva approvazione della Santità di N. S. ha dichiarato quanto segue nella fena IV. 15. Luglio corrente anno:

I. Per constitutionem *Apostolicae Sedis* nihil esse innovatum circa censuras earumque reservationes pro fidelibus rituum orientalium.

II. Eosdem fideles subiici omnibus censuris ab Apostolica Sede latis in materia dogmatum et in Constitutionibus in quibus implicite de iis disponitur, nempe ubi materia ipsa demonstrat eos comprehendi, quatenus non de lege mere ecclesiastica agitur, sed ius naturale et divinum declaratur.

Vuole poi la sudd. Supr. Congregazione che per mezzo dei Rnii Delegati Apostolici siano notificate queste disposizioni a tutti i patriarchi. arcivescovi e vescovi di rito orientale compresi nella rispettiva loro delegazione, e che si ricordi loro: «illos fideles subiici nominatim nedum censuris, sed etiam apostolicis reservationibus latis in Const. Benedicti XIV. *Sacramentum Poenitentiae* et in Constitutionibus contra sectae massonicae aliisque similibus addictos».— Litt. enc. ad Deleg. Ap. apud orientales S. C. de P. F. 6. Aug. 1885.

1164. — *De excommunicatione, ob haeresim*

« Declaratum est in S. O. 22. Mart. 1879. excommunicationem contrahi ab iis. qui matrimonium ineunt coram ministro haeretico vel schismatico sacris addicto ». — M. E. V. 7. P. 2. p. 222.

Iuxta declarationem S. C. S. O. 12. Iui. 1878. excommunicationem latae sententiae speciali modo reservatam Summo Pontifici incurrunt illi omnes, qui etiamsi animo haeresi non adhaereant, sese vel nomine tenus adseribunt sectae, cuiuscumque sit ea nominis, haereticae vel schismaticae, quacumque de causa id fiat. — Cf. de λ irtut. theol. n. 367.

« In Pagella S. Poenitentiariac n. 3. conceditur facultas absolvendi a censuris incursis propter haeresim, fitque ibidem exceptio his verbis concepta: *exceptis haereticis publicis, seu publice dogmatizantibus:* 1.Au in praefata exceptione comprehendantur haeretici publici quin sint dogmatizantes? 2. Item, an comprehendantur dogmatizantes non quidem publice sed privatim, scilicet modo uno, modo altero audiente, modo aliis paucis, et sic deinceps; ita tamen, nt computatione facta, numerus dogmatizatorum deprehendatur valde excessivus?— Ad 1. Negative. Ad 2. Affirmative, si notorium sit, haereticum praedicta ratione falsa dogmata spargere ». — S. Poenit. 3. Mart. 1880.

‹ In facultate a S. Poenitentiaria concessa, sub n. 3. legitur: *absolrendi... exceptis haereticis publicis, sive publice dogmatizantibus, a quibusvis,* etc. Petitur, verbum *sire,* explicat quod haeretici publici sunt illi qui excipiuntur? vel excipiuntur haeretici publici, et illi qui publice dogmatizant? — R. Per facultatem folii quinquennalis Sacrae Pocnitentiariae concedi potestatem absolvendi haereticos etiam publicos, dummodo non sint dogmatizantes ». — S. Poenit. 26. Mart. 1894.

1165. — *Excommunicatio ob lectionem haereticorum librorum*

‹ Utrum scienter legentes publicationes periodicas in fasciculos ligatas, habentes auctorem haereticum et haeresim propugnantes, excommunicationem incurrant, de qua B. *Apostolieae Sedis'* 12. Oct. 1869. in excomm. Rom. Pont, speciali modo reserv.. art. 2. — R. Affirmative». — S. 0.13. lan. 1892.

« 1. An scienter legentes ephemerides propugnantes haeresim incurrant excommunicationem articuli secundi Const. *Apostolieae Sedis,* Summo Pontifici speciali modo reservatam? — 2. An legentes sive libros proprie dictos, cuiusvis auctoris, sive ephemerides continentes haeresim incidant in censuram Indicis a s. m. Pii Papae IX. ut supra, renovatam et confirmatam? — R. Ad 1. Negative. Ad 2. Negative». — S. Indic. C. 27. Apr. 1880., S. 0. 21. Apr. 1880.

1166. — *Populares parochorum et Summi Pontificis electiones*

* Quicumque, suffragante populo, ad parochi sive vicarii officium electi audeant sive Ecclesiae, sive iurium ac bonorum praetensam possessionem arripere, atque obire munia ecclesiastici ministerii, *ipso facto incurrant in excommunicationem maiorem peculiariter reservatam S.Sedi, aliasque poenas canonicas, iidemque omnes fugiendi sint a fidelibus iuxta divinum monitum, tanquam alieni aut fures, qui non reniant, nisi ut furentur, mactent ct perdant* ». — S. C. C. 23. Maii 1874.

« Intorno alla cosi detta *Societa cattolica italiana per la rirendicazione de diritti spettanh al popolo cristiano, ed in ispecie al popolo remano,* in cui si professa e si propaga la teorica di potersi eleggere dal popolo il Romano Pontetice, l.° An omnes et singuli praedictae Societati nomen dantes, vel eam promoventes, aut ei quomodocumque faventes vel adhaerentes excommunicationis maioris poenam ipso facto incurrant? — 2." Et quatenus affirmative, an huiusmodi excommunicatio sit Romano Pontifici leseivata/ E. Attentis omnibus expositis, ct inspecta natura ct fine huiusmodi societatis, *e preso Voracolo dei S. Pontcfice:* Ad pri-

mum: Affirmative. Ad secundum: Incurri excommunicationem latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatam ». — S. Poenit. 4. Aug. 1876.

1170. — *Cogentes indices laicos*

«Caput *Cogentes* non allicere nisi legislatores et alias auctoritates cogentes sive directe sive indirecte indices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas praeter canonicas dispositiones. — Ceterum in iis locis in quibus fori privilegio per Summos Pontifices derogatum non fuit, si in eis non datur iura sua persequi nisi apud indices laicos, tenentur singuli prius a proprio ipsorum Ordinario veniam petere ut clericos in forma laicorum convenire possint: eamque Ordinarii nunquam denegabunt tum maxime, cum ipsi controversiis inter partes conciliandis frustra operam dederint. Episcopos autem in id forum convenire absque venia Sedis Apostolieae non licet. Et si quis ausus fuerit trahere ad indicem seu indices laicos vel clericum sine venia Ordinarii, vel episcopum sine venia S. Sedis, in potestate eorundem Ordinariorum erit in eum, praesertim si fuerit clericus, animadvertere poenis et censuris ferendae sententiae, uti violatorem privilegii fori, si id expedire in Domino indicaverint ». — S. 0. 23. Ian. 1886.

1171. — *Acta S. Sedis*

«Utrum per acta a S. Sede Apostolica profecta designentur tantum acta, quae immediate a S. P. proficiscuntur, an etiam acta, quae mediate a S. P. proficiscuntur, an etiam a SS. RR. Congregationibus proveniunt?— R. Negative ad 1. p.: Affirmative ad 2. ». — S. 0.13. lan. 1892.

1173. — *Absolutio complicis*

Complicis absolutio *Specialissimo modo* est S. Sedi reservata, ita ut etiam excipiatur in generali ct amplissima concessione absolvendi ab omnibus casibus, etiam sub censura *speciali modo* reservata Summo Pontifici. — S. C. S. 0. 4. Apr. 1871.

Complicis absolutio, de qua hic agitur, respicit primam complicis absolutionem, qui nempe nondum ab alio, confessario fuit absolutus a complicitatis peccato. S. C. S. 0. 29. Maii 1867. decretum fuit, liberum esse confessario absolvere personam complicem, (piae a peccato complicitatis inhonesto absoluta iam fuit per alium confessarium; dandum tamen semper esse consilium confessario, de quo agitur, ut, nisi cogat necessitas, se abstineat ab excipiendis personae complicis, licet iam a peccato complicitatis absolutae, sacris confessionibus.

Prohibitione absolvendi complicem in materia turpi comprehendi nedum tactus, verum omnia peccata gravia et exterius commissa contra castitatem, etiam illa, quae consistunt in meris colloquiis ct adspectibus, qui complicitatem important; — S. C. S. 0. 28. Maii 1873.

« Utrum confessarins qui suum vel suam complicem in peccato turpi, ad mentem B. *Apostolieae Sedis* n. 10. simulat absolvere, recitando v.g. orationem quandam, vel alia verba pronuntiando, aut etiam tacendo, ita ut videatur per signa vel per manuum gestus revera poenitentem a peccatis relaxare, incurrat excommunicationem specialiter S. Pontifici reservatam, de qua agitur in praefata B. — R. Confessarios simulantes

absolutionem complicis in peccato turpi non effugere excommunicationem reservatam in Bulla Bened. XIV. *Sacramentum Poenitentiae* *.— S.Poenitent. 1. Mart. 1878. — Neque consequenter excommunicationem effugiunt fingentes absolvere, et non absolventes. — S. O. 5. Dec. 1883.

«An incurrat censuras, in absolventes complicem, in peccato turpi latas, qui complicem quidem absolvat, sed complicem qui complioitatis peccatum in confessione non declaravit ». — 1{. « Privationem jurisdictionis absolvendi complicem in peccato turpi, et adnexam excommunicationem. quatenus confessarins illuflntbsolverit, esse in ordine ad ipsum peccatum turpe, in quo idem confessarins cmnjd^x fuit ». — S. Poenit. 16. Maii 1877.

‹ Excommunicationem reservatam in Bulla *Sacramentum Poenitentiae* non effugere confessarios absolventes vel fingentes absolvere eum complicem, qui peccatum quidem complioitatis, a quo nondum est absolutus, non confitetur, sed ideo ita se gerit, quia ad id confessarins poenitentem induxit, sive directe, sive indirecte ». — S. Poenit. 19. Febr. 1896.

‹ Utrum absolventes complicem in re turpi cum ignorantia crassa et supina hanc excommunicationem incurrant an non? — R. In casu incurrere ». — S. 0. 13. lan. 1892.

1174. — *Pe usurpatione beneficiorum*

Fures, qui fructus beneficiorum furantur, non comprehendi sub censura art. 11. speciali modo Summo Pontifici reservata. — S. C. S. 0. 9. Mart. 1870.

E contra eam incurrunt asseclae societatis elerico-liberalis, seu emancipatricis cleri; qui populari sacrorum ministrorum electioni dant operam; et licet schismaticis iure adnumerentur ex hoc etiam articulo 11. uti ex articulo 6. damnandos esse S. C. Cone, docuit in Instr, ad omnes Ordinarios Italiae 24. lan. 1878. Cf. n. 1166.

1176. — *Absolutio ab excommunicationibus s. m. S. P. r.* — Cf. n. 799.800.

1185. — *Pe dueUantilnis*

« 1. Potestne medicus rogatus a duellantibus duello assistere cum intentione citius finem pugnae imponendi, vel simpliciter vulnera ligandi ac curandi, quin incurrat excommunicationem Summo Pontifici simpliciter reservatam? — 2. Potestne saltem, quin duello sit praesens, in domo vicina vel in loco propinquo sistere, proximus ac paratus ad praebendum suum ministerium, si duellautibus opus fuerit? — 3. Quid de confessario in iisdem conditionibus? — R. Ad 1. Non posse, et excommunicationem incurri. — Ad 2. et 3. Quatenus ex condicto fiat, item non posse et excommunicationem incurri ». — S. C. S. O. 28. Maii 1884.

1186. — *Sectae massonicae*

«Societatem Americanam seu Hibernicam Fenianorum appellatam comprehendi inter societates vetitas ac damnatas in Constitutionibus Summorum Pontificum et praesertim in nuperrima eiusdem Sanctitatis Suae edita IV. idus Oct. 1869. incip. *Apostolicae Sedis* — S. O. 12. lan. 1870.

«1.An societas *Independent order of flood Templars* nuncupata, excommunicationi snbiaceat latae contra societates secretas in const. *Aposto-*

Jicae Sedis? — Et quatenus negative: 2. An prohibitum sit sub gravi nomon dare isti societati?— II. Ad 1. Dilata. Ad 2. Affirmative, seu deterrendi fideles a dando nomb*^huic societati ». — S. C. S. O.9. Aug. 1893. Praef. Apost. Nôrvegiae.

‹ Ambigi haird posse gravis reatus reos effici catholicos qui choreis aliisquc solatiis intersunt, quae a membris societatis massonicae, et ut tales, haberi solent. Constitutionem Pontificiam prohibere sub excommunicationis poena, ipso facto incurrendae, ac S. Sedi reservatae, quominus massonicae sectae, aliique societati eiusdem generis favor qualiscumque praestetur; proindeqne eam habendam esse regulam certam ad diiudicandum num ct quando catholici reapse in memoratam excommunicationem inciderint, quod scilicet accurate perpendi debeat utilitas atque commodum quod damnata societas eorumque adhaerentes, qua tales, retrahant vel retrahere possunt ab huiusmodi interventu ac adsistentia ex parte eorumdem catholicorum. Hinc retinendum esse quod catholici censura innodentur eo in casu quo eorum praesentia ac participatio huiusmodi conventibus reapse affert eidem sectae aut sectatoribus emolumentum aliquod ». — S. C. de P. F. 15. Iui. 1876.

«1. An occulti sectae massonicae coryphaei ac duces sint denuntiandi iuxta Constitutionem *Apostolicae Sedis,* quando sunt publice noti, ut liberi muratorii, sed non sunt publice noti ut coryphaei vel duces huius sectae massonicae? 2. An denuntiationis obligatio cesset apud eas regiones, in quibus liberi muratorii et ideo ipsorum coryphaei a gubernio civili tolerantur, et ab ecclesiastica potestate puniri non possunt, nec ullo modo cohiberi? — R. Ad 1. Affirmative. Ad 2. Negative ». — S. C. S. 0.19. Apr. 1893.

« Denunciationes faciendas ei qui pro pastorali officio vigilare et cavere debet ne oves sibi concreditae in lupos incurrant, neve peste inficiantur, cuiusmodi est quicumque episcopale vel quasi episcopale munus in missionibus gerit vicarius videlicet vel Praefectus Ap., vel ab eis ad hunc effectum deputatus ». — Instr. S. O. 1. Febr. 1871.

Declaratum est, probante SSmo Dno Nostro, Orientales comprehendi in constitutionibus pontificiis latis contra sectas clandestinas, etiam quoad poenas, quae in iisdem constitutionibus infliguntur. — S. C. de P. F. 1867.

1188. — *De egressu nionialium*

« In hac dioecesi, ut etiam in pluribus aliis omnino ab immemorabili conceditur iisdem egressus ex causis gravibus, ab episcopo recognitis et probatis, iuxta Cone. Trid., et nulla ratione habita Const. Pianae. Utrum particularis ea ct immemorabilis consuetudo per dictam novam Constitutionem abrogata censeri debeat, an aut continuari possit. — R. Affirmative ad primam partem; Negative ad secundani: nempe quoad egressum monialium a clausura servandam esse Constitutionem S. Pii V. *Decori,* contraria consuetudine non obstante ». — S. C. S. 0. 22. Dec. 1880.

«1. An episcopus, auctoritate propria, permittere valeat, ut recipi possint in monasteriis clausurae subiectis, mulieres, quae ingredi cupiunt veluti *pensionariae?* 2. Pariter an potest Ordinarius, auctoritate propria ad tempus vel in perpetuum monialem aliquam de uno ad aliud monasterium transferre, etiam ordinis eiusdem, insta interveniente causa? 3. Potestne tandem Ordinarius, auctoritate propria, transferre aliquam

monialem, quando electa fuerit in superiorem alterius monasterii, aut censeat utilem esse et expedire translationem huinsmodi eum hoc· munere?—B. *in omnibus**. — S.C. EE, et RR. 16. Iui. 1884., M. E. V. 3. P. 3. p. 181., Bizzarri p. 208. 423. Ed. 1885.

1195. — *Collectio missa non*

‹ Utrum colligentes eleemosynas maioris pretii pro missis, si eas celebrari faciant in eodem loco, ubi collegerunt, pro minori pretio, hanc censuram incurrant, necne? — R. Affirmative ad 1. p.; Negative ad 2. — S. O. 13. Ian. 1892.

1196. — *De electionibus politicis in Italia*

1. «Quomodo sciscitanti, an oblatum deputati munus in national! conventu, quem *Parlamento* Itali vocant, excipi possit, respondendum sit?— R. Affirmative sub sequentibus conditionibus: 1.° Ut deputati electi in emittendo iuramento fidelitatis et obedientiae, a lege praescripto, adiiciant limitationem, *salvis legibus divinis et ecclesiasticis.* 2.° Ut huiusmodi limitatio fiat expresse in recitatione formulae ipsius iuramenti, audientibus saltem duobus testibus. 3.° Ut ipsi deputati electi animo comparati sint, et declarent, se nunquam legibus improbis et iniustis favorem ct suffragium esse laturos: immo huinsmodi leges, quatenus proponantur, esse notorie reprobaturos».

2/ ‹ Qua se ratione gerere possint episcopi rogati, ut bonorum deputatorum electioni faveant? — R. Nihil obstare, quominus episcopi, et Ordinarii occasione electionum, quoties ad id requisiti fuerint, in mentem populi revocent, quemque fidelium pro suis viribus teneri ad impedienda mala, et ad promovenda bona ». — S. Poenit. 1. Dee. I860., A. S. S. V. 2. p. ‹›75.

3.‘ « Censuras ecclesiasticas iuxta Litteras Apostolicas d. 26. Martii 1860. incurri ab iis, qui *formaliter cooperantur, rei adhaerent rebellioni Dictionis Pontificiae.* Quare ad dignoscendum in foro conscientiae, utrum quis censuras incurrerit discutienda est per confessarium uniuscuiusque conscientia». — S. Poenit. 10. Dee. 1868. ad 26.m, A. S. S. V.3. p. 565.

Verum recentissima adest epistola S. I. C. ad episcopos Italiae, eaque profecto norma omnibus hac in re esse debet.

« In parecchie diocesi di Italia è invalsa Topinione, che sia lecito il concorso aile urne politiche perché la S. Penitenzieria, ricliiesta in proposito, ha risposto soltanto *non expedire.*

A togliere ogni equivoco il Santo Padre, udito il parere di questi Eminentissimi signori Cardinali, inquisitori generali, miei colleghi, ha ordinato, che si dichiari ii *non expedire contenere un divieto.* Ed io nel comunicare questa dichiarazione alla E. V. ho il dovere di aggiungere che il Santo Padre *nelle presenti circostanze liene ferma questo divieto.*

E gioverà alla E. V. conoscere le risposte date dalla Penitenzieria nel 1883, ai vescovi dai quali fu consultata, ed in quanto al peccato che si commette, ed in quanto alie censure, che si contraggono nel prendere parte alie elezioni politiche. In quanto al peccato, se dovesse cioè tenersi reo di Jcolpa grave chi andasse a dare ii voto per la elezione dei deputati, la risposta fu: *Si regolerà nei casi particolari secondo cio*

che le detterà lu sua coscienza e prudeiiza, considerate tulle le circostanze. In quanto aile censure: *Che l'incorrtfe o non incorrere nelle censure per le elesioni politiche dipende dalle circostanze dei falto e dalle disposi-:ioni di animo deyli elettori; circostanze e disposizioni da ponderarsi secondo le norme, che si danno sui proposito da' buoni autori.*

E baciandole uniilissimaincnte le mani mi dichiaro con profondissima Btima.— Ronia 30 Luglio 1886. R. Card. MONACO».

1199.— *Communicantes cum excommunicatis*

‹ Utrum his verbis *(Communicantes cum excommunicato nominatim a Papa,* etc.) comprehendantur etiam excommunicati a Romanis Congregationibus, saltem quando earum decretis accedit approbatio Summi Pontificis? — R. Negative ». — S. 0.16. lun. 1894.

1202. — *Vsurpatores et emptores ecclesiasticorum honorum*

«l.° Qua parte Tridentinae censurae a Const. *Apostolicae Sedis* confirmatae adhuc vigeant? Quod idem est ac quaerere, an peccans in materia, quam et Constit. *Apostolicae Sedis,* et Cone. Trid. attingunt, in duplicem excommunicationem incidat alteram Rom. Pontifici specialiter reservatam vi supradictae Constitutionis, alteram simpliciter reservatam vi Cone. Trid.? Et proinde an usurpatores bonorum ecclesiasticorum duplici innodentur excommunicatione? — 2.° An qui emant ecclesiastica bona ab usurpatoribus usurpata incidant in excommunicationem R. Pontifici specialiter reservatam vi articuli XI. memoratae Constitutionis? — 3.° An saltem in excommunicationem R. Pontifici simpliciter reservatam vi cap. 11. de Ref., sess. 22. a Cone. Trid. editam?

R. Ad 1.ura Negative. Videlicet usurpatores bonorum ecclesiasticorum innodari sola excommunicatione R. Pontifici specialiter reservata. — Ad 2,nm Minime dubitandum, quin ementes bona ecclesiastica ab usurpatoribus usurpata incidant in excommunicationem R. Pontifici reservatam : etenim praescindendo a quaestione, an supradicta emptio aliquo modo attingatur a Const. *Apostolicae Sedis,* art. XI., nulli dubium e$se potest quin comprehendatur a clarissima dispositione cap. 11., de Ref., sess. 22., Cone. Trid. — Ad 3.ura Provisum in praecedenti ». — S. C. S. O. 8. Iui. 1874.

« Se la scomunica maggiore *latae sententiae* inflitta da varii Pontefici, ed in ultimo da Pio VI colla Costituz. *Inter caetera* del 31 Luglio 1779 sia ancora in vigore centro coloro che occupano e ritengono i beni ed elemosine di Terra Santa.

R. Constitutiones Summorum Pontificum contra occupantes et detinentes eleemosynas et bona ad loca Terrae Sanctae spectantia omnino vigere, non tamen censuras latae sententiae, nisi eas quae comprehenduntur in cap. 11., sess. 22., de Ref. Cone. Trid., ideoque formulas a Commissariis distribui solitas esse reformandas ». — S. C. S. O.28. lun. 1876.

Indultum compositionis

« S. Poenitentiaria, de speciali et expressa Apostolica Auctoritate, *Ordinario* N. N. ad annum duraturam facultatem communicat.

Christifideles, qui *bona immobilia* aut census aut iura *Ecclesiae erepta,* sine eiusdem Ecclesiae venia *acquisierunt* — vel acquisita *aliena-*

verunt — vel *acquisierunt per emphyteusim* — vel *acquisita per emphyteusi™ liberaverunt* — qui tanqnam patroni *vindicarunt beneficia ecclesiastica et eappellanias* — qui *redemerunt legatu pia. aut canones, aut iura irredimibilia — rei ex redemptione iurium natura sua redimibilium, cum damno Ecclesiae lucrati sunt* — qui *decimas non solverunt* — et praedictorum omnium *heredes et* quoscumque *successores.*

Quoties ob aliquam ex praedictis causis Gubernio aut aliis venditoribus solverunt aut solvere debent non ultra triginta libellarum millia (30,000) et. si de decimis sermo sit. dummodo debitum hanc summam non superet, et, si agatur de emphyteusi aut alio simili contractu, dummodo canon seu praestatio, iuxta legem civilem computata, respondeat capitali summae, quae itidem non excedat triginta libellarum millia.

De speciali gratia admittendi *ad compositionem, quae aequa videatur,* servatis praesertim conditionibus et regulis, quae sequuntur.

1. *Procedatur de intelligeniia aliorum Ordinariorum, si quorum intersit, et de consensu eorum, qui respective causas pias repraesentant, aliorumque canonice intéressé habentium.*

2.° In quantitate aequae compositionis determinanda, considerentur o) *fundorum seu iurium valor realis eo tempore, quo compositio initur, b) pretium emptionis, c praesens oratorum status. d\ id, in quo ipsi oratores. cum damno Ecclesiae, ditiores facti sunt,* e) *onera pia,* quorum, si adsint, praecipua ratio habenda est.

Datur autem *facultas Ordinario, eadem onera condonandi* ex toto vel ex parte, si eis satisfactum non fuerit, *nec non eadem reducendi* pro futuro, iuxta vires, sive ad tempus sive in perpetuum, pro diversa causarum et adiunctorum natura: supplente, quantum ad missas et alia suffragia attinet, SS. Domino ex thesauro Ecclesiae.

3.° *Benignior esse potest compositio,* si pretium solutum vel *canon assumptus, citra culpam* emptoris vel emphyteutae, superet praesentem valorem fundorum: *item pro eis, qui coacti affrancaverunt,* et pro heredibus eorum, qui bona vel iura ecclesiastica, ut supra, iniuste possederunt, sed *alias causas prias* fundaverunt aut iuvarunt.

4.° *Ad compositionem adhortandi sunt* etiam illi, quibus concessum fuit, bona aut iura supradicta ad nutum Ecclesiae retinere, subscriptis conditionibus alias designatis: *qui modus consulendi conscientiae fidelium non amplius conceditur.*

5.° Ordinarius, quando agitur de fundis, in quibus aliqua sita est ecclesia, *vel agitur de rebus sacris mobilibus,* oratores oretenus moneat de obligatione, qua tenentur, faciendi, sub directione Ordinarii pro tempore. quod poterunt pro sacrarum aedium et templorum conservatione *et res sacras nunquam in usus profanos convertendi seu deputandi,* idque debitis modis notificandi suis heredibus et successoribus.

6.° Nullum documentum peractae compositionis cuipiam tradatur; quod si illud omnino exigatur, episcopus per se iis, qui se composuerunt, poterit in scriptis id tantum declarare, eos omni obligatione conscientiae erga Ecclesiam, ratione fundorum, canonum etc. exemptos et solutos esse.

7.° Per has litteras *eidem Ordinario* fit quoque potestas, hac ipsa ratione providendi etiam illis, qui huiusmodi bona et iura acquirere, vendere, liberare, vindicare et redimere postulabunt, et si agatur de decimis, subducta computatione, quae supra pro canonibus et praestatio-

nibus statuta est: quin ex eo, praeter oratores eorurnquc heredes et successores, alii releventur et, quod ad patronos attinet, dimisso prorsus iure. patronatus, et quin laesa censeantur iura investitorum, si adsint.

8.' *Eidem Ordinario conceditur* etiam *facultas* indulgendi iis, qui super bonis habent imposita *legata pia vel missarum onera, ut ea redimere valeant, data summa,* (piae, computatis fructibus ad quinque per centum, reditus sufficientes quotannis praebeat pro integro eorundem onerum adimplemento, et sub hac lege, ut, si praefata summa solvatur per publicas schedas (vulgo *di consolidato'),* ipsae schedae non computentur iuxta nominalem ipsarum valorem, sed iuxta pretium, quod die solutionis effective in commercio habent.

9.° *Praeterea* eadem S. Poenitentiaria *praelaudato Ordinario facultatem concedit,* sive per se *sive per aliam idoneam ecclesiasticam personam,* ab eo ad hoc *in singulis casibus subdelegandam, oratores in praemissis culpabiles, postquam, ut supra, se composuerint, a censuris et poenis ecclesiasticis,* in quas propterea quomodolibet inciderint, apostolica auctoritate absolvendi cum congrua poenitentia salutari *ct reparatione scandali,* meliori, quo fieri potest, modo, prudenti indicio absolventis.

10.° ***In hoc Induito non comprehenditur facultas concedendi impositionem hypothecarum,*** neque reducendi canonem emphyteusis temporaneae vel nimis onerosae: circa quae recurrendum est in singulis casibus ad S. Sedem.

Item non comprehenditur facultas dispensandi ecclesiasticos viros super irregularitate, in quam inciderint ob violatas censuras.

11.° *Qui ob paupertatem, compositionem inire nequeunt, absolvi poterunt ab Ordinario cum obligatione, ut, si ad meliorem conditionem devenerint, Ecclesiae satisfaciant,* ac interim scandalum removeant.

Item (pii statim nequeunt statutam compositionem solvere, si obligationem emittant de ea opportuno tempore solvenda, remoto interim scandalo.

12.° *Pecuniae vero summas ex compositione acceptas etiam tenues ipse Ordinarius, quam primum et quam tutissime possit, favore causarum piarum, ad quas de iure pertinent,* in titulos liberos *(valori al portatore),* quos viri competentes tutos agnoverint, *investire* et ad nutum S. Sedis conservare *satagat, neque alienet* sine eiusdem venia neque commutet, nisi urgeat necessitas et tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem.

Quod si supradictae summae pertineant ad causam piam alterius dioecesis, transmittendae erunt ad eiusdem Ordinarium.

Si eadem pertineant ad religiosos, requiritur, ut eis tradi possit, venia S. Sedis in singulis casibus.

Quod si summae spectarent ad causam piam iam exstinctam vel ad ecclesiam, in qua divina officia amplius celebrari non valeant, Ordinarius ipsarum fructus impendat in bonum alterius causae piae, praesertim ecclesiarum, presbyterorum et clericorum pauperum, prout melius in Domino indicaverit, celebratis tamen missis et ceteris persolutis suffragiis, si quae praefinita fuerint.

13.° Circa fundos vero seu iura, quorum valor excedit triginta libellarum millia, recurrendum erit ad S. Sedem in singulis casibus.

14. *Ordinarius moneat confessorios, ut, si ad poenitentes in periculo mortis constitutos* et in praemissis culpabiles vocentur, prudenter compositionem urgeant: quod si haec obtineri nequeat vel quia tempus non suppetit vel ob alias rationabiles causas, satis erit, si aegrotus eam heredibus imponat, vel serio promittat, eam initurum, si convaluerit; remoto scandalo.

15/ *Ordinarius confessoriis sibi benevisis, tempore quadragesimae vel sacrarum missionum vel urgente paschali praecepto, facultatem concedere poterit absolvendi eos, qui compositionem statim inire nequeant.* dummodo iidem serio promittant, se intra duos menses ab accepta absolutione *recursum habituros* ad Ordinarium, pro obtinenda compositione, remoto interim scandalo.

Contrariis quibuscnmqne non obstantibus.

Datum Romae in S. Poenitentiaria 15. Aprilis 1892 ».

1203. — *Facultates confessoriorum in Urbe*

« AI dubbio se possano i confessori di Roma assolvcre, come era costume per lo addietro. da tuite le censure riservate dal dritto allOrdinario. anche dopo la Cost. *Apostolicae Sedis,* la S. C., annuente il sommo Pontefice. ha risposto: *posse servari solitum* ». — S. 0. 1. Dee. 1875.

Clerici praesumentes contrahere matrimonium civile

« Clericos in sacris constitutos, vel regulares aut moniales, post emissum solemne castitatis votum, praesumentes contrahere matrimonium, sic dictum *civile,* in locis ubi lex Tridentina de clandestinitate viget, incurrere in excommunicationem latae sententiae, episcopis seu Ordinariis reservatam ». — S. 0. 22. Dec. 1880.

« Utrum clericus in sacris constitutus vel regularis, aut monialis, si praeter impedimentum voti solemnis castitatis alia habeat impedimenta e. g. affinitatis, consanguinitatis, hanc censuram incurrat, an non? — R. Incurrere ». — S. 0.13. lan. 1892.

1208. — *Laedentes ministros episcopalis curiae*

« Excommunicationi nemini reservatae art. 2? haud subiacent, qui eadem admittunt adversus denunciantes apud episcopos vel testes vel episcoporum ministros, aut scripturas ad materiam S. Inquisitionis apud ipsos pertinentes ». — S. C. S. 0. 28. lan. 1892.

1209. — *Alienatio bonorum ecclesiasticorum*

ℓ. « An ipsa lex Beneplaciti Apostolici per Const. *Apost. Sed.,* licet haec ad limitandas latae sententiae censuras potissimum spectavit, quasi de novo promulgata est, ita ut sua vi generaliter omnes liget, atque etiam ligaret, si Const, illa *Ambitiosae,* quam ceteroquin ratam firmamque declarat, vel alia similis, non praecessisset? Et si affirmative: — 2.° An vi clausulae derogatoriae, in fine novae Const, appositae, revocata censeri debeant privilegia antiqua, ab ipsa Apostoliea Sede rite obtenta, alienandi scilicet absque Beneplacito Apostolico, etc. — 3.° An derogatio haec extendi etiam debeat ad consuetudines particulares legi de Beneplacito Apostolico latae contrarias, quamvis immemorabiles? — 4.° Utrum cadat lex ipsa fundationis alicuius loci pii vel instituti ecclesiastici, in

quantum circa bona legata Beneplacitum Aposfolicnm una cum consensu episcopi seu Ordinarii excludit, vel permittit eorum bonorum alienationem absque tali consensu ct Beneplacito (id quod Monaco! li in suo *Formulario* ex cap. *Tua nos* deducit); an vero ista lex fundationis stare possit, saltem respectu institutorum, quae sub immediata regum protectione sunt (Trid., Sess. 22. cap. 8. de Ref.), regio titulo insignita, libertate regali vel facultate a regibus fundatoribus donata fuerint, *faciendi de suis bonis quidquid sibi pro suis et. instituti, ipsius necessitatibus decreto communi libuerit?* —R.Ad 1.um Affirmative. — Ad 2.nm quatenus privilegia, de quibus agitur, generalia sint, affirmative: quatenus sint specialia et personalia, negative. — Ad 3."“ Affirmative. — Ad 4.„m Per recentem Const, nihil immutatum esse quoad fundationes locorum piorum aliarumque ecclesiasticarum institutionum, de quibus proinde indicandum esse prout indicabatur ante promulgationem huius Constitutionis ». — S. C. S. O. 22. Dee. 1880. A. S. S. V. 15. p. 539.

IB

1210. — *Absolventes sollicitantem*

« Se possa ciascun confessore assolvere il sacerdote, che abbia sollecitato nelPatto o luogo della sagramental confessione? — B. Cum sollicitatio, dummodo fuerit simplex, nullo iure S. Sedi reservetur, nihil obstat, quominus sacerdos sollicitans, aliunde rite dispositus, a quovis confessario absolvi possit ». — S. 0. 15. Sept. 1859., Collectan. S. C. de P. F. n. 945.

1211. — *Sacros Libros imprimentes*

« Censuram nemini reservatam, inflictam iis, qui libros de rebus sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt aut imprimi faciunt, restringendam esse ad librum sacrarum Scripturarum, nec non earumdem adnotationes et commentarios, minime vero extendendam ad libros quoscumque de rebus sacris in genere, id est ad religionem pertinentibus tractantes ». — S. C. S. 0. 22. Dec. 1888.

1212. — *Sponsus rapiens sponsam*

« An vero qui puellas, a parentibus gentili viro desponsatas invitas rapiunt et traducunt ad domum sponsi, in excommunicationis poenam incurrant, sic habe: Aut sponsalia inita sunt a parentibus priusquam puellae rationis usu potirentur, nec constat post rationis usum illa confirmasse ac rata habuisse; cum haec sponsalia irrita omnino sint, profecto qui raptui harum virginum consilium, auxilium aut favorem praebent, sunt ipso iure excommunicat! iuxta caput 6. sess. 24. *de Reformat, matrimonii* Concilii Tridentini; secus vero, si sponsalia cum earum consensu vel primum inita, aut deinde confirmata sunt, ac proinde firma ac valida reputantur; non enim raptorum poenis subiiciuntur qui sponsam ad sponsum vi pertrahunt, quamvis invitas ct renuentes ». — S. C. de P. F. 17. Apr. 1784. C. 1418.

1218. — *De missionariorum mercatura*

«Cum S. S. I. C. dubium fuerit expositum, an post C. *Apostolicae Sedis,* editam a SSmo I). N. Pio IX. IV. Idus Oct. 1869. adhuc vigeant censurae *latae sententiae* contra ecclesiasticos *et* missionarios mercaturae in Indiis Orientalibus operam dantes in C. Urbani VIII. *Ex debito* 22.

Febr. 1633. et Clem. IX. *Sollicitudo* 17. lui. 1669. editis comminatae, EE. PP. Inquisitores generales in Congr. habita ter. IV. 4. Dee. 1872. cum considérassent reservationem aut exceptionem factam ad paragraphuni: *Quae vero censurae,* praedictae Constitutionis posse quaestionibus ansam praebere, censnernnt supplicandum eidem SSmo Domino Nostro ut declarare dignaretur. Constitutiones Summorum Pontificum Urbani VIII. et Clementis IX. superius memoratas adhuc vigere et declarationem mitificandam esse ab hac S. C. per litteras circulares prout tenore praesentium fit missionariis quibuslibet in ludiis Orientalibus et Americae exsistentibus. Porro Sanctitas Sua eidem sententiae in omnibus annuendum censuit. Interea precor Deum etc. ». — S. C. de P. F. 29. Mart. 1873.

‹ Utrum declaratio SSiiii diei -l. Dee. 1873. 'quae hic praecedit) complectatur etiam missionaries sinenses? —R. Affirmative: et ad mentem: Mens est: 1. Ut illis verbis *simpliciter reservatae Pontifici* substituantur alia verba Clementis IX. nempe: *A qua ej.conimunieatione latae sententiae ipso facto incurrenda nemo absolvi potest, praeterquam in mortis articulo constitutus, nisi lucris huiusmodi prius restitutis* (Clemens IX. in C. *Sollicitudo pastoralis* 17. lunii 1669. § 4). — 2. Ut eadem prohibitio ac poena ad mentem eiusdem Clem. IX. non solum afficiat missionaries europaeos, sed etiam quoscnmqne ecclesiasticos viros, qui sub nomine missionariorum, aut quovis alio titulo, pro tempore missi fuerint, aut in illis partibus quomodolibet morabuntur». — S. C. S. O.17. lan. 1883.

1222. — *Suspensio reservata art. 3."*

Hanc censuram non contrahi ab Ordinariis, qui pro libertate status ordinandorum stant instructionibus et facultatibus ad probandum statum liberum sponsorum, declaratum fuit in S. O. 11. Maii 1892. Neque a conferentibus tonsuram. — S. O.18. Apr. 1888.

1248. — *Pe regularium privilegiis*

Praelatos regulares vi suorum privilegiorum suos subditos a censuris per C. *Apostolicae Sedis* latis, sive speciali modo, sive simpliciter Romano Pontifici reservatis 1) non posse absolvere : at 2) posse absolvere a censuris episcopis reservatis, etsi occultis: et 3 quantum ad eorundem praelatorum facultatem subditos suos absolvendi a censuris Romano Pontifici reservatis non contentis in praedicta Const., et pertinentibus ad internum regimen, nihil esse per eandem Const, innovatum: 4) regulares impeditos adire Romani non posse absolvi per suos superiores regulares a censuris contentis in ea Const, et Summo Pontifici reservatis, sed recurrere debere ad S. Sedem pro necessariis facultatibus, declaratum fuit in S. 0. 22. Mart. 1881.

DE CONST. *SACRAMENTUM POENITENTIAE*

1251. — *Instructio S. R. et l . I. ad omnes archiep., episc., aliosque locorum Ordinarios circa observantiam C. Bened. XIV. Sacramentum Poenitentiae.*

* Quae supremus Pontifex gl. mem. Benedictus XIV. in Constitutione die 1. lun. anno 1741. edita, cuius initium est *Sacramentum poenitentiae,*

confirmavit ac decrevit, ea ad haec quatuor maxime capita reducuntur. In primis, quemadmodum iam antea sancitum fuerat praesertim a Gregorio XV. Constitutione quae sub die 30. Augusti anno 1622. data incipit *1'niwsi,* omnes locorum Ordinarii aeque ac Inquisitores deputantur indices ad inquirendum et procedendum et condignis poenis animadvertendum contra sollicitantes ad turpia in confessione, quamvis ab ordinaria iurisdictione quomodolibet exemptos. Itidem omnes sacerdotes ad audiendas sacras confessiones constituti, sicut antea quoque praescriptum erat, obligantur monere suos poenitentes, ut sollicitantes huiusmodi quamprimum poterunt Inquisitoribus aut locorum Ordinariis deferant; eosdemque poenitentes non absolvere, qui huic adimplendo muneri parere recusent. Praeterea tertio loco Apostolicae Sedi reservatur, excepto mortis articulo, eorum casus qui innoxios sacerdotes apud ecclesiasticos indices falso sollicitationis insimulant, vel sceleste procurant ut id ab aliis fiat. Quarto denique sacerdoti cuilibet omnis facultas et iurisdictio ad sacramcntales confessiones personae complicis in peccato turpi contra sextum decalogi praeceptum commisso excipiendas adimitur, nisi extrema prorsus urgeat necessitas, nimirum si in ipsius mortis articulo alter sacerdos desit, qui confessarii munere fungatur, vel sine gravi aliqua exoritura infamia vel scandalo vocari aut accedere nequeat. — Constit. eiusdem S. P. Boned. XIV. *Apostolid muneris* die 8. Febr. 1745. — Et Apostolicae Sedi reservatur eorum confessariorum casus, qui complicem in peccato turpi absolvere ausi fuerint.

Nullum sane dubium est, quin hae praescriptiones, prohibitiones, reservationes omnes et singulae in cunctas nationes universim vires suas extendant, et ubique terrarum *inconcusse et inviolabiliter* observandae siut.— Quod quidem vel legenti Gregorii XV. et Benedicti XIV. Constitutiones evidentissime patet; et idipsum consequentium Pontificum suffragio, prout se dedit occasio, ad hanc usque diem confirmatum est. — Et re quidem vera Vicario Apostolieo Cocincinac sciscitanti: 1. *An Constitutio Benedicti XIV. adversus sollicitantes obliget etiam missionaries Franciscanos, qui ministerium exercent in Cocincina?* 2. *An eadem Constitutio restringi possit ac moderari in aliquo casu ob magnam confessoriorum penuriam in eodem regno Cocincinae?* iussu Pii VI. anno 1775. opportuna instructione responsum fuit: Ad 1.',m *Affirmative;* ad 2.„m *Negative.* Et proxime SSmus D. N. Pius Papa IX. decreto huius Supremae Inquisitionis sub foria IV. die 27. lun. anno 1866. edixit, *in facultatibus quibus episcopi aliique locorum Ordinarii ex concessione apostolica pollent absolvendi ab omnibus casibus Apostolicae Sedi reservatis excipiendos semper in posterum, ct exceptos habendos esse casus reservatos in Bulla Benedicti XIV. quae incipit: Sacramentum poenitentiae.* — Hoc decretum vero omnibus ubique terrarum Ordinariis praedicta absolvendi facultate donatis absque ulla exceptione significandum mandavit.

Quamobrem omnibus locorum Ordinariis enitendum summopere est, ne eorum vigor, quae in praedicta Constitutione salubriter providentur, paulatim uspiam elangueat. At Emi PP. Cardinales supremi Inquisitores nuper cognoverunt eandem Constitutionem non ubique, sicut par esset, exsecutioni tradi, atque in aliquibus locis nonnullos tum in denunciationis onere adimplendo, tum in indicio contra sollicitantes instituendo irrepsisse abusus, qui sine iustitiae ac providae severitatis discrimine tolerari mi-

Dime possent Itaque neque ipsis locorum Ordinariis ingratum fore indicarunt, si quae contra eosdem abusus ab hac suprema Congregatione ad tramites sacrorum canonum decreta fuerunt, in unum collecta prae oculis habeantur. Ad quem effectum praesentem instructionem edi mandarunt.

1. Personae sive mares sive feminae, quaecumque illae sint, ad turpia sollicitatae in confessione, vel occasione aut praetextu confessionis quemadmodum enucleate in memorata Constitutione praecipitur, rem ad Sanctam Sedem, vel ad loci Ordinarium deferre debent.

2. Denuntiare oportet quemcumque sacerdotem, etiam Jurisdictione carentem, sollicitantem in confessione, vel etiam poenitentia sollicitationi consentientem, quamvis statim dissentientem de turpi materia loqui, illius complementum ad aliud tempus differentem et non praebentem absolutionem poenitenti. — Ex decreto 11. Febr. 1661., confirmato in Const. *Sacramentum.*

3. Huiusmodi denunciationes a nemine absque culpa lethali omitti possunt. Qua de re poenitentes debent admoneri, neque ab iis admonendis instruendisque eorum bona fides excusat.

4. Sacerdotes ad sacras audiendas confessiones constituti, qui de hac obligatione poenitentes suos non admonent debent puniri. — Ex declar. sub diebus 20. Mart. 1624., 1. Oct. 1626., penes Albit. de Incostantia in fide, cap. 35. n. 17.

5. Poenitentes admoniti et omnino renuentes nequeunt absolvi: qui vero ob instam causam denuntiationem differre debent, eamque quo citius poterunt faciendam spondent, serioque promittunt, possunt absolvi.

6. Denunciationes anonymae contra sollicitantes ad turpia nullam vim habent: denunciationes enim fieri debent in iudicio, nempe coram episcopo eiusve delegato cum interventu ecclesiastici viri, qui notarii pars teneat, et cum iuramento et cum expressione et subscriptione sui nominis, nec sufficit si fiat per apochas vel per litteras sine nomine et cognomine auctoris. — Albit. *loc. cit.*. n. 21. — Ceterum prohibetur, ne in recipiendis denunciationibus praeter indicem et notarium, virum utrumque ecclesiasticum, speciali et scripto exarata episcopi deputatione munitum, testes intersint. Cavendum quoque ne ex denunciantibus quaeratur, num sollicitationi consenserint: et convenientissimum foret, si de huiusmodi consensu quantumvis sponte manifestato nihil notetur in tabulis. — Ex dccl. Urb. VIII., sub fer. V. die 17. Apr. 1624.

7. Denunciationis onus est personale et ab ipsa persona sollicitata adimplendum. Verum si gravissimis difficultatibus impediatur, quominus hoc perficere ipsa possit, tunc vel per se. vel per epistolam, vel per aliam personam sibi benevisam suum adeat Ordinarium, vel Sanctam Sedem per Sacram Poenitentiariam, vel etiam per hanc Supremam Inquisitionem, expositis omnibus circumstantiis et deinde se gerat iuxta instructionem quam erit acceptura. Si vero necessitas urgeat, se gerat iuxta consilia et monita sui confessarii. Ast si nullo impedimento detenta denuneiationem omnino renuat, in hoc casu aliisque supra memoratis laudandus confessarius. qui operam suam poenitenti non denegaverit, et vel Ordinarium, vel Sanctam Sedem pro opportunis providentiis consulerit, suppresso tamen poenitentis nomine. Formulas autem hisce in casibus

adhibendas Irad mit probati auctores, quos inter Pignatelli *Ut. 1, consuit. 101.*, (.'arena, Albitius, etc.

8. Non infroqucnter occurrit casus, ut confessarius aliusve ecclesiasticus vir ab episcopis (quorum utique haec potestas est) deputetur ad denunciationes recipiendas in re ad sollicitationis crimen spectante absque interventu notarii. Huic instructioni folium adiicitur circa modum, quo hisce in casibus confici denunciatio debet. Qui enim ad hoc gravissimum munus viri maxime idonei destinantur, de actu denunciation's iudiciaria ratione assumendo instrui debent ac moneri, ut statim a recepta dcnuneiationc eam continuo ad ipsum episcopum a quo fuerunt deputati caute transmittant, neque confecti actus exemplum vel vestigium aliquod sibi retineant. Atque in hunc fere modum haud difficulter denunciandi munus adimpletur. Profecto a locorum Ordinariis efficiendum est, ne ad loca suae iurisdictioni subiecta applicare oporteat quod pro missionibus Pernambuci in America die 22. lan. anno 1627. declaratum fuit: *Mulieres,* videlicet, *sollicitatas non teneri ad denuntiationem si ministri Inquisitionis et vicarii episcopi in longinquis regionibus degentes sine gravi incommodo adiri nequeant.*

9. Si in denunciationibus, quod non raro contingit, aliae indicantur personae forte pariter sollicitatae, vel quae de hoc crimine testimonium ferre aliqua ratione possint, hae quoque omnes et seorsim iudiciaria forma superius enunciata examinandae sunt: et primo per *generalia,* deinde per gradus, quoad ita res ferat, ad *particularia* deveniendo interrogari debent, utrum et quomodo revera fuerint ipsae sollicitatae, vel alias personas fuisse sollicitatas viderint vel audierint.

10. Accepta denunciatione non illico proceditur, sed a superiore ecclesiastico inquiri sedulo debet, utrum persona denuncians sit fide digna. Sollicitationis crimen ut plurimum secreto perpetratur; hinc privilegium est, ut in causis, quae contra hoc crimen instituuntur, ad plenam probationem faciendam attestationes etiam singulares admittantur. At in memoratis summorum Pontificum Constitutionibus praescribitur, ne cum testibus singularibus procedatur, nisi praesumptiones, indicia et alia adminicula concurrant. Pondus igitur cuiusque denunciationis, qualitates et circumstantiae serio accuratequc perpendendae sunt, et antequam contra denunciatum procedatur perspectum exploratumque iudici esse debet, quod mulieres vel viri denuntiantes sint boni nominis, neque ad accusandum vel inimicitia vel alio humano affectu adducantur. Oportet enim, ut testes huiusmodi singulares ab omnibus privatis affectionibus sint immunes, ut ipsis integra fides haberi possit. — Ex instruet, iussu Pii VL, anno 1775. ad Vicar. Apost. Cocincinae data.

11. Ea est huius Supremae inquisitionis consuetudo, ut post unam alteramvc denuneiationem rescribatur, quod denunciatus *observetur,* ita videlicet super delato crimine suspectus habeatur, ut cum primum per novas denunciationes res explorata erit, in indicium vocandus sit. Ut plurimum nonnisi a tertia denuntiatione procedi solet. Ad formalem examen vocantur parochi vel probatae fidei spcctataeque virtutis viri praesertim ecclesiastici, qui cum iuramento de veritate dicenda et de secreto servando super qualitatibus denunciantium et denunciati, et super mutuis connu odiis et inimicitiis examinentur. Hisce peractis diligentiis, reus in indicium adducitur, et coram indice cum interventu ecclesiastici

viri, qui notarii partes agat, super singulis cuiusque denuneiationis et examinis adinnctis, iuramento dicendae veritatis (districtus respondere debet. Cavetur solertissinie. ne denuneiantimn nomina reo manifestentur, et ne saeramentale sigillum quoquomodo violetur.

12. Quando perspecta evaserit patrati criminis veritas, reo ad defensionem. pn»ut inra exposcunt, admisso, deveniendum erit ad illi interdicendum in perpetuum ne confessiones excipiat, subtrahendo omnes et qnaseiimqne facultates ad id muneris eidem etiam per quodeumquc privilegium vel ab ipsa Sancta Sede impertitas. Huiusmodi sententiam episcopus ipse et non alius ab eo delegatus proferat: et pro modo culpae, atque omnibus attentis circumstantiis ceteras quoque poenas reo irroget quae in supradictis Constitutionibus decernuntur. Praeterea si reus in indicio crimen confessus fuerit, congruam debet emittere abiurationem, ut se ita purget ab ea, quam incurrit, haeresis suspicione; et bao quoque poena in ipsa sententia muletetur. Notandum est. poenas huiusmodi omnes, et ipsam inhabilitatem ad sacrosanctum missae sacrificium celebrandum in decreto Benedicti XIV. die Aug. anno 1745. praescriptam, esse tantum *ferendae sententiae.* Abstinendum tamen erit ab infligenda degradatione et traditione brachio saeculari. Id nimirum a Gregorio XV. statutum fuit: ceterum ad terrorem potius impositum haberi debet quam ut exsecutioni mandetur. — Albit. op. eit. cap. 15., n. 13. et Bened. XIV. in privata epist. die 11. Nov. an. 1713. data ad Emmanuelem de Azevedo S. I. Presbyterum.

13. Qui nullis omnino super hoc crimine praeventi dennneiationibus, conscientia victi. Ordinario loci eiusve delegato se sistunt, patrata a se sollicitationis flagitia sponte confitentur et veniam petunt, dimitti debent cum congrua abiuratione et poenitentiis dumtaxat salutaribus, adiecto consilio vel praecepto, ut ab excipiendis personarum sollicitatarum sacris confessionibus se abstineant: nec ceteris poenis antea dictis, accedentibus licet postmodum dennneiationibus, afficiantur. Qui vero judiciaria forma iam praeventi, sed nondum citati, sua sponte se sistunt; et ii pariter, quos veritatem non integram sed diminutam in spontanea apparitione confessos esse Ordinarius loci ex acceptis postea denunciationibus deprehenderit, beneficio impunitatis non gaudent; verumtamen pro ipsius Ordinarii prudentia mitius puniantur.

14. Quod in hisce causis vel ex commissione apostolica vel ex iure episcoporum proprio tractandis maiorem in modum curari et observari debet, illud est ut eaedem causae utpote ad fidem attinentes, secretissime peragantur, et postquam fuerint definitae et exsecutioni iam traditae perpetuo silentio omnino premantur. Omnes curiae ecclesiasticae administri, et quicumque alii ad has pertractandas vel patroni ad defendendas causas assumuntur, iusiurandum de secreto servando debent emittere, et ipsi episcopi aliique locorum Ordinarii ad servandum secretum obstringuntur, prout in iure cautum est cap. *Statuta fin. de Haeret, in 6,* et in Clementina *Multorum Porro de Haereticis.* Qui vero denuneiationis oneri satisfaciunt, quique in hisce causis examini subiiciuntur iuramentum ab initio de veritate dicenda, et, actu expleto, de secreto servando, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, etiamsi sint sacerdotes, praestare tenentur. Haec si caute, sancteque teneantur, nullum invidiae infamiaeque vel aliud quodvis periculum timeri potest, quod vel testes a dicenda veri-

tate, vel competentes indices ab investigando ct condignis poenis animadvertendo sollicitationis crimine contineat.

15. Indultum fuit a Pio VI. in instructione, dc qua antea dictum est, anno 1775. ad Vicarium Apostolicam Cocincinae data, ut cum difficillimum sit in illis tam dissitis ac disparatis regionibus ea omnia adamussim servare, quae in hisce causis servanda sunt; ct cum si aliqua ex his omittantur, iustitia non patiatur, ut poenae infligantur adversus reos, dc quorum crimine iudiciaria ratione adhuc sufficienter non constat, tunc consultius fortasse esset si extra indicii ordinem procedatur ad occurrendum tanto malo mediis ct modis magis facilibus et expeditis, quos in casibus particularibus Vicarii Apostolici prudentia cum animarum zelo coniuncta suggeret. Iam vero quisque videt hanc indulgentiam pro locis adeo dissitis ac disparatis factam neque omnibus esse communem, neque absque Apostolicae Sedis auctoritate iure posse ubivis induci.

16. Ceterum si locorum Ordinarii in conficiendis processibus, vel etiam, confecto processu, in proferenda sententia contra sollicitantes ad turpia in confessione gravioribus involvantur difficultatibus rem, transmissis actis, deferre poterunt ad hanc supremam Congregationem, quae peculiares instructiones singulis casibus accomodatas, ut saepe fit, tradet, ac definitivam sententiam, si expediens fuerit, ipsa proferet.

Haec sunt quae ad praedictam Pontificiam Constitutionem caute recteque exsequendam conducunt, quaeque, utpote ubique locorum observatu facilia, Sacra haec Congregatio Supremae et Universalis Inquisitionis pastorali Ordinariorum zelo ac sollicitudini vehementer commendat.

Datum Romae die 20. Febr. anno 1867 ».

1252. — *Decreta S. O. 11. Fehr. 1661.*

« 1.° An sit denuntiandus confessarius. qui dat poenitenti chartam in confessione, postea domi legendam, in qua ad venerem sollicitabat? — Domini qualificatores censuerunt esse denuntiandum, et negativam opinionem non esse probabilem.

2.° An confessarius consentiens sollicitationi, sed statim desistens de illa turpi materia loqui, differendo illius complementum ad aliud tempus et non praebendo absolutionem poenitenti, incidat in poenas contentas in Bulla Gregorii, et sit denuntiandus? — Censuerunt incidere, et confessarium esse denuntiandum, reieeta opinione contraria, quam non esse probabilem censuerunt.

3.° An confessarius sollicitando, propter parvitatem materiae, sit denuntiandus? — Cura in rebus venereis non detur parvitas materiae, et si daretur, in rc praesenti non daretur, censuerunt esse denuntiandum, et opinionem contrariam non esse probabilem.

4.° An confessarius qui foeminam in confessione dicentem, se velle in crastinum confiteri, illam sollicitat, et a confessione dissuadet, sit denuntiandus? — Si sollicitatio fiat extra locum confessionis, ct absque praetextu confessionis, censuerunt negativam opinionem esse probabilem: secus si in confessionario seu in loco confessionis.

5.° An sacerdos carens jurisdictione, si sollicitat in confessione poenitentem, sit denuntiandus? — Censuerunt esse denuntiandum, et opinionem negativam non esse probabilem.

6." An interpres, si sollicitet in confessione poenitentem, sit denuntiandus? — Censuerunt opinionem negativam non carere sua probabilitate.

7." An mandans confessario, ut in confessione sollicitet, sit denuntiandus? — Censuerunt opinionem negativam non carere sua probabilitate.

8.® An, quando eonfessarius et poenitens invicem se sollicitant, confessorius sit denuntiandus? — Affirmative responderunt, et opinionem negativam non esse probabilem.

9.° An eonfessarius sollicitatus, si metu inductus sollicitationi consentiar. sit denuntiandus? — Censuerunt esse denuntiandum, et negativam opinionem non esse probabilem.

10.' An eonfessarius incidat in poenas Constitutionis Apostolicae contra sollicitantes, si sollicitet mulierem in aliis sacramentis scilicet baptismi, matrimonii, et sit denuntiandus, et denuntiatus possit ab Inquisitoribus puniri? — Quoad utrumque articulum censuerunt opinionem negativam esse probabilem.

11/ An eonfessarius qui sollicitat poenitentem ad actus illicitos extra actus venereos sit denuntiandus? — Censuerunt opinionem negativam esse probabilem.

12.° An eonfessarius, si laudet poenitentem de pulchritudine et venustate. dicitur illam sollicitare, et ideo sit denuntiandus? — Censuerunt si laus illa sit seria et nihil pravae intentionis redoleat, negativam opinionem esse probabilem. Si vero secus, non esse probabilem.

13.° An sit denuntiandus eonfessarius, qui propter sollicitationem alterius abiuravit, i. e. si alias accusatus de sollicitatione haeresim detestavit)? — Censuerunt opinionem negativam non esse probabilem, et ideo denuntiandum: quod etiam fuit resolutum die 26. Iulii, anno 1628.

14.° An quis teneatur denuntiare confessarium sollicitantem, si hoc audivit non a fide dignis, sed solum a levibus personis? — Censuerunt opinionem negativam non carere sua probabilitate.

15.° An denuntiandus eonfessarius qui sedens in confessionario sollicitat mulierem stantem ante confessionarium, non simulando confessionem? — Censuerunt opinionem negativam non carere sua probabilitate».

16.° An denuntiandus eonfessarius, qui audiens confessionem dat donum mulieri, ita ut hoc facto dicatur illam sollicitasse? — Idem responderunt quod ad duodecimum ».

1258. — *Confessionis locus; confessionis simulatio*

« 1.° An loca, in quibus excipi solent confessiones monialium, habenda sint ut loca destinata ad audiendas confessiones, vehit vera confessionalia? — 2.° An idem dicendum sit de locis constructis ad formam eorum, in quibus excipi solent confessiones monialium claustralium, in quibus excipiuntur confessiones mulierum degentium in locis, quae vulgo dicuntur *Conservatorii, Ritiri?* — 3.° Quatenus habenda sint, ut vera confessionalia, utrum talia censenda sint solum quoad moniales et alias degentes in praedictis locis, an vel etiam quoad alias mulieres extraneas? — R. Ad tria dubia, Affirmative ». — S. O. 25. Nov. 1874.

« Se per le parole *simulantes confessiones audire* (in Bulla contra sollicitantes) si ricerchi copulativamente la sollecitazione e la confes-

sione *vera* o *simulata* a segno che, non concorrendovi queste due circo- Btauze, non vi sia obbligo di dcnunziarc? — II. Sufficere concursum *alterutrius* ». — S. O. 28. Apr. 1700., c. 940.

1273. — *Denuntiatio ab omnibus facienda*

* Lc Costituzioni pontificie, emanate *contra sollicitantes,* comprendono tutte le nazioni, ed in conseguenza cosi obbligano alia loro osservanza i greci come gli armeni ». — S. O. 13. lun. 1710.

‹ Fuit resolutum 28. lun. 1597., et 28. Febr. 1598., et 15. Apr. 1612., quod (piando mulier est nobilis et verecunda, nec potest induci ad deponendum, in Urbe (Romae) consulatur S. Congr. — Si vero extra Urbem, consulatur episcopus, vel inquisitor; qui si habent difficultatem, consulant sacram Congr.; sin minus dent facultatem confessariis absolvendi poenitentem, quae iustis de causis denuntiare recusat; quae tamen debet absolvi sub conditione, quod cessantibus causis, teneatur hoc facere, ac etiam non adire confessarium, a quo fuit sollicitata ». Albitius de Inconst. in fide.

1278. — *Quomodo denuntiatio facienda*

Formula denuntiationis recipiendae absque interventu notarii, ex cit. Instr. A. S. S. V. 3. p. 505. seq. — « Die...., Mensis...., Anni...., sponte personaliter comparait coram me, infrascripto, sistente in *(notabit locum, ubi repetitur, ad actum recipiendum),* ad hunc actum tantum ad Ulmo et Rmo N. specialiter delegato, prout ex eiusdem Ordinarii litteris, milii directis et datis sub die *(exprimet (pio die ipsi scriptae fuerint litterae),* praesenti positioni alligandis, NN. *(scribet nomen, cognomen, patrem, patriam, aetatem, conditionem et habitationem personae denuntiantis; etsi haec religiosa fuerit, exprimet etiam nomen, (pio ea vocabatur in sacculo. Deinde prosequetur),* cui delato iuramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis SS. Dei Evangeliis *((piae manu tangere faciet),* exposuit, prout infra videlicet:

Hic persona denuntians vernaculo sermone declarare debet, se scire obtentam esse ab Ordinario loti facultatem recipiendi, absque interventu notarii, quod ad suam conscientiam exonerandam expositura est, propterea (pna iustis de causis eidem Tlmo Antistiti se sistere nequit; deinde narrare continuo debet, quae ad sollicitationes ei factas attinent, seu verba fuerint, seu scripta, seu actus, accurate describendo locum, tempus, occasionem, vices et singula adiuncta, nec non utrum in actu confessionis, an prius, rei post sacramentalem absolutionem ea evenerint. Nominare debet confessionalem Sedem et ipsum confessarium sollicitantem, et quatenus huius nomen et cognomen aut ignoret, aut oblita fuerit, describet accurate illius personam, omnes distincte characteres notando, ita ut ilDe recognosci possit. Animadvertat delegatus, non esse interrogandam personam denuntiantem, utrum consensum ad actum turpem quocumque modo praestiterit vel recusaverit, cum ipsa ad suos defectus manifestandos non teneatur. Hisce excriptis, prout narrantur, delegatus, quae sequuntur, neque aliud praeterea quidpiam requiret.

Interrogata, an sciat, vel dici audierit, dictum NN. *(nominandopersonam),* confessarium sollicitasse alias poenitentes ad turpia? et quatenus, etc.

Respondit: *(Notabit responsionem, et si haec affirmativa fuerit, nomen et cognomen personarum sollicitatarum exquiret, et causam scientiae).*

Interrogata: de fama supradieti confessarii NN. tam apud se, quam apud alios, ct quatenus, etc.

Respondit: *(Desponsionem excribet).*

Interrogata, an odio vel amore praefata deposuerit, ct super inimicitia, aliisque generalibus, etc., et quatenus, etc.

Respondit: Recte *(si ad propriam conscientiam exonerandam denuntiasse se dicet). St a sollivitatione pias uno mense praeterlapsum fuerit erit etiam interroganda.*

Interrogata, cur tamdiu distulerit praefata denunciare proprio Ordinario, et conscientiam suam exonerare?

Respondit: *(Notabit responsionem).*

Actus claudatur hac ratione.

Quibus habitis et acceptatis, etc., dimissus (vel dimissa), fuit iuratns ivel iurata de silentio servando ad novum tactum SS. Dei Evangeliornm *(super Evangelium iterum iurabit),* et in confirmationem praemissorum se subscripsit *(et si scribere nesciat), et* cum scribere nesciret, prout asseruit, fecit signum Cnicis *(Crucis signum calamo faciendum ab ea exiget).*

Postquam denuntians se subscripserit, autjCrucis signum fecerit, subscribet se delegatus hoc modo:

Acta sunt per me XN. ab Ulmo et Rmo Antistite XX., ut supra specialiter delegatum.

Integrum deinde actum directe ad proprium Ordinarium delegantem transmittet una cum instructione et litteris acceptis, nihil omnino apud se retinendo

DE CONST. *OFFICIORUM AC MUNERUM*

1302. — *De librorum prohibitione*

«45. Libri prohibiti donec expurgentur possunt retineri usque dum adhibita diligentia corrigantur*. — Pr. d. ab Alex. VII.

1304. — *De lectione Sacrae Scripturae*

«79. Utile et necessarium est omni tempore, omni loco, et omni personarum generi studere et cognoscere spiritum, pietatem, et mysteria sacrae Scripturae. — 80. Lectio sacrae Scripturae est pro omnibus. — 81. Obscuritas sancti verbi Dei non est laicis ratio dispensandi seipsos ab eius lectione. — 82. Dies dominicus a Christianis debet sanctificari lectionibus pietatis, et super omnia sanctarum Scripturarum. Damnosum est velle Christianum ab hac lectione retrahere. — 83. Est illusio sibi persuadere, quod notitia mysteriorum Religionis non debeat communicari feminis lectione sacrorum liTTrorum. Non ex feminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia ortus est Scripturarum abusus, et natae sunt haereses. — 84. Abripere e Christianorum manibus novum Testamentum, seu eis illud clausum tenere auferendo eis modum istud intelligendi, est illis Christi os obturare. — 85. Interdicere cliristianis lectionem

sacrae Scripturae, praesertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis, et facere, ut patiantur speciem quamdam excommunicationis.— 86. Eripere simplici populo hoe solatium, iungendi vocem suam voci totius Ecclesiae, est usus contrarius praxi Apostolicae et intentioni Dei Prpp. Pasch. Queen. dd. a Clern. XI.

<1.° Utrum sub nomine eorum, *qui studiis theologicis* vel *biblicis dant operam* veniant etiam alumni, qui theologiae et linguae hebraicae ac graccae in scholis seminariorum vacant? Et quatenus affirmative: 2.° Utrum possit episcopus permittere ut in scholis alumni, sub ductu professoris, textus hebraicos et graecos ab acatholicis editos, legant ac vertant, dummodo *non impugnentur in prolegomenis aut adnotationibzis* talium librorum *catholicae Fidei dogmata?* — R. Ad 1."m Affirmative. Ad 2.mm Negative; nisi specialem a S. Sede facultatem obtinuerint».— S. C. Ind. 21. lunii 1898.

1306. — *Libri devotionis*

«Num prohibitum sit in libris nuncupatis *devotionis,* textui latino ordinis missae, ac praesertim Canonis, addere versionem in lingua vulgari.— B. Libros eorumque versiones in lingua vernacula, de quibus agitur, a canonicis praescriptionibus et Apostolicis decretis, episcoporum auctoritati omnino reservari, ideoque licitum non esse fidelibus horum uti editionibus nisi istae expressam praeseferant episcoporum adprobationem ». — S. R. C. 4. Aug. 1877. *Neo-Eboracen.*

1310. — *Indulgentiarum libri*

«Utrum in decreto n. 17. Decretorum generalium de prohibitione et censura librorum nuper a SSmo D. N. Leone Papa XIII. editorum, verba haec: *non publicentur absepte competentis auctoritatis licentia,* ita sint intelligenda, ut in posterum *indulgentiarum libri, libelli, folia etc. omnes* ad solos locorum Ordinarios pro impetranda licentia sint referendi? An vero subiiciendi sint censurae aut S. Congreg. Indulgentiarum, aut Ordinarii loci secundum normas ante novam Constitutionem *Officiorum ac munerum* stabilitas? — R. Ad primam partem: Negative. Ad secundam: Affirmative». — S. Indic. C. 7. Aug. 1897.

«Art. 12. § 3. decretorum post (antiquas) Regulas Indicis editorum ita esse intelligendum, ut, si agatur de edenda concessione alicuius indulgentiae, vel summarii indulgentiarum, quod ex Brevi Apostolico vel rescripto desumendum est, aut de summario ex auctoritate S. Congregationis iam vulgato, in potestate Ordinarii sit licentiam concedere earundem indulgentiarum concessiones typis imprimendi (dummodo pro aliquo elencho non sit specialis et expressa prohibitio) ; e contra vero, si sermo sit de summario vel antea collecto, sed nunquam approbato, vel nunc primum ex diversis concessionibus colligendo, requiritur expressa S. Congr. Indulgentiarum licentia. SSmus approbavit ». — S. Indulg. C. 22. lan. 1858.

1313. — *Librorum approbatio*

« An Ordinarii, qui peracto examine alicuius libri, praeviae eorum censurae submissi licentiam denegent eundem publicandi, teneantur au-

ctori rationes denegatae licentiae indicare? R. Affirmative, si liber videatur correctionis seu expurgationis esse capax ». — S. Indic·. C. 3. Sept. 1898.

Missionariorum libri

<S. Congr. iustis de causis mota deliberate decrevit nulli missionario apostolica cuiusvis gradus, conditionis, praeeminendae, religionis statusque, imposterum licere aliquod opus proprium, seu alterius, sub quovis praetexo, per se vel per alium seu alios, typis mandare absque ipsius 8. Congregationis expressa licentia in scriptis in forma solita etc. sub poena privationis officii, vocis activae et passivae, suppressionis eiusdem operis et excommunicationis latae sententiae ipso facto incurrendae, ac soli SSino D. N. reservatae. Praecipiendo supradictis et cuilibet ipsorum ut, casu quo dictam licentiam obtineant, eandem in ipsius operis initio imprimere teneantur sub iisdem poenis, non obstantibus quibuscumque privilegiis, facultatibus, licentiis etc. etiam oretenus alias datis seu concessis, quae omnia et singula per praesens decretum revocata omnimode censeantur et pro revocatis habeantur ». — S. C. de P. F. 6. Dec. 1655.

‹ Cum itaque, sicut accepimus, licet alias Congr. Ven. FF. XX. S. R. E. Cardinalium iustis de causis vetuisset, ne quis sine ipsius licentia typis evulgaret libros et scripta, in quibus aliquo pacto de missionibus ageretur, nihilominus multi, vel ignari quid eadem Congregatio decreverit,, vel temere eius decretum transgredientes, scripta edant et libros saepe falsa et inepta continentes, non sine piorum et doctorum hominum offensione: Xos, his aliisque gravibus causis adducti, de memoratorum Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, iterum prohibemus. ne quis cuiuscumque status, gradus et conditionis, etiam regularis cuiusvis ordinis, congregationis, instituti et societatis, etiam Jesu, licet is esset de quo specifica et individua mentio facienda foret, sine licentia in scriptis Congregationis eorundem Cardinalium, quam in operis initio imprimere teneatur, libros et scripta in quibus de missionibus, vel de rebus ad missiones pertinentibus agitur, per se vel per alium edat, sub excommunicationis latae sententiae, a qua nemo a quoquam, praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore exsistente, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit, ac privationis officii, ac vocis activae et passivae, necnon operum suppressionis, poenis ipso facto incurrendis ». — Clemens X. Br. *Creditae nobis* 6. Apr. 1673. C. 1872.

« Nullojmodo expedire ut, in imperio Sinarum et regno Tunkini, scripta quaecumque vel libri publicentur, sive de religione directe vel indirecte tractantes, sive disserentes de rebus ecclesiasticis, nisi praevio examine atque approbatione ipsius Sacrae Congregationis. Exceptas tamen ab hac lege declaravit parvas doctrinas, catechismos, instructiones ac preces, quae fidelium usui quotidiano inserviunt: sub ea nihilominus conclitione, ut in vulgus spargi non possint, nisi prius eas episcopi respective locorum, seu Vicarii Apostolici, viderint atque in lucem permiserint emitti ». — S. C. de P. F. 28. Dec. 1770., 31. Mart. 1836. ad Vic. Ap. Cocincinae, 31. Aug. 1840. ad Vic. Ap. Siami, 30. Sept. 1848. ad Vic. Ap. Cocinc. Occidental.

« Et quoniam compertum est in pluribus vicariatibus edi libros et opuscula, in quibus de gentilium moribus et usibus sermo instituitur, quaeque ad interpretationem C. Ap. s. m. Benedicti XIV. quae incipit

Omnium sollicitudinum, plus niinusvc directe referuntur, censuerunt EE. I'P. monendos esse vicarios et missionaries ApostoHcos mittendum omnino esse S. huic C. exemplar quarumcumque instructionum ct opusculorum, in quibus agatur de rebus ad memoratae Bullae interpretationem quoquo modo spectantibus ». — Instr. S. C. de P. F. ad Vicarios Ap. Indiae 8. Dec. 1868.

«Se nel divieto sulla stampa dei libri di religione s'intendano compresi i sermoni o prediche dei missionari in guisa che non sia sufficiente l'esame ed approvazione dei rispettivo Vicario Apostolico. — R. Quatenus velint typis edi, affirmative; secus negative in casu, dummodo Vicarius Ap. eos sermones approbaverit ». — S. C. de P. F. 27. Sept. 1843.

« 1. Se l'essere *nati nell'eresia;* o Pavere genitori, zii, fratelli o cugini *erotici,* o *maritati ad cretici,* sia per legge comune un impedimento che esclude dalla professione religiosa?

2. Se sia esatto il dire, die pel fatto *deWaltrui* eresia incorrono la irregolarità solamente coloro che hanno eretico o il nonno, o il padre, o la madré?

3. Se possa seguirsi la dottrina di coloro che iusegnano, taie irregolarità non incorrersi nella Germania, pel fatto che ivi *parentes nullà laborant infamia?* e se taie dottrina possa estendersi a tutte quelle regioni, ove la religione dominante è eterodossa o protestante?

4. Se i legittimamente dispensati dalla irregolarità in rispetto alla S. Ordinazione, possano pel fatto della professione religiosa venir promossi alie prelature doli'Ordine: ovvero se possano essere a cio autorizzati dai loro superiori, quando questi abbiano per antica concessione diretta e posteriore al Concilio di Trento di potere « ex quocumque capite vel causa, praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae, ac membrorum mutilationis, irregularitatem incurrentes, Apostolica auctoritate, in forum conscientiae tantum absolvere, necnon cum eis, etiam cum rehabilitatione, et abstersione inhabilitatis et infamiae maculae dispensare?».

R. Ad 1.um Negative, salvis Constitutionibus cuiusvis religiosae familiae propriis.

Ad2."m et3.um Detur decretum fer. 4a., 4. Decembris 1890; id est: «Haereticos ad fidem catholicam conversos ac filios haereticorum, qui in haeresi persistunt vel mortui sunt ad primum et secundum gradum per lineam paternam, per maternam vero ad primum dumtaxat, esse irregulares etiam in Germania et in aliis locis, de quibus petitur; ideoque dispensatione indigere, ut ad tonsuram et ad ordines promoveantur ».

Ad 4.nm Prout exponitur, negative ». — S. C. S. O. 3. Febr. 1898.

DE INDULGENTIIS

1349. 1354. — *De indulgentiarum natura et valore*

« 17. Thesauri Ecclesiae, unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi et Sanctorum. — 18. Indulgentiae sunt piae fraudes fidelium,

et remissiones bonorum operum: et sunt de numero eorum quae licent, et non de numero eorum quae expediunt. — 19. Indulgentiae his, qui veraciter eas consequuntur, non valent ad remissionem poenae pro peccatis actualibus debitae apud divinam iustitiam. 20. Seducuntur credentes indulgentias esse salutares et ad fructus spiritus utiles. — 21. Indulgentiae necessariae sunt solum publicis criminibus, et proprie conceduntur duris solummodo et impatientibus. — 22. Sex generibus hominum indulgentiae nec sunt necessariae nec utiles: videlicet mortuis seu morituris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt sed non publica, his (pii meliora operantur.— 40. Animae ex Purgatorio liberatae suffragiis viventium minus beantur, quam si per se satisfecissent ». — Ppr. Mart. Luth. dd. a Leone X.

« 60. Per passiones Sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta: sed per communionem caritatis nobis eorum passiones impertiuntur, ut digni simus qui pretio Sanguinis Christi a poenis pro peccatis debitis liberemur». — Pr. Mich. Baii d. a S. Pio V.

‹ 16. Xon convenit indulgentias quaerere pro poena propriis peccatis debita : quia melius est divinae iustitiae satisfacere, quam divinam misericordiam quaerere: quoniam illud ex puro Dei amore procedit, et istud ab amore nostri interessato, nec est Deo grata nec meritoria, quia est ɤ'elle crucem fugere ». — Pr. Midi, de Moi. d. ab Innoc. XL

« 40. Propositio asserens, indulgentiam secundam suam praecisam notionem aliud non esse, quam remissionem partis eius poenitentiae quae per canones statuta erat peccanti; quasi indulgentia, praeter nudam remissionem poenae canonicae, non etiam valeat ad remissionem poenae temporalis pro peccatis actualibus debitae apud divinam iustitiam; Falsa, temeraria, Christi meritis iniuriosa, dudum in art. 19. Lutheri damnata. — 4L Item, in eo quod subditur, Scholasticos suis subtilitatibus inflatos invexisse thesaurum male intellectum meritorum Christi et Sanctorum, et clarae notioni absolutionis a poena canonica substituisse confusam et falsam applicationis meritorum; quasi thesauri Ecclesiae, unde Papa dat indulgentias, non sint merita Christi et Sanctorum; Falsa, temeraria, Christi et Sanctorum meritis iniuriosa, dudum in articulo 17. Lutheri damnata. — 42. Item, in eo quod superaddit, luctuosius adhuc esse quod chimaerica isthaec applicatio transferri volita sit in defunctos; Falsa, temeraria, piarum aurium oflensiva, in Romanos Pontifices et in praxim et sensum universalis Ecclesiae iniuriosa, inducens in errorem haereticali nota in Petro de Osma confixum, iterum damnatum in art. 22. Lutheri. — 43. In eo demum quod impudentissime invehitur in tabellas indulgentiarum, altaria privilegiata, etc.; Temeraria, piarum aurium offensiva, scandalosa, in Summos Pontifices atque in praxim tota Ecclesia frequentatam contumeliosa ». — Ppr. Syn. Pist. dd. a Pio VI.

‹ Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse,illarumque usum christiano populo maxime salutarem esse affirmo». — Prof. fid. Trid.

1351. — *Potestas Papae, episcoporum, aliorum quoad indulgentias*

« 42. Fatuum est credere indulgentiis Papae et episcoporum ». — Art. Jo. Wikleff d. a Cone. Const.

«G. Papa non potest indulgere alicui viro poenam Purgatorii». — Pr. Mag. Petr. Oxom. d. a Sixto IV. a. 1479.

« Utrum qui habet facultatem benedicendi cruces, rosaria, etc. eisqne applicandi indulgentias, etiam pro seipso cruces et rosaria benedicere queat, hisque utendo sibi quoque indulgentias lucrari possit? — R. Affirmative ». — S. Indulg. C. 1G. lui. 1887.

‹ 1. An indulgentiae, quas episcopus concedit, valeant intra limites suae dioeccseos tantum, an vero etiam extra? 2. An acquiri possint intra limites dioecesis etiam a fidelibus, qui non sunt subditi episcopi concedentis indulgentias? 3. An subditi episcopi concedentis indulgentias has lucrari valeant etiam dum extra dioecesim commorantur? — R. Ad 1.'"“ Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam, nisi agatur de subditis episcopi concedentis et de indulgentiis personalibus. Ad 2.om Affirmative, dummodo indulgentiae non sint concessae alicui peculiari coetui personarum. Ad 3.um Provisum in 1.',m ». — S. C. Indulg. 26. Maii 1898.

1353. — *De benedictione crucium etc. cum indulgentiarum applicatione*

« 1. Utrum ad indulgentias applicandas crucibus, rosarii etc. alius ritus sit necessarius praeterquam signum crucis a sacerdote, qui hanc facultatem accepit, factum. 2. Utrum indulgentia concessa cadat solum in Christum ex aere, ligno, vel alia quaque materia confectum ita ut possit ex una cruce in aliam transferri absque periculo amittendi indulgentiam ipsi collatam? — R. Ad 1.om Negative. Ad 2.nœ Affirmative ». — S. C. Indulg. 2. Apr. 1840.

« 1. Qui obtinuit facultatem benedicendi cruces, sacra numismata et coronas precatorias cum applicatione indulgentiarum, potestne ea facultate legitime uti publice, v. gr. in ecclesia vel oratorio coram fidelibus inibi congregatis, et res benedicendas manu tenentibus, si in induito facultatis sit clausula *privatim.*

2. Quando in induito exsistit clausula *in forma Ecclesiae consueta,* sufficitne signum crucis manu efformare super res benedicendas, absque pronuntiatione verborum formulae benedictionis, et sine aspersione aquae benedictae?

3. Si necessaria est formula, utrum sufficiat quaecumque formula, modo ab Ordinario approbata; an necessario adhibenda sit formula Ritualis Romani?

4. Quando in induito facultatis non exsistit clausula *in forma Ecclesiae consueta* sufficitne efformare manu signum crucis super obiecta benedicenda?

R. Ad 1.nm Negative. Ad 2.0m Affirmative. Ad 3.um et 4.u,n Responsum in secundo ». — S. C. Indulg. 7. lan. 1843.

« An per praefatas declarationes comprehendatur etiam benedictio tum coronarum seu rosariorum S. Dominici, quae a PP. Ordinis Praedicatorum, tum coronarum Septem dolorum, quae a PP. Ordinis Servorum Mariae benedicuntur; ita ut sacerdotes qui vel a superioribus praefatorum ordinum, vel immediate ab Apostolica Sede facultatem impetrant praememoratas coronas benedicendi, id solo crucis signo perficere possint, an vero pro actus valore formula benedictionis simulque aspersio cum aqua benedicta omnino sit adhibenda ». — R. Pro coronis Rosarii et Septem Dolorum servandam esse formulam, cum responsa S. C. die-

rum 11. Apr. 1840. et 7. Ian. 1743. non comprehendant casus do quibus agitur in proposito dubio *. — S. C. Indnlg. 29. Febr. 1864.

1360. — De *furibus indulgentiis eidem pio operi ann&ris*

‹ Utrum, si eidem pio operi, quod a fidelibus iterari non potest, variis titulis indulgentiae adnexae sunt, possint omnes lucrifieri? — R. Affirmative, dummodo opera iniuncta vere iterari nequeant, vel non soleant, sicut confessio, nisi sit aliunde necessaria », casu nempe relapsus. — S. C. Indnlg. 14. Dee. 1877., A. S. S. V. 10. p. 563.

De pluribus indulgentiis plenariis eadem die lucrandis

Potest quis plures indulgentias plenarias eadem die lucrari, solutis scilicet conditionibus, sive indulgentiae in una die occurrant propter festivitatem, sive quis ob suam devotionem tali dici hebdomadae, vel mensis eas affixerit. Verum tenetur quis ecclesiam vel publicum oratorium visitare, quando nempe requiritur talis visitatio, totidem vicibus, quot sunt indulgentiae lucrifaciendae. Neque vero sufficit, ut in una eademque ecclesia tot preces seu visitationes repetantur, quot sunt indulgentiae lucrandae, quin de ecclesia post quamlibet visitationem quis egrediatur, et denuo in eam ingrediatur. — S. C. Indnlg. 29. Febr. 1864.. A. S. S. V. 1. p. 116.

De donatione rerum, quae indulgentias habent adnexas

‹ An amittant indulgentias cruces, coronae, rosaria, statuae, etc., quae *ante omnem usum* ab una, deinde in aliam, tertiam et quartam quoque manum transierint? — R. Negative ». S. C. Indnlg. 16. Iui. 1887.

1361. — *De confessione et communione in pervigilio festivitatum*

«Decretum Urbis et Orbis. — Inter ceteras conditiones, quae in adimplendis operibus iniunctis pro acquisitione indulgentiarum servari debent, ea est ut eadem fiant intra tempus in concessionibus praefinitum. Ut vero christifideles facilius ad eas lucrandas excitarentur, pluries haec S. Congr. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, approbantibus Summis Pontificibus, quoad praescriptam confessionem et communionem, vel benigna interpretatione vel induitis hac in re providendum existimavit.

Hinc per decretum diei 19. Maii 1759. statuit: *Confessionem suffragari si expleatur etiam in pervigilio festivitatis pro qua concessa est indulgentia:* et item per decretum diei 12. Inn. 1822. declaravit: *Communionem peragi posse in vigilia festivitatis.*

Etsi vero haec indulta nullum dubitandi locum relinquerent circa eas indulgentias, quae pro festivitatibus proprie dictis conceduntur, incipientibus nempe a primis vesperis usque ad occasum solis eiusdem diei festi: ita ut liberum sit fideli vel in ipso die festo confiteri, et Sacra Synaxi refici, plures tamen exinde dubitationes obortae fuerunt, an idem dicendum foret de aliis indulgentiis spatio unius diei lucrandis, et ab initio diei naturalis incipientibus, quae videlicet concederentur non ratione festivitatis occurrentis, sed alia qualibet ex causa; quemadmodum usuvenire solet pro sextis feriis mensis Martii, diebus dominicis festum S. Aloisii praecedentibus, oratione quadraginta horarum aliisque casibus similibus quibuscumque.

H"

Itaque SSnius Dominus Noster Pius PP. IX. in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto eiusdem S. Congr. die 6. Oct. 1870. ad removendam omnem dubitandi rationem et ad commodius reddendum confessionis et communionis adimplementum, benigne declarari et decerni mandavit, prout hoc decreto declarator atque decernitur: *tum confessionem dumtaxat, tum confessionem ct communionem peragi posse, die, qui immediate praecedit sequentem pro quo concessa fuerit indulgentia quaelibet, non solum ratione festivitatis occurrentis iuxta allata decreta, verum etiam quacumque alia ex causa, vel devotionis, vel pii exercitii, aut solemnitatis, uti esset pro memoratis ct ceteris huiusmodi diebus, pro quibus indulgentia cum conditione confessionis et communionis concessa iam fuerit, vel in posterum concedatur, licet tempus ad eam adguirendam ab initio diei naturalis et non a primis vesperis sit computandum; servata tamen in adimplendis aliis operibus iniunctis regula generali circa modum et tempus in concessionibus praescriptam.*

Voluitque Sanctitas Sua nihil innovatum censeri quoad decretum dici 9. Dee. 1763. favore christifidelium, qui laudabili consuetudine utuntur confitendi semel saltem in hebdomada cum privilegiis, conditionibus ct restrictivis ibidem recensitis. Contrariis quibuscumque non obstantibus ». — S. C. Indulg. 6. Oct. 1870.

I)e hebdomadaria confessione ad indulgentias lucrandas pro iis, equi semel in hebdomada confiteri solent

«Quum S. C. Indulg. d. 31. m. Mart. a. 1759. fuerit in voto confessionem sacramentalem quando in Brevibus, apponitur pro indulgentiae consecutione, peragi omnino debere etiam ab his, qui sibi letbalis peccati conscii non sunt, necnon praefatam confessionem suffragari etiam posse, si in vigilia festivitatis expleatur... quam plures supplices libelli tum regularium communitatum ct praesertim monialium, tum etiam parochorum et nonnullorum episcoporum pro suis dioecesibus porrecti sunt, quibus maxima exponebatur difficultas, quae interdum, imo persaepe, accidit pro sacramentali confessione, sive in festo, vel ad minus in vigilia peragenda. Quamobrem, ut adeo proficuus indulgentiarum thesaurus reddatur fidelibus accommode comparandus, enixis precibus supplicabant, ut opportuno aliquo remedio de Apostolica benignitate providere dignaretur. Quibus precibus ad praedictam S. C. remissis, propositum in ea fuit dubium: An et quomodo sit consulendum SSiuo super praefati decreti exsecutione vel declaratione in casu? Et responsum fuit: Consulendum SS. D. N., ut concedere dignetur indultum omnibus christifidelibus, qui, frequenti peccatorum confessione animum studentes expiare, semel saltem in hebdomada ad sacramentum poenitentiae accedere, nisi legitime impediantur, *consueverunt,* et nullius letbalis culpae a se post praedictam ultimam confessionem commissae sibi conscii sunt, ut omnes et quascumque indulgentias consequi possint, etiam sine actuali confessione, quae caeteroquin iuxta praefati decreti definitionem ad eas lucrandas necessaria esset. Nihil tamen innovando circa indulgentias iubilaei, tam ordinarii quam extraordinarii, aliasque ad instar iubilaei concessas, pro quibus assequendis, sicut et alia opera iniuncta, ita ct sacramentalis confessio tempore in earum concessione praescripto peraguntur. — SS., piis bonorum desideriis ac votis satisfacere, et indulgentiarum

gratias, iis potissimum, qui pie sancteque vivendo donis divinae misericordiae digniores efficiuntur, elargiri quam maxime cupiens, benigne annuit, et praefatum indultum in forma subscripta expediri et publicari mandavit». — S. C. Indulg. 9. Dee. 1763.

‹ Utrum praefatum privilegium suffragetur, etiam illis qui *non assolent* confiteri semel saltem in hebdomada, sed rarius: attamen confessi sunt intra hebdomadam ante festivitatem, cui est adnexa indulgentia? — B. Negative ». — S. C. Indulg. 12. Mart. 1855.

De confessione infra hebdomadam jieracta ad lucrandas indulgentias in locis, ubi deest copia confessariorum.

‹ Firmo remanente decreto 9. Dee. 1763., pro iis fidelibus, qui ad confessionem saltem semel in hebdomada accedunt, pro caeteris autem fidelibus, in locis, in quibus ob inopiam confessariorum nequeunt fideles frequenter confessione sacramentali expiari, postulantibus communiter dictum decretum, et facto verbo cum SSmo extendatur ad omnes utriusque sexus Christifideles; unde confessio peracta infra hebdomadam ante festivitatem suffragari possit ad indulgentiam lucrandam, expletis aliis conditionibus iniunctis. et dummodo nullius lethalis culpae post peractam confessionem commissae conscii sint: nihil innovando circa indulgentias ad formam iubilaei concessas, ut in citato decreto 9. Dec. 1763. — SS. votum S. C. benigne approbavit ac publicari mandavit ». S. C. Indui. 12. lun. 1822.

Interpretatio indulti de hebdomadaria et (piindennali confessione ad indulgentias lucrandas

‹ 1. Per decretum S. C. Indulg., datura die 12. lun. 1822. conceditur confessionem sacramentalem peractam infra hebdomadam ante festivitatem suffragari posse ad indulgentiam lucrandam. Quaeritur: 1. An verba *infra hebdomadam* significent octo dies tantum, quae festivitatem immediate praecedunt, an vero hebdomadam illam totam et integram, quae ante festum decurrit, ita ut, ex. gr., confessio facta die dominica suffragetur ad lucrandam indulgentiam die sabbati hebdomadae sequentis, in quam diem festum incideret, tametsi tunc 13. dies inter confessionem et festivitatem intercessissent? 2. An confessio octavo die ante festivitatem peracta, vi huius indulti, suffragetur tantum ad unam indulgentiam lucrandam: an vero per hanc confessionem aliae etiam lucrifieri possint indulgentiae, quae infra praedictum tempus occurrent, et ad quas lucrandas sacramentalis confessio eeteroquin requireretur?

2. Utrum cum in Bulla vel Brevi, quo conceditur indulgentia confessio tanquam conditio *sine (pia non* praescribitur, necesse sit ut sacramentalis absolutio poenitentibus detur ad indulgentiam lucrandam?

K. Ad 1.“‘ Quoad primam partem 1.‘ quaesiti: Affirmative; quoad secundam partem: Negative. Quoad primam partem 2? quaesiti: Negative: Affirmative quoad secundam partem.— Ad 2.um Negative ». — S. indulg. C. 15. Dec. 1841.

« Decretum. — Lotharios Kubel episcopus Leucensis et vicarius capitularis archidioecesis Friburgensis die 14. lan. 1877. cum petiisset ab hac S. Congregatione indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita, quod inibi ob sacerdotum penuriam confessio facta bis in mense, servatis ser-

vandis, suffragari possit ad indulgentias intra praedictum tempus occurrentes lucrandas, quemadmodum et aliae dioeceses tali concessione ex induito Apostolico lactantur, gratia fuit concessa, ast eo modo et forma qua assolet, rescribendo scilicet: « SSmus precibus obsecundans, benigne annuit pro petito induito, ita ut presbyteri et ceteri fideles archidioecesis Friburgensis qui infra unam vel duas hebdomadas uniuscuiusque mensis sacramentalem confessionem peragere solent, omnes et singulas indulgentias plenarias, eo temporis intervallo concessas, absque sacramentali confessione, lucrari possint, dummodo etc.». At vero praelaudatus episcopus dubitans, num sub voce hebdomada septem dies vel octo sint intelligcndi, ct num verba infra duas hebdomadas accipi ita debeant, ut bina confessio intra mensem sufficiat, vel potius ut in omni quatuordecim dierum decursu confessio sit peragenda, supplex S. Congregationem adiit postulans, ut dubia istaec diluere dignetur.

1. Utrum confessio praescripta per singulas hebdomadas peragi debeat infra septem vel potius, infra octo dies?

2. An verba « infra duas hebdomadas» stricte interpretanda sint, ita ut confessio peragi debeat infra quatuordecim dies, vel potius sufficiat bina confessio in mense?

R. Ad 1.um Affirmative ad primam partem, idest praescriptam confessionem peragi debere quolibet decurrente septem dierum spatio. Negative ad secundam partem.

Ad 2."m Affirmative ad primam partem, idest praescriptam confessionem peragi debere quolibet decurrente quatuordecim dierum spatio. Negative ad secundam partem.

Factâque de his omnibus SSmo D. N. Leonis Papae XIII. relatione, Sanctitas Sua S. Congregationis resolutionem benigne approbavit ». — S. Indulg. C. 15. Nov. 1878.

«Ad maiorem huius rei declarationem quaeritur modo:

1. Utrum christifidelis, qui singulis hebdomadis et stato die, ex. gr. sabbato, confessionem peragere solet, satisfaciat oneri praescriptae confessionis?

2. Utrum oneri praescriptae confessionis satisfaciat christifidelis, qui iis in locis pro quibus viget indultum, alternis hebdomadis et stato die, ex. gr. sabbato, confessionem peragere solet?

R. Ad 1.",n Affirmative. Ad 2.u,n Affirmative ». — S. Indulg. C. 25. Februarii 1886.

De communione

« 1. An christifideles secundum Canonem *Omnes utriusque sexus* sacramentum eucharistiae suscipientes tempore paschali, possint per hanc s. communionem lucrari indulgentiam plenariam, ad quam lucrandam inter cetera praescribitur s. communio.

2. Utrum sacerdos in honorem B. M. V. missam celebrans pro accepta eleemosyna, possit per s. communionem in missae sacrificio peractam lucrari indulgentiam vel sibi, vel defunctis applicandam, si ad hanc lucrandam praescribitur s. communio.

R. Ad I.001 Affirmative, dummodo indulgentia lucrifacienda non sit in forma iubilaei pro qua tantum requiritur specialis confessio et communio; satis enim declaratum est a SS. D. N. Gregorio PP. XVI. per

decretum S. huius Congr. in una Monasteriensi sub die 19. Mart. 1841, Ad 2.em Affirmative ». — S. Indulg. C. 10. Maii 1844.

«Est hoc in more positum, quod ab animarum pastoribus ss. eucharistiae sacramentum in aliquibus tantum infra annum praecipuis festivitatibus ad fideles habitualiter infirmos chronicos, ob physicum permanens aliquod impedimentum e domo egredi impotentes, solemniter deferatur; proindeqne huiusmodi fideles tot plenariis indulgentiis privantur, quas consequerentur si, conditionibus iniunctis adimpletis, ad s. eucharisticam mensam frequentius possent accedere. Itaque quamphires animarum curatores aliique permulti ecclesiastici viri humillimas preces porrexerunt SS. I). X. Pio PP. IX. ut de apostolica benignitate super hoc providere dignaretur: faetaque per me infrascriptum Secretariae S. C. Indulg. Substitutum Eidem SS. de his omnibus fideli relatione, in audientia habita die 18. Sept. 1862. S. S., spirituali gregis sibi crediti utilitati prospiciens, clementer induisit ut praefati christifideles, exceptis tamen illis qui in communitate morantur, acquirere possint omnes et singulas indulgentias plenarias iam concessas vel in posterum concedendas, quasque alias acquirere possent in locis in quibus vivunt, si in eo physico statu non essent, pro quarum acquisitione praescripta sit s. communio et visitatio alienius ecclesiae vel publici oratorii in locis iisdem, dummodo vere poenitentes, confessi, ae ceteris omnibus absolutis conditionibus, si quae ini unctae fuerint, loco s. communionis et visitationis, alia pia opera a respective confessario iniungenda fideliter adimpleant». —- S. Indulg. C. 18. Sept. 1862.

« SS. annuit, ut infirmi aut senio confecti in communitate et sub regula viventibus, qui ecclesias aut oratoria visitare, aliave pro indulgentiis praescripta exseqni non possunt, indulgentias nihilominus lucrari valeant, adimplendo alia pia opera confessarii arbitrio praescribenda ». — Leo XIII. 16. lan. 1886., A. S. S. V. 18. p. 462.

1362. — *De precibus iniunctis*

« 1. An eodem die lucrari possint plures indulgentiae plenariae, quando pro unaquaque praescripta est perceptio divinae eucharistiae?

2. An possit per preces iam obligatorias, v. g., per horas canonicas, satisfieri precibus a Summo Pontifice praescriptis ob lucrandam indulgentiam plenariam?

3. An sufficiant quinque *Pater et Ave,* quae recitari solent ad adimplendam Summi Pontificis intentionem, quando praescriptum est ut visitetur ecclesia vel altare, ibique fundantur preces, quemadmodum, ex. gr., pro lucranda indulgentia plenaria praescriptum est associatis operi Propagationis Fidei?

4. Intra quotas horas diei ipsius vel diei pridianae recitari debeant preces a Summo Pontifice praescriptae ob lucrandam indulgentiam plenariam.

li. Ad 1.mm Affirmative, servatis tamen respective aliis appositis conditionibus. — Ad 2.mm Negative. — Ad 3.°“ Preces requisitae in indulgentiarum concessionibus ad adimplendam Summi Pontificis intentionem sunt ad uniuscuiusque fidelis libitum, nisi peculiariter adsignetur. — Ad4?” Intra idem tempus designatum pro indulgentiarum acquisitione». — S. Indulg. C. 29. Maii 1841. *Briocen.*

« Quando ad indulgentias lucrandas praescribitur oratio pro fine determinato, v. gr., pro exstirpatione haeresum etc., an requiratur intentio explicita, expressa singulis vicibus?

R. Negative*. — S. Indulg. C. 22. Febr. 1847.

ᵡ SSinus D. N. Pius PP. IX. benigne declaravit, indulgentias adnexas precibus valere quocumque idiomate recitentur, dummodo versiones sint fideles. Licet autem pro lucranda indulgentia requiratur versionis fidelitas. nihilominus ut constet de fidelitate versionis, sufficit declaratio S. Congr. Indulg. per Emuni praefectum, vel unius ex Ordinariis loci, ubi vulgaris est lingua in quam vertitur oratio cuius recitationi primitus indulgentia concessa fuit ». — S. Indulg. C. 29. Dec. 1864.

« 1. Cum ad lucrandas indulgentias, sive plenarias, sive partiales, praescribitur ad mentem seu intentionem Sumini Pontificis orare, sufficitne, ut nonnulli docent, orare mcntaliter?— Et quatenus negative; — 2. An sit reiicienda opinio docens recitationem devotissimam etiam unius *Pater* et *Ave* cum *Gloria· Patri* sufficere ad explendam conditionem orandi pro Summi Pontificis intentione, vel potius admittenda opinio illorum qui requirunt recitationem quinque *Pater* et *Ave,* aut orationes aequivalentes?

R. Ad 1.',m Laudabile quidem est mentaliter orare, orationi tamen mentali aliqua semper adiungatur oratio vocalis. — Ad 2.uulDetur decretum in una Briocensi sub die 29. Maii 1841. ad dub. 3. » — S. Indulg. C. 13. Sept. 1881. — Confer hic initio huius num.

« An et quomodo surdo-muti supplere valeant impotentiae qua detinentur preces recitandi pro indulgentiis acquirendis iniunctas?

R. Supplicandum SSnio pro generali decreto ab hac S. Congr. evulgando, atque Apostolica auctoritate firmando, cuius vi statuendum : 1.Quod, si inter opera pro lucranda indulgentia, praescripta sit visitatio alicuius ecclesiae, surdo-muti ecclesiam ipsam devote visitare teneantur, licet mentem tantum in Deum elevent et pios affectus. — 2. Quod si inter opera sint publicae preces, surdo-muti possint lucrari indulgentias iis adnexas, corpore quidem coniuncti ceteris fidelibus in eodem loco orantibus, sed pariter mente tantum in Deum elevata et piis cordis affectibus. — 3. Quod si agatur tandem de privatis orationibus, proprii mutorum et surdorum confessarii valeant easdem orationes commutare in alia pia opera aliquo modo manifestata, prout in Domino expedire indicaverint. — SSinus non modo praedictum votum approbavit, verum etiam huiusmodi gratiam ac concessionem peramanter elargitam per generale decretum publicari mandavit ». — S. Indulg. C. 15. Mart. 1852.

1363. — *De visitatione ecclesiae*

« 1. Postulata: 1. Ut conditio visitandi ecclesiam pro lucrandis indulgentiis generice saepe praescripta, adimpleri possit a personis utriusque sexus in communitate ac sub regula viventibus visitando oratorium domesticum.

2. Ut infirmi aut senio confecti in communitate et sub regula viventes, qui ecclesias aut oratoria visitare aliave pro indulgentiis praescripta exsequi non possunt,indulgentias nihilominus lucrari valeant adimplendo alia pia opera, confessarii arbitrio describenda.

3. Ut in casu quo morale aliquod impedimentum adsit, prudentis confessarii arbitrio diiudieaudum. visitandi aliquam ecclesiam iex. gr. regularium aut parochialem), quae de iure visitanda foret ad aliquam indulgentiam lucrandam, haec visitatio designatae ecclesiae arbitrio confessarii commutari possit in aliud pium opus, ex. gr. in visitationem alterius ecclesiae.

R. Ad 1.ura Non expedire. — Ad 2.um Affirmative. — Ad 3."m Negative ›. — S. Indulg. C. 16. lan. 1886. Cf. n. 1361. *de Communione.*

‹ Inter pia opera quae ad lucrandas indulgentias praescribi solent, potissimum recensenda est visitatio alicuius ecclesiae vel etiam publici sacelli. Iam vero Clemens tel. rec. Papa XIII. valde cupiens spirituali bono prospicere confratrum et consororum confraternitatum vel sodalitatum sive congregationum ubique locorum exsistentium, et auctoritate Ordinariorum erectarum, benigne indulserat sub die 2. Aug. 1760. ut earnndem confratres et consorores aliqua corporis infirmitate laborantes, vel carceribus detenti, eisdem omnibus et singulis indulgentiis, quibus gaudent ceteri confratres et consorores gaudere possent, ita tamen, nt, omissa visitatione ecclesiae, alia pia iniuncta opera, quae pro viribus peragere possent, fideliter ac devote exsequerentur: quam gratiam idem Summus Pontifex mandaverat ad preces cuiusque confraternitatis seu sodalitatis vel congregationis concedi. Quum vero anno 1874 sub die 8. Maii Emi PP. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis tuendis praepositi, in generalibus comitiis apud Vaticanum habitis, proposito dubio: *An adhuc requireretur recursus ad Apostolicam Sedem uniuscuiusque confraternitatis seu sodalitatis vel congregationis, ut earundem confratres et consorores Clementina Induito perfrui valerent,* in affirmativam iverint sententiam, simulque censuerint supplicandum SSmo, ut per decretum generale praefatum indultum concederetur confratribus et consororibus omnium confraternitatum, sodalitatum seu congregationum absque earundem speciali recursu, Pius PP. IX. sub die 25. Febr. anni 1877. petitam gratiam benigne elargitus est, nulla tamen facta speciali mentione de generali eiusdem decreto evulgando, prout ab hac Sacra Congregatione postulatum fuerat. Ex quo nonnulli arbitrati sunt haudquaquam necessarium fore, ut singulae confraternitates, sodalitates vel congregationes hoc indultum sibi peterent; alii vero huic sententiae minime acquiescentes denuo dubium proposuerunt: *An illa concessio (Indulti Clementini) nunc reapse valeat pro omnibus confraternitatibus seu sodalitiis aut congregationibus sine speciali recursu ad Sanctam Sedem qui antea requirebatur.* Cui quidem dubio Eminentissimi PP. in generali Congregatione penes Aedes Vaticanas habita sub die 25. lun. huius decurrentis anni, ad removendam omnem dubitandi rationem rescripserunt: *Affirmative et supplicandum SSmo pro promulgatione decreti iuxta resolutionem S. C. 25. Febr. 1877.* Quare de his omnibus facta relatione SSmo D. N. Leoni XIII. 16. Ini. 1887. idem SSmus benigne declarari et decerni mandavit, prout praesenti decreto declaratur et decernitur, memoratum Indultum Clementinum extendi ad omnes confraternitates, sodalitates et congregationes, quin in posterum quaelibet confraternitas, sodalitas seu congregatio opus habeat speciali recursu ad S. Sedem, ut praefato Induito perfrui valeat. Contrariis quibuscumque non obstantibus» — S. Indulg. C. 20. Aug. 1887.

1364. — *De indulgentiarum tempore*

« Utrum, nisi aliud expresse habeatur in induitis, indulgentiae lucrandae incipiant a inedia nocte, an vero a primis vesperis?» — R. «A media nocte ad mediam noctem ». — S. Indulg. C. 14. Dec. 1877.

* D. 12. lan. 1878. resolutum fuit a S. C. Indulg., quod nisi aliud expresse habeatur in induitis, indulgentiae lucrandae incipiant non a primis vesperis sed a media nocte ad mediam noctem. Iam vero quaeritur an hoc ita stricte intelligendum veniat, ut non incipiant nisi a media ad mediam noctem etiam illae indulgentiae lucrandae in festis, si in earum concessionibus non addatur clausula a primis vesperis? — R. Standum terminis concessionis » — S. R. C. 16. Iui. 1887.

DE IUBILAEO

1368. — *De regulis a Benedicto **XIV**. traditis*

« An in lubilaeo tum ordinario, tum extraordinario servandae sint omnes regulae a S. P. Bened. XIV. traditae, quibus non adversatur B. Iubilaei ? — R. Affirmative ».— S. C. Indulg. 6. Febr. 1852. — Decretum hoc *generale* confirmatum fuit a Pio IX. 15. Mart. e. a. — Cf. Bened. XIV. CC. *Cum Nos nuper, Convocatis, Inter praeteritos, Celebrationem.*

De loco et tempore operum iniunctorum

« Posse lucrari iubilaeum eos, qui conditiones praescriptas partim in una dioecesi, partim in alia, quacumque ex causa, adimplent aut perficiunt, si observent ordinationes Ordinariorum locorum ». — S. Poenit. 15. lan. 1886., 1875.

« Quando in Litt. Apost., quibus indicitur huius anni iubilaeum, duo ieiunia praecipiuntur, nihil expresse statuitur, an ipsa fieri debeant in una eademque hebdomada. Quaeritur ergo, duo haec ieiunia fierine debent duobus diebus unius eiusdemque hebdomadae? — R. Negative ». — S. Poenit. 11. Mart. 1886.

De viatoribus

« Indultum (B. *Gravibus Ecclesiae)* 24. Dee. 1874) pro navigantibus et iter facientibus, qui impediuntur, quominus, currente anno iubilaei, opera iniuncta pro lucrando iubilaeo exsequi possint, extendi etiam ultra annum ». — S. Poenit. 1875.

Eadem S. Poen. 30. lan. 1886. respondens ad quaesita de prorogatione iubilaei eiusdem anni pro viatoribus, inquit: « In praesenti iubilaeo nihil de prorogatione proponi ».

1369. — *De confessione ct communione*

An unica Confessione ct Communione possit, *generatim loquendo,* satisfieri praocepto annuae confessionis ac paschalis communionis, et simul acquiri iubilaeum? — R. Negative.—S.Poenit.25.lan. 1875.,27.Febr. 1879., 25. Mart. 1881., 15. lan. 1886.

1370. — *He visitationibus ecclesiarum*

‹ An inter ecclesias visitandas recenseri possint oratoria publica? — R. Affirmative. dummodo ipsa oratoria sint publico cultui addicta, et in iis soleat missa celebrari ». — S. Poenit. 1875., 1879., 25. Mart. 1881.. 15. lan. 1886.

‹ An ad distinguendas numero visitationes necesse sit, et sufficiat, ut fideles egrediantur, et rursus in eandem statutam ecclesiam ingrediantur? — R. Affirmative ». — S. Poenit. 1875.

« Quatenus quatuor in die visitationes praescriptae in ecclesia eadem peragi debeant: quaeritur num ad huiusmodi visitationes inter se distinguendas, necesse sit post unamquamque ecclesia egredi; an vero sufficiat. in eadem ecclesia manendo, de uno in alium locum transire, aut etiam tantummodo assurgere, uti pro stationibus S. Viae Crucis vulgo usuvenit?—R.Necesse esse egredi ab ecclesia ». —S. Poenit. 25. lan. 1875.

Visitationes ecclesiarum confessioni et communioni praemitti vel posponi possunt. S. C. EE. et RR. 27. Aug. 1776. Cf. Bizzarri. Ed. 1885. p. 392. Generatim vero quoad indulgentias, quamvis in Induito dicatur: « qui confessi et s. communione refecti hoc vel illo die ecclesiam visitaverint » etc., visitatio tamen ‹ impleri potest sive ante sive post aliorum piorum operum implementum ». S. C. Indnlg. 19. Maii 1759.

<An religiosi iubilaeum lucrari valeant, peragentes in propria ecclesia visitationes ad id praescriptas? — R. Negative ». — S. Poenit. 1875.

« Utrum abbates et praelati regulares, utpote iurisdictionem quasi-episcopalem in subditos intra septa sui respective monasterii habentes, ecclesiam seu oratorium monasterii proprii suis subditis visitandum designare valeant ad lucrandam iubilaei indulgentiam? — R. Negative». — S. Poenit. 15. Dec. 1886.

‹ An censeri possint veluti *processiones* ad quatuor ecclesias designatas pro iubilaeo lucrando, visitationes, quas ille (Ordinarius) peragit una cum capitulo et seminario in vestimentis haud choralibus, sed nigris, psallendo voce submissa: et proinde an sit in suo (Ordinarii eiusdem) arbitrio numerum visitationum imminuere, sicut est in sua facultate eas imminuere, quae processionaliter fiunt? — R. Quatenus processiones fieri nequeant more solito, affirmative ». — S. Poenit. 1875., 30. lan. 1886.

‹ Fideles in-processionibus extra ianuas ecclesiae aut oratorii ob illius angustiam remanentes, et cum aliis orantes, unum corpus moraliter efformare, ac proinde visitationi pro lucrando iubilaeo satisfacere». — S. Poenit. 1875.

1371. — *De ieiunio stricti iuris praescripto*

* leiunium pro iubilaeo consequendo praescriptum adimpleri non posse diebus stricti iuris ieiunio reservatis, nec diebus quatuor temporum per annum, et nisi’adhibeantur cibi esuriales, vetito usu. circa qualitatem ciborum, cuiuscumque indulti, seu privilegii etiam B. Cruciatae. In iis vero locis, ubi cibis esurialibus uti difficile sit. Ordinarios posse indulgere, ut ova etSlacticinia adhibeantur, servata in ceteris ieiunii ecclesiastici forma ». —(S. Poenit. 15. lan. 1886.. 26. Febr. 1879., 25. Mart. 1881.

« An ieiunio ad iubilaeum requisito licitus sit usus ovorum et lacticiniorum saltem iis regionibus, in quibus ex consuetudine vel dispensatione

in ieiuniis ex praecepto Ecclesiae iniunctis permittitur?... — R. ...Stet declarationibus eiusdem S. Poenit., quae hic adnexa transmittitur... Adhibeantur cibi esuriales, vetito usu, circa qualitatem, ciborum cuiuscumque indulti seu privilegii, etiam B. Cruciatae...» — S. Poenit. 4. Mart. 1879.

('du esuriales excludunt carnes, ova, lacticinia. Ex RR. cit. et R. alio eiusdem S. Poenit. 2. Apr. 1881.

1373. — *De commutatione operum iniunctorum*

* An eveniente insta causa commutandi opera iniuncta praescripta in B. *praesentis iubilaei* (8. Dec. 1864.), eiusmodi commutatio fieri possit *extra actum sacramentalis confessionis?* — R. *Ex declaratione* facta a SSmo I)no P. Pio IX. Affirmative ». — S. Poenit. 16. Mart. 1865.

« Supplicat (orator), ut ea (opera iniuncta) commutare et super communione cum pueris communionis nondum capacibus (confessarius) dispensare valeat, etiam *extra actum sacramentalis confessionis.* on expedire ». — S. Poenit. 30. lan. 1886.

‹ *Supplicat* (orator), ut opera pro iubilaeo iniuncta, vel eorum aliqua. confessarins nou semel tantum, sed pluries, erga volentem iubilaeum pluries lucrari, commutari possit. — R. *Confessarios hac facultate non carere**. — S. Poenit. 30. lan. 1886.

« An favore eorum, qui s. iubil. repetere intendunt, commutari possint opera a SS. Patre iniuncta, sicut ex iustis rationabilibusque motivis commutari possunt prima vice, qua quis iubilaeum lucratur? — R. Affirmative ». — S. Poenit. 18. Mart. 1886.

1372. — *De eleemosyna*

« Quantitatem (eleemosynae) eatenus debere singulorum *facultati respondere,* quatenus *(piae sufficit pauperibus, non sufficit divitibus* ». — S. Poenit. 30. lan. 1886.

1374. — *De iubilaeo pluries acquirendo*

* An ille, qui lucratus iam fuerit prima vice indulgentiam iubilaei, possit eam iterum lucrari, si repetat opera iniuncta? — R. Affirmative». S. Poenit. 1. lun. 1869., 26. Febr. 1879., 25. Mart. 1881., 15 lan. 1886. Attamen eadem S. Poenit. 25. lan. 1875. declaravit: « *vi praesentis* iubilaei... semel tantum acquiri posse ipsius iubilaei indulgentiam ». In Ep. Enc. Pii IX. *Gravibus Ecclesiae* 24. Dee. 1874., qua maximum indicebatur iubilaeum, haec habentur: «plenissimam... indulgentiam... *semel* consequantur ».

« Semel, i. c. prima tantum vice (acquiri potest iubilaeum) quoad ceteros favores *{eidem iubilaeo adiunctos),* nempe absolutiones a censuris et a casibus reservatis, commutationes aut dispensationes ». — S. Poenit. 15. lan. 1886., 1. lun. 1869., 25. lan. 1875., 26. Febr. 1879., 25. Mart. 1881.

« An confessarii absolvere possint poenitentem, qui iam a reservatis et a censuris absolutus in ea denuo inciderit, antequam opera impleverit ad iubilaeum acquirendum praescripta? — R. Virtute iubilaei posse una vice tantum absolvi a reservatis, et a censuris, seu negative ». — S. Poenit. 1875. Cf. Lehmkuhl Theol. Mor. Ed. 1884. n. 555.

De absolutione a reservatis

<1. An possit (quis) a suo confessario absolvi eo quod nunquam fuerit in anteactis confessionibus aliquo reservato irretitus, ac propterea nunquam hoc inbilari privilegio usus sit? — 2.° Si affirmative, utrum denuo debeat operam praestare, quae ad iubilaeum consequendum iniuncta sunt? — 3/ An solutio, quam E. V. proferre dignabitur, habenda sit tanquam regula generalis in ceteris etiam iubilaeis tenenda? — R. Ad 1."m et 2.”“ Affirmative. Ad 3."“ standum Litteris Apostolicis >. — S. Poenit. 1873.

De usu extraordinariarum facultatum iubilaei

‹ An confessarii possint uti facultatibus extraordinariis erga eum, qui petat quidem absolvi et dispensari, voluntatem tamen non habet peragendi opera iniuncta et lucrandi iubilaeum? — R.Negative». —S.Poenit. 1. lun. 1869., 15. lan. 1886.

De electione confessarii

* Quoad electionem confessarii. an iste approbatus esse debeat ab Ordinario loci vel ab Ordinario ordinis (respectu regularium)? — R. Regulares iuxta Litt. Apost. *Gravibus Ecclesiae* ad lucrandum iubilaeum posse sibi eligere quemeumqne confessarium, qui tamen sit a locorum Ordinariis ad audiendas personarum saecularium confessiones approbatus ». — S. Poenit. 1875.

« Cum B. indictionis iubilaei concedat eligi confessarium *ex actu approbatis,* nec addat *ab Ordinariis locorum,* an possit regularis regularem sacerdotem, a solo superiore regulari, et non ab Ordinario loci, approbatum eligere, atque ab eo privilegiorum vel facultatum iubilaei applicationem recipere? — R. Affirmative ». — S. Poenit. 30. lan. 1886.

De absolutione ab haeresi

« An. ad facultates absolvendi quod attinet, *aliae limitationes* habeantur, praeter eas, *quae factae sunt* in Br. quod incipit, *Arcano,* et an possit absolvi ab haeresi exterius prodita, et cesset obligatio denunciandi haereticos, eorumque fautores?— R.... Ab haeresi posse quidem absolvi, haereticos tamen ac fautores aliosque dennnciandos esse, prout de iure ». — S. Poenit. 16. Mart. 1865.

«An inter facultates pro iubilaeo concessas contineatur facultas absolvendi poenitentes ab haeresi? — R. Affirmative, abiuratis prius et retractatis erroribus, prout de iure ». — S. Poenit. 1. lun. 1869.

« *Indulget* insuper eadem Sanctitas Sua, ut, durante iubilaeo, fideles rite dispositi absolvi possint etiam a crimine haeresis, firma tamen obligatione abiurandi errores, seu baeresim, reparandi scandala etc. prout de iure ». — S. Poenit. 25. lan. 1875. A. S. S. V. 4. p. 617.

De absolutione a reatu invasionis dominii temporalis Summi Pontificis et bonorum ecclesiasticorum

An vi iubilaei absolvi possint rei rebellionis in pontificium civile gubernium, et qui in Italia ecclesiastica bona illegitime acquisierunt? —

R. Ailirniative sub conditionibus expressis in Litt. S. Poen. 2. Inn. 1869. S. Poenit. ead. d. et a., 25. Ian. 1875.. 26. Febr. 1879., 25. Mart. 1881.

De votorum commutatione

«Aliis in iubilacis concedi solet facultas commutandi vota *dispensando;* in praesenti vero conceditur tantum facultas ea commutandi; intclligine potest etiam in hoc casu concessam fuisse facultatem vota commutandi *dispensando?* — R. Negative ». — S. Poenit. 1875.

1378. — *De altari privilégiait)*

Ad lucrandam indulgentiam altaris privilégiât! necessaria est applicatio missae, quae esse debet de Requiem, quando a rubrica permittitur. S. R. C. 22. Ini. 1848. *Bellicen.*

« Privilegium non conceditur lapidi consecrato altaris, ita ut quodcumque altare fixum, cui lapis portatilis imponitur, efficiatur privilegiatum; sed datum est altari determinato in honorem alicuius Sancti specialiter dicato; ita ut privilegium ipsum altari fixo exclusive inhaereat». — S. C. Indulg. 27. Sept. 1843. *Leodien.*

« Utrum missa celebrata ad altare privilegiatum sit per se privilégiât^ an necessarium sit, ut vel offerens eleemosynam, vel sacerdos intendat applicationem privilegii? — R. Affirmative ad 1.Bra p., Negative ad 2.·“ ». — S. C. Indulg. 12. Mart. 1855. *Veronen.*

« 1. An indulgentia altaris privilégiât! separari possit ab applicatione seu fructu sacrificii, quando sacrificium est celebrandum pro defunctis?

2. An eadem indulgentia altaris privilégiât! separari possit, quando celebratur sacrificium pro vivis, ita ut indulgentia praedicta applicari possit pro defunctis ad libitum celebrantis?

3. Quomodo intelligenda sit inscriptio, quae reperitur in aliquibus altaribus, huius tenoris: *Altare privilegiatum pro vivis atque defunctis?*

R. Ad 1.um et 2.um Negative. Ad 3.„ra Interpretanda est ita, ut etiam pro vivis, si in altari, de quo agitur, missae sacrificium pro vivis applicetur, intelligatur concessa plenaria indulgentia; pro vivis ad modum iurisdictionis, pro defunctis ad modum suffragii ». — S. C. Indulg. 5. Aug. 1897.

«Utrum privilegium altaris sive proprie dictum, sive personale, applicari possit pluribus defunctorum animabus in cuiuscumque diei missa (servatis servandis), sicut expresse, sed speciatim, declaratum fuit a S. C. 19. Maii 1761. pro missa in die commemorationis omnium fidelium defunctorum die 2. Nov. — R. Negative ». — S. 0. Indulg. 29. Febr. 1864. *Andegaven.*

1379. — *De gregoriano tricenario, de altari S. Gregorii in Monte Coelio, de altaribus gregorianis ad instar*

« 1.° Fiducia, qua fideles retinent, celebrationem triginta missarum, quae vulgo *gregorianae* dicuntur, uti specialiter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinae misericordiae, ad animae a purgatorii poenis liberationem, pia est et rationalis, atque praxis easdem missas celebrandi est in Ecclesia probata. — 2.° Fiducia, qua fideles retinent, celebrationem missae in altari S. Gregorii in eius ecclesia Coelimontana, uti specia-

liter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinae misericordiae ad animae e purgatorii poenis liberationem pia est. et in Ecclesia probata. — 3.° Idem dicendum est de altaribus grcgorianis ad instar ».— S. C. Indulg. 15. Mart. 1884., 24. Aug. 1888., A. S. S. V. 16. p. 508. et seq., V. 21. p. 254. et seqq.

‹ 1. An missae quae gregorianae appellantur, atque pro defunctis sunt celebrandae, iuxta perantiquam S. Grcgorii institutionem ab Ecclesia recognitam et probatam, pro vivis etiam celebrari valeant? 2. An ipsis missis gregorianis aliqua adnexa sit indulgentia a Summis Pontificibus, uti legitur in citato opere E. D. Louvet? — Et quatenus affirmative: 3. Pro quibus eadem indulgentia sit concessa pro defunctis tantum, vel etiam pro vivis? 4. Si supradictae missae pro vivis dici nequeunt, ad quod tenebitur sacerdos, qui bona tide pro vivis eas postulantibus celebravit?

E. Ad 1. " Negative. Ad 2.°" Non constat datam fuisse indulgentiam, sed ex decreto huius S. C. 13. Mart 1884. recognita et approbata fuit pia praxis et specialis fiducia, (pia fideles retinent, celebrationem triginta missarum specialiter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinae misericordiae ad animarum e purgatorii poenis liberationem. Ad 3.°" Provisum in praecedentibus. Ad 4."m Ad nihil tenetnr sacerdos, qui missas celebravit iuxta intentionem offerentis, qui putavit, durante adhuc vita, posse anticipari suffragia ». — S. C. Indulg. 24. Aug. 1888.

1380. — *Indultum pro actu heroico caritatis*

« SSmus D. N. Pius PP. IX. concessas iam pro actu heroico caritatis indulgentias non modo iterum confirmavit, verum etiam voluit eas, ut infra, declarare: <1. Quod sacerdotes ipsam oblationem profitentes induito altaris privilégiât! personalis gaudere possint singulis anni diebus. — 2. Quod omnes cbristifideles qui idem votum seu oblationem emittunt indulgentiam plenariam fidelibus tantum defunctis applicabilem lucrari queant quocumque die ad sacram communionem accesserint, et qualibet anni feria secunda sacrum missae sacrificium in suffragium eorundem defunctorum fidelium audierint, dummodo in utroque casu aliquam ecclesiam seu publicum oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium iuxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. — 3. Quod ipsis christifidelibus omnes et singulas indulgentias quocumque modo concessas, vel in posterum concedendas, quas lucrari possunt, animabus pariter defunctorum applicare liceat. — 4. Quod ut magis ac magis animabus piacularibus flammis addictis perenne tribuatur auxilium, ad universi Orbis ehristifideles dictam oblationem exsolventes, quatenus opus sit, hoc indultum extensum habeatur. — Praeterea eadem S. S. prae oculis habens tum adolescentes nondum ad sacram communionem accedentes, tum vero infirmos, senes, villicos, in carceribus detentos, ceterosque fideles qui aut ad sacram Synaxim accedere, aut in feria secunda sacrum missae sacrificium audire nequeunt, clementer induisit ut omnibus et singulis christifidelibus, qui legitimo impedimento nequeunt sacrum audire feria secunda, pro acquisitione supranuntiatae indulgentiae in qualibet secunda feria, ut supra, concessae, suffragetur missa quam dic dominico ex praecepto audire tenentur; pro omnibus et singulis vero fidelibus, qui aut nondum sacrae eucharistiae sumendae capaces, aut legitima alia ratione

hoc sacramentum sumere nequeunt, benigne remisit facultatem arbitrio respcctivi pro tempore Ordinarii locorum subdelegandi confessarios ex approbatis pro opportuna communionis in alia opera commutatione. Non obstantibus etc.». — S. C. Indulg. 20. Nov. 1854. *Urbis ct Orbis.*

Declarationes circa actum heroicum charitatis

« 1. Utrum inter opera satisfactoria quae in actu heroico charitatis offeruntur pro animabus Purgatorii, comprehendantur etiam indulgentiae quae declaratae fuerunt a Summis Pontificibus applicabiles christifidelibus defunctis?

2. Utrum oblationi isti satisfiat ab iis, qui sibi reservare velint indulgentias, quae pro vivis conceduntur; vel sint hae indulgentiae ad satisfaciendum pio proposito defunctis applicandae iuxta indultum a Summo Pontifice concessum emittentibus actum heroicum charitatis?

3. Utrum 1° actus heroici charitatis pars iutegralis, vel praescripta ad privilegiorum participationem conditio sit, ut propriae satisfactiones omnes atque indulgentiae non modo pro Purgatorii animabus offerantur, sed etiam ut Binae Virgini, prout ipsi placuerit, distribuendae, relinquantur? vel 2° haec in Virginis manus veluti consignatio habenda sit dumtaxat pia actui accessoria devotio christifidelibus commendanda?

4. Utrum plenariae indulgentiae quas christifideles actum heroicum charitatis emittentes lucrantur tum ob sacram communionem, tum ob missae feria II auditionem, applicari debeant animabus quas B. V. Maria prae aliis a purgatorio liberari cupit; aut possint applicari cuilibet purgatorii animae?

5. Utrum indulgentia plenaria altaris privilégiât! personalis 1° debeat a sacerdote qui actum heroicum charitatis emisit, applicari animae pro qua missam celebrat? aut 2° possit applicari pro libito cuivis defuncto? aut 3° debeat applicari animabus quas B. V. Maria a purgatorio liberari cupit?

R. Ad 1.nm Affirmative. — Ad 2.',m Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. — Ad 3nra Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam. - Ad 4.„m Provisum in antecedentibus. — Ad 5."m Ad primam partem Affirmative; hoc enim modo privilegium altaris conceditur a Summo Pontifice: ad secundam et tertiam partem provisum in responsione ad partem primam. — S. C. Indulg. 18. Dec. 1885.

De. requisitis pro indulgentiis Viae Crucis

« Utrum, ad lucrandas indulgentias pro visitatione 14. stationum Viae Crucis concessas, requiratur recitatio sex *Pater, Are* et *Gloria,* praeter praedictarum stationum visitationem? — R. Ad consequendas indulgentias pro visitatione 14. stationum Viae Crucis concessas, nihil aliud requiritur, quam divini nostri Redemptoris lesu Christi Passionem meditando, ex una ad aliam stationem se conferre, in quantum multitudo personarum praelaudatas stationes visitantium, vel capacitas loci in quo eaedem sunt exactae permittant. Ita res est, ut ex Bulla *Inter plurima* Bened. XIII. 3. Mart. 1726. confirmata per aliam Bullam *Exponi nobis* Clem. XII. diei 16. lan 1731. ac Decret. S. C. Indulg., diei 3. Apr. 1731. ac etiam Brevi Benedicti XIV. quod incipit *Cum tanta,* diei 30. Aug. 1741. Hinc est. quod *Adoramus te, Christe; Pater noster; Ave Maria,* etc.; *Mise-*

rere nostri, Domine, sit tantum laudabilis consuetudo a piis Chrietifidelibns in exercitium visitationis stationum Viae Cnicis introducta. In quorum fidem... Die 22. Sept. 1829».

Formula benedictionis cum induig. plen. pro Tertiariis saecularibus S. Francisco alionnnque Ordinum

«Si haec indulgentia immediate post sacramentalem absolutionem impertiatur reliquis omissis, sacerdos absolute dicat:

Dominus noster lesus Christus, qui beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, ille te absolvat ab omni vinculo delictorum. ut habeas vitam aeternam et vivas in saecula saeculorum. Arnen.

Per sanctissimam passionem et mortem Domini Nostri lesu Christi, precibus et meritis beatissimae semper Virginis Mariae, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, beati Patris nostri N. et omnium Sanctorum, auctoritate a Summis Pontificibus mihi commissa, plenariam indulgentiam omnium peccatorum tuorum tibi impertior. In nomine Patris ct Filii et Spiritus Sancti. Arnen ». — Decr. Anthent. n. 444.

De indulgentia plenaria in articulo mortis

‹ ... Hac igitur ratione animarum saluti consulentes, quantum nobis in Domino licuit, piam consuetudinem applicandi plenariam pontificiam indulgentiam Ecclesiae filiis in mortis articulo constitutis, ampliare et faciliorem reddere curavimus, permissaque venerabilibus ac dilectis filiis, ecclesiarum episcopis et praesulibus, facultate alios sacerdotes ad hunc effectum, tam in civitatibus, quam in dioecesibus subdelegandi, non parum levaminis eorum anxietatibus et sollicitudinibus per nos allatum esse putamus. Verumtamen ipsis declaratum volumus, non id propositum nobis fuisse, ut eos prorsus eximeremus ab hoc paternae caritatis officio, per se ipsos adeundi miseros aegrotos plenariae absolutionis in extremo articulo adipiscendae cupidos, sed ut eorum pietatem opportune iuvaremus, ne, dum ipsi aliis pastoralibus curis detinentur, dolere debeant commissos sibi fideles hoc tanto spirituali beneficio destitutos ex hac vita migrare. Qui vero pium huiusmodi opus per sernetipsos exercere gaudent (quod sane omnes, quoties legitime impediti non fuerint, facturos esse confidimus), meminerint non id dumtaxat erga nobiliores et potentes huius saeculi, sed erga pauperes quoque et abiectae sortis homines praestandum esse. Qua de re utiliter legi poterit praedecessoris nostri S. Gregorii Magni homilia 28. in evangclia, ad cap. IV. Joannis, *Frat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum,* in qua mirabilem atque caelestem observant amantissimi Redemptoris Nostri lesu Christi agendi rationem, qui, ad invisendum aegrotantem Reguli filium invitatus, ire abnuit, ad Centurionis servum nec invitatus iturum se profitetur. *Quid est quod Regulus rogat ut ad eius filium reniât, et tamen venire recusat; ad servum vero Centurionis non invitatur, ct tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem praesentiam non dignatur adesse, Centurionis servo non dedignatur occurrere.*

... Et quoniam sacerdotibus, qui fideles in extremo agone laborantes pie adiuvant, vel Ecclesiae sacramenta ipsis ministrant, Rituale Romanum iniungit, ut si aegrotus indulgentiam plenariam legitima auctoritate concessam consequi valeat, eam illi in mentem reducant, proponantque quid

ad eam consequendam agere debeant; ex bis autem qui ad huiusmodi statum redacti sunt, alii quidem cum plena cognitione integrum loquelae usum retinent, alii vero loquendi facultatem amiserunt, licet antea sincerae contritionis indicia dederint, eamque, adhuc ratione utentes identidem dare non desinant: ideo, quo certius praedicti omnes indulgentiae fructum consequi valeant, praefatis sacerdotibus mandamus, ut omni ratione studeant moribundos fideles excitare ad novos de admissis peccatis doloris actus eliciendos, concipicndosque ferventissimae in Deum caritatis affectus; praesertim vero ad ipsam mortem aequo ac libenti animo de manu Domini suscipiendam. Hoc enim praecipue opus in huiusmodi articulo constitutis imponimus et iniungimus, quo se ad plenariae indulgentiae fructum consequendum praeparent atque disponant ». — Benedicti XIV. *Pia Mater.* Cf. A. S. S. V. 11. p. 405. seqq.

« Invocatio saltem mentalis SS. Nominis lesu *est conditio sine qua non* pro universis christifidelibus, qui in mortis articulo constituti, plenariam indulgentiam assequi volunt, vi huius benedictionis ». — S. C. Indulg. 22. Sept. 1892. A. S. S. V. 25. p. 316.

«Ne christifidelibus, in locis missionum in qualibet orbis parte degentibus, et in ultimo vitae discrimine constitutis, ea spiritualia auxilia desint, quae catholica pia Mater Ecclesia filiis suis a saeculo recedentibus solet misericorditer impertiri, SS. D. N. Clemens d. p. Papa XIV. pro eximia caritate, qua illos paterne complectitur, omnibus et singulis RR. PP. DD. patriarchis, archiepiscopis, episcopis, vicariis apostolicis, uecnon RR. praelectis seu superioribus missionum, tam cleri saecularis quam regularis in locis missionum, ut supra, modo exsistentibus, seu quocumque tempore exstituris, peramanter concedit facultatem impertiendi benedictionem cum indulgentia plenaria fidelibus praedictis ad extremum agonem redactis, cum ea etiam extensione, ut facultatem huiusmodi sacerdotibus et respective missionariis eorum jurisdictioni subiecti, pro locis tamen suarum dioecesium, vel pro missionum districtibus tantum, communicare possint et valeant, dummodo in hac benedictione impertienda servetur formula praescripta a s. m. Benedicto XIV. in C. data 9. Apr. 1747., quae incipit *Pia Mater,* inferius registranda.

Quoniam autem facile continget, ut aliqui ex praedictis christifidelibus ex hac vita decedant, quin Ecclesiae sacramentis fuerint muniti, et absque sacerdotis cuiuslibet assistentia, ideo S. S., ex ubere Apostolicae benignitatis fonte, etiam illis plenariam indulgentiam elargitur, si contriti nomen lesu corde saltem invocaverint, et mortem de manu Domini ea qua decet Christiana animi demissione ct spiritus humilitate susceperint animamque in manus Creatoris sui commendaverint. Quae postrema decreti pars, ut christifidelibus omnibus innotescat, eam in suis dioecesibus ac missionibus antistites et superiores memorati identidem, et praesertim sanctae visitationis tempore, publicare curent ac satagant». — S. C. de P. F. 5. Apr. 1772.

« Iuxta indultum a S. Sede concessum, inissionarii omnes habent per communicationem facultatem elargiendi indulgentiam plenariam in articulo mortis constitutis. Verum cum raro inveniant fideles praecise in articulo mortis constitutos, inde fit ut alii dictam indulgentiam elargiantur ubi tantum est mortis periculum, licet proxime admodum non videatur imminere; alii vero iuxta rigorem verborum non applicant nisi quo tem-

pore agonia videtur proxima: et tune, quand») mm observant tam proximum mortis periculum, sive ope medalioruni quibus, auctoritate S. Sedis, huiusmodi indulgentiae adnexae sunt, quae fidelibus dant, sive invocatione SS. Nominis lesu, prout concessum est a pluribus Summis Pontificibus, monent fideles ut conditiones apponant, quibus tantum beneficium consequi mereantur. Si S. C. determinare censeat cui pacto potius adhaerendum. omnes quotquot sumus praesto erimus S. Sedis indicio. — R. Ad id quod inter missionaries controvertitur de tempore impertiendae indulgentiae plenariae constitutis in mortis articulo, S. C. censuit eam temporis circumstantiam satis esse ut rite conferatur, quae sufficit extremae ipsi unctioni conferendae, cum nempe infirmus vi morbi cernitur ad interitum vergere. Neque proximius agoni tempns exspectandum esse, quo aegrotus vix sui compos, ad eos plane animi motus edendos impar est quos Rituale Romanum efflagitat, ut tanti beneficii, sicut extremae unctionis, fructus uberius percipiatur.Quamobrem missionariorum debito fore, post adhibitam infirmo sacramentalem unctionem, eundem excitare ad ea animo concipienda quae in eodem Rituali libro leguntur, mox vero tam insigni beneficio plenariae remissionis eundem communire: idque tunc potissimum praestare, cum se haud reversuros praevident ». — S. O. lan. 1780.

‹ An benedictio apostoliea pluries impartiri possit novo mortis periculo redennte?— R. Negative, permanente infirmitate etsi diuturna; Affirmative vero si infirmus convaluerit, ac deinde quacumque de causa in novum mortis periculum redeat ». — S. Indulg. C. 2-1. Sept. 1838.

« 1. Utrum vi praecedentis resolutionis (Valcntinen. 5. Febr. 1841., qua infirmus non potest in eodem mortis articulo lucrari indulg. plenariam, a pluribus sacerdotibus facultatem habentibus impertiendam.) prohibitum sit infirmo, in eodern mortis periculo permanenti, impertiri pluries ab eodem vel a pluribus sacerdotibus, hanc facultatem habentibus, indulgentiam plenariam in articulo mortis, quae vulgo *Benedictio papulis* dicitur? 2. Utrum vi eiusdem resolutionis item prohibitum sit impertiri pluries infirmo, in iisdem circumstantiis ac supra constituto, indulgentiam plenariam in articulo mortis a plnribus sacerdotibus hanc facultatem ex diverso capite habentibus, ratione aggregationis confraternitati SSmi Rosarii, S. Scapularis de monte Carmelo, SS. Trinitatis, etc.? — R. Affirmative ad utrumque, firma remanente resolutione Valentinen., sub die 5. Febr. 1841 ». — S. C. Indulg. 12. Mart. 1855., 12. lun. 1884.

« 1. Utrum indulgentia plenaria in articulo mortis, quae sine alia declaratione adiecta concedi solet, in vero mortis articulo accipienda sit, an in praesumpto, an demum in utroque? 2. An cunctis petentibus sit indulgentia plenaria in articulo mortis concedenda? 3. An contriti, sed neque confessi, neque ss. communione refecti, indulgentiam plenariam consequantur, quam supplicantibus passim pro mortis articulo largiuntur Romani Pontifices? — R. Ad 1.ura In vero tantum articulo accipi. —Ad 2."m Cunctis petentibus concedendam esse. — Ad 3.',m Eiusmodi contritos indulgentiam lucrari, si Pontifex in sua concessione confessionem vel aliud simile non requirit». — S, C. Indulg. 23. Apr. 1675.

INDEX TRACTATUUM

DE ACTIBUS HUMANIS..... pag. 5

DE CONSCIENTIA..... » 9

DE LEGIBUS..... » 11

DE PECCATIS..... » 29

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS. » 31

DE PRIMO DECALOGI PRAECEPTO ..... » 59

DE SECUNDO DECALOGI PRAECEPTO ..... » 71

DE TERTIO DECALOGI PRAECEPTO ..... » 74

DE QUARTO DECALOGI PRAECEPTO ..... » 76

DE QUINTO DECALOGI PRAECEPTO ..... ». 82

DE SEXTO DECALOGI PRAECEPTO ..... » 90

DE SEPTIMO DECALOGI PRAECEPTO ..... » 90

DE OCTAVO DECALOGI PRAECEPTO ..... » 121

DE ECCLESIAE PRAECEPTIS . pag. 121

DE STATIBUS PARTICULARIBUS..... » 140

DE SACRAMENTIS INGENERE » 211

DE BAPTISMO..... » 219

DE CONFIRMATIONE..... » 248

DE EUCHARISTIA..... » 256

DE POENITENTIA..... » 318

DE EXTREMA UNCTIONE. - - - » 358

DE ORDINE..... » 363

DE MATRIMONIO..... » 385

DE CENSURIS..... » 471

DE CONST. *APOSTOLICAESEDIS* . » 477

DE CONST. *SACRAMENTUM POENITENTIAE* ..... » 488

DE CONST. *OFFICIORUM AC MUNERUM* - - - - - - - - - - - - - - » 496

DE IRREGULARITATE..... » 499

DE INDULGENTIIS..... » 499

DE IUBILAEO..... » 509

REIMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. p.

S. P. A. M.

REIMPRIMATUR

josephus Ceppetelli Archiep. Myren.

Vicesgerens.